




M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
AD
ATTICUM, AD QUINTUM FRATREM
ET QUAE VULGO AD FAMILIARES
DICUNTUR
TEMPORIS ORDINE DISPOSITAE.

Zum
Gebrauche für Schulen
mit den
nothwendigsten Wort- und Sacherklärungen
ausgestattet
von

Dr. Iulius Billerbeck.

Vierter Theil.

Hannover 1836.
Im Verlage der Hahn'schen Hofbuchhandlung.

M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
A. U. C. DCCX

A KALENDIS IANUARIIS AD KALENDAS MARTIAS

C. IULIO CAESARE V. M. ANTONIO COSS.

SCRIPTAE.

EPISTOLA DCLIII. (ad Div. VII. 30.)

Scr. Romae initio Ianuarii A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Narrat de Caninio ad aliquot horas consule creato et in locum Fabii Maximi mortui suffecto. 1-2. Scribit se Curium Acilio Graeciae proconsuli diligenter commendasse. 3.

CICERO CURIO S. D.

Ego vero iam te nec hortor nec rogo, ut domum redeas: quin hinc ipse evolare cupio et aliquo pervenire, *ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.* Incredibile est, quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus intersim. Nae tu videris multo ante providisse, quid impenderet tum, quum hinc profugisti. Quamquam haec etiam auditu acerba sunt, tamen audire tolerabilius est, quam videre. In campo certe non fuisti, quum II. II. comitiis quaestoriis institutis, sella Q. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset: quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille autem, qui comitiis tri-

---

CURIO. S. zu ep. 472 im Anf. u. 618.

1. *ubi nec Pelopid.* i. e. Caesaris et Caesarianorum. Cf. epist. 472, ubi eodem versiculo veteris Tragici utitur. *SCH.* — *facere videar, qui* = ut cet., darin zu handeln scheine, dass ich u. s. w. — *Quamquam enim* Lamb. — *In campo* Martio. — *hora II.* h. e. secunda post exortum solem = acht Uhr morgens, in dieser Iahrszeit, wo iede der 12 Tagesstunden kürzer war. — *quem* Q. Fabium Maximum *illi* scil. Caesariani; nempe non creatus erat legitime, nec pro vero consule a multis habebatur. Sueton. Iul. c. 80. *ERNESTI.* Cäsar hatte ihn eigenmächtig zum Consul ernannt. — *quo mortuo*, weil er in verwichener Nacht gestorben war. — *Ille*, Caesar, *autem*, qui Comitia habebat. — *qui comit. trib. esset*

butis esset auspicatus, centuriata habuit: consulem H. vii. renuntiavit, qui usque ad Kalendas Ian. esset; quae erant futurae mane postridie. Ita, Caninio consule, scito neminem prandisse. Nihil tamen eo consule mali factum est: fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu
2 somnum non viderit. Haec tibi ridicula videntur — non enim ades — quae si videres, lacrimas non teneres. Quid, si cetera scribam? Sunt enim innumerabilia generis eiusdem: quae quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiae portum contulissem et nisi haberem socium studiorum meorum Atticum nostrum: cuius quoniam proprium te esse scribis mancipio et nexo, meum autem usu et fructu, contentus isto sum. Id enim est cuiusque proprium, quo quisque fruitur atque utitur. Sed haec alias
3 pluribus. Acilius, qui in Graeciam cum legionibus missus est, maximo meo beneficio est: bis enim est a me

---

ausp. ante lucem scilicet. Nam post mediam noctem auspicari licebat. Exorto autem sole id agebant, super quo auspicati erant, auspicatique esse et egisse eodem die dicebantur. *MANUT.* „der zuvor die Auspicien für die Quästorwahlen vorgenommen hatte"; in welchen die niedern magistratus, der Aedilis plebis, Quaestor u. Aedilis curulis gewählt wurden. — *centuriata habuit,* auf einmahl und eigenmächtig die comitia tributa in comitia centuriata verwandelte. „In diesen stimmte das Volk nach den 193 Centurien, in ienen nach den 35 Tribus; in den centuriatis wählte man aber die höhern Magistrate, den Prätor, Consul und Censor, und beide Wahlen pflegten von einem Consul angestellt (haberi) zu werden." S. ep. LXXXIX. — *H. vii.,* hora septima, um 2 Uhr Nachmittags. — *renuntiavit,* erklärte er öffentlich, dass C. Caninius Rebilus, Cäsars vormahliger Legat im Gallischen Kriege, für den abgeschiedenen Q. Fabius bis zum 1. Ianuar Consul sein sollte. Dieser war also nur für die noch übrigen Stunden des Iahrs 709 zum Consul ernannt. — *neminem prandisse.* Non dicit *cenasse,* nam semel quidem eo consule cenatum est; sed *prandisse,* quia post meridiem demum renuntiatus est. *ERNESTI.* — *qui* = ut is . . . *somnum non viderit,* „dass ihm . . kein Schlaf in die Augen kam." Denn nur die ersten Stunden der Nacht gehörten noch zum letzten December, welcher der letzte Tag des Consulats war; die sechs letztern aber schon zum ersten Ianuar. Perbelle Cicero iocum quaerens brevitatem consulatus ad vigilantiae laudem convertit. Vid. Macrob. lib. II Saturnal., Plutarch. in Caesare, Dionem lib. XLIII, Tacit. lib. XIX. *MANUT.*

2. *quoniam,* wie ep. LIX, 1. — *mancipio et nexo.* Sic Md. Beng. Bened. *nexu* Cett. *ORELLI.* — *scribis.* S. zu ep. 648, worauf dieser Brief die Antwort ist.

3. *maximo meo beneficio.* Die Cratandr. setzt noch *affectus* vor *est* hinzu, wo der Sinn wäre: er ist mir viele Verbindlichkeit schuldig; wird also meine Bitte für Dich um so bereitwilliger gewähren. Allein Cicero drückt den Gedanken noch kräftiger aus, näm-

iudicio capitis, rebus salvis, defensus: et est homo non ingratus meque vehementer observat. Ad eum de te diligentissime scripsi eamque epistolam cum hac epistola coniunxi: quam ille quomodo acceperit et quid tibi pollicitus sit, velim ad me scribas.

EPISTOLA DCLIV. (ad Div. XIII. 50.)

Scr. Romae eodem tempore quo superior epistola.

M'. Curium Patris negotiantem commendat. 1-2.

M. CICERO S. D. AUCTO.

Sumpsi hoc mihi pro tua in me observantia, quam penitus perspexi, quamdiu Brundisii fuimus, ut ad te

---

lich so: dass Acilius noch existirt und bei Ehren und nach Griechenland abgeordnet ist, *est*, das verdankt er mir; das ist mein Verdienst um ihn, ein Verdienst der höchsten Art. Denn hätt' ich ihn vormahls nicht vertheidigt, so hiesse es von ihm: *fuit*, nicht *est*. Dieser Manius Acilius Glabrio, der ietzt als Nachfolger des Ser. Sulpicius (s. ep. 496. 497) in die Provinz Achaia gesandt wurde, ist derselbe, welcher 708 als Proconsul der Provinz Sicilien vorstand. S. ep. 498 bis 507. — *iudicio capitis*, in causa capitis, bei einer Anklage auf Leib und Leben. — *rebus salvis* = ita ut res eius salvae manserint, so, dass er, sein Bürgerheil, *salus*, gerettet wurde. S. Ramsh. §. 171. Andere erklären, „als es noch gut mit uns stand, re publica nobisque florentibus." — *observat*, erweiset mir viele Aufmerksamkeit. — *cum hac epistola coni.*, in diesen Brief eingeschlossen. Sic Md. Bened. del. *epistola* Cett. *ORELLI*. Der eingeschlossene Brief ist ohne Zweifel der folgende, dessen Überschrift *AUCTO* in *ACILIO* muss verwandelt werden. — *quid tibi*. Crat. Lamb. *quum* (*quando* Crat.) *acceperit, ecquid tibi. OR.*

AUCTO. Sic Md. in contextu. Vict. 2. Addunt *Procos*. Ceteri. *Aucio* Md. in Indice. *Atico* (sic) Bas. *Acilio* Lall. coni. Item Sch. susp. *Aristo* Vict. 1. *ORELLI*. Dass die Überschrift *ACILIO* lauten müsse, erhellt daraus, dass Cicero den M.' Curius auf die Art Keinem andern als dem Proconsul von Achaia, also dem Acilius, empfehlen konnte. Dann ergiebt sich die Verderbniss der Lesart aus der Ähnlichkeit der Buchstaben. Übrigens hatte Cäsar dem Acilius, obgleich dieser nie Consul gewesen war, doch als seinem Statthalter in einer consularischen Provinz den Titel Proconsul beigelegt. Vorstehender Brief ist offenbar der Empfehlungsbrief, dessen Cicero im vorigen Briefe erwähnt.

1. *Sumpsi*, arrogavi, ich nehme mir es heraus. So ad Famil. VI, 4. 5. XIII, 30. — *observantia*. Ep. 653 scribit Cicero se ab Acilio vehementer observari. *SCH*. — *Brundisii*, als Cicero nach dem Pharsalischen Treffen daselbst auf Begnadigung vom Cäsar

familiariter et quasi pro meo iure scriberem, si quae res esset, de qua valde laborarem. M.' Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi familiaris est, ut nihil possit esse coniunctius. Multa illius in me officia, multa in illum mea: quodque maximum est, summus inter nos amor et
2 mutuus. Quae quum ita sint, si ullam in amicitia mea spem habes: si ea, quae in me officia et studia Brundisii contulisti, vis mihi etiam gratiora efficere — quamquam sunt gratissima — si me a tuis omnibus amari vides: hoc mihi da atque largire, ut M.' Curium sartum et tectum, ut aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conserves. Et ipse spondeo et omnes hoc tibi tui pro me recipient, ex mea amicitia et ex tuo in me officio maximum te fructum summamque voluptatem esse capturum. Vale.

---

sehnlichst wartete. — *pro meo iure*, als ob ich dazu berechtigt wäre. — *labor.*, die mir sehr am Herzen liegt.

2. *spem habes*, „wenn Dir an meiner Freundschaft noch Etwas gelegen sein kann.“ Schütz bemerkt, dass Cicero sehr wohl in diesem Tone an einen Mann schreiben konnte, dessen Rechtsbeistand er zweimahl in einer Sache, wo es um den Kopf (oder wenigstens um das Bürgerheil) galt, mit glücklichem Erfolge gewesen war. *GRAETER.* — *Brundisii*, ubi Cicero se tenuit a. u. 706 et 707 eoque tempore Acilius ibidem, antequam in Siciliam propraetor iret, quam provinciam obtinuit a. u. 708, in eum officia sua et studia conferre potuit. — *gratiora*, zur Dankbarkeit verpflichtender. — *a tuis omnibus*, a Caesarianis et a Caesare. — *sartum et tectum*, wohl verwahrt und gedeckt d. i. in gutem Stande und geschützt; ein Tropus, von reparirten und wohl unterhaltenen Gebäuden entlehnt. Vgl. Verrin. I, 40. 49. 50. Liv. 29, 37. 42, 3. ad Div. XIII, 11. trop. Plaut. Trinumm. II, 2, 36. sarta tecta tua praecepta usque habui. — *ab omni[que]* Ern. *ab omni* Crat. Sch. Lün. *ORELLI.* — *incomm.*, Ungemach; *detrim.*, Schmälerung, Schaden, Verlust, Beeinträchtigung; dergleichen dem Curius leicht widerfahren konnte, da er ietzt seine ausstehenden Gelder und Capitalien einfordern, sein Hab' und Gut in Paträ zu Gelde machen und so aus der Provinz mit der Barschaft nach Italien zurückkehren wollte (defigere). — *sincerum integrumque* Ern. [], del. Sch. Lün. Sed cfr. Rost *Spec.* 3, p. 12. *ORELLI.* — *hoc . . recipient*, werden sich für mich dahin verbürgen.

EPISTOLA DCLV. (ad Div. V. 10.)

Scr. in provincia Illyria ineunte anno 710. (a. C. 44.)

De Dionysio servo fugitivo Ciceronis; de C. Atilio pirata captivo. 1-2. de rebus a se gestis et supplicationibus decernendis. 3.

VATINIUS CICERONI SUO S.

S. V. B. E. E. Q. V. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico: et eo minus, quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigeravit. Sed tamen non desistam, quin illum aliquando eruam. Sed tamen omnia mì dura imperas. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimae. Apage te cum nostro Sexto Servilio: nam mehercule ego quoque illum amo. Sed huiuscemodi vos clientes, huiusmodi causas recipitis? hominem unum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos, matresfamilias, cives Romanos occidit, arripuit, disperdidit, regiones vastavit? Simius, non semissis homo, contra me arma tulit, et eum bello cepi. Sed tamen, mi Cicero, quid facere possum? Omnia, me- 2

VATINIUS. S. zu ep. 599 im Anf. 617. 649.

1. *Dionysio*, servo fugitivo. Cf. ep. 619, 3. 647, 3. — *illinc*, e Dalmatia. S. ep. 649. — *frigus Dalmat.* Man sieht, dass der 649. Brief, der in den Handschriften den 4. §. dieses Briefs ausmacht, früher geschrieben ist. — *aliquando eruam*, bis ich endlich ihn an's Licht ziehe. seiner habhaft werde! — *sed tamen . . imperas*, aber bei dem Allen legst Du mir immer harte Dinge auf. *Sed tu* ex Ed Mediol. Ern. Sch. Lün. del. *sed tamen* Mart.-Lag. *OR.* — *De Catilio*, qui piraticam exercuerat. *de C. Atilio* ex Dresd. sec. et Ursini coni. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. Res tamen est incerta: et *CATILIORUM* affatim habes apud Gruterum. *ORELLI.* — *nescio quid . . deprec. dil.*, „ich begreife nicht, wie Du für einen Menschen der Art so angelegentliche Fürbitte einlegen kannst." Warum nicht? Sicher war dieser Catilius ein geächteter Pompeianer, der das Seeräuberhandwerk an den Illyrischen und Dalmatischen Küsten bloss aus Verzweiflung ergriffen hatte. Wahrscheinlich übertrieb auch Vatinius dessen Verbrechen, weil er aus Furcht vor Cäsar Nichts damit zu thun haben wollte. — *Sext. Servilio.* Cicero hatte also seiner Fürbitte für den Catilius einen Brief gleichen Inhalts von ihrem gemeinschaftlichen Freunde S. Servilius beigelegt. — *nam . . . amo.* His verbis rationem reddit, cur Sextum Servilium *nostrum* dixerit. Nam nisi eum quoque ipse dilexisset, scripsisset: *apage te cum tuo Sex. Servilio.* Dieser war der ad Famil. II, 6 (CLXXVIII h. ed.) erwähnte Freund des Milo. — *causas*, Sachen. *recipitis*, nehmt Ihr Herrn in Schutz? — *disperdidit*, um das Ihrige gebracht hat. — *non semissis*, nicht einmahl ein halber Mensch; der keinen halben As, keinen Heller werth ist. Liv. epit. 60: Gracchus legem tulit, ut semisse et triente frumentum plebi daretur.

2. *Omnia . . cupio*, und doch möcht' ich Dir in Allem zu

hercule, cupio, quae tu mi imperas: meam animadversionem et supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi et condono. Quid illis respondere possum, qui sua bona direpta, naves expugnatas, fratres, liberos, parentes occisos, † actiones expostulant? Si mehercules Appii os haberem, in cuius locum suffectus sum, tamen hoc sustinere non possem. Quid ergo est? Faciam omnia sedulo, quae te sciam velle. Defenditur a Q. Volusio, tuo discipulo: si forte ea res poterit adversarios fugare: in eo maxima spes est.
3 Nos, si quid erit istic opus, defendes. Caesar adhuc mî iniuriam facit: de meis supplicationibus et rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert, quasi vero non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim! Nam si hoc exspectandum est, dum totum bellum conficiam: viginti oppida sunt Dalmatiae antiqua: quae ipsi sibi adsciverunt amplius

---

Willen sein. — *supplic.*, die Lebensstrafe. — *quem* = quum eum *cepissem*. — *remitto tibi*, erlasse ich ihm Deiner Fürbitte wegen. — *Quid illis*, Sch. susp. *Sed quid illis*. — *sua bona*, Mart.-Lag. Sch. Lün. *qui ob bona*. — † *actiones expostulant*. Sic Md. corrupte. Graev. *actores expostulant* Crat. *actione expostulant* Lamb. Ern. Bened. *actiones postulant* Mart.-Lag. Sch. Lün. aeque vano conatu. Quum pleraque nomina propria in Md. sint corrupta, sic leg. videtur: *parentes occisos a Catilio expostulant* scil. mecum rogantque, ut in eum animadvertatur. *ORELLI*. „die wegen geraubten Gutes . . . mit gerichtlichen Klagen bei mir einkommen." — *Appii*. Was für ein Appius dieser war, ist nicht zu ermitteln. — *os*, unverschämtes Gesicht, Unverschämtheit. — *suffectus sum*, an dessen Stelle ich hieher als Statthalter vom Cäsar gesetzt bin. — *sustinere*, aushalten, gleichgültig ertragen, ansehen. — *Q. Volusio*, eodem fortasse, qui Ciceronis comes in Cilicia fuit. *SCHÜTZ*. S. ad Attic. V, 21 (CCL. h. ed.). — *discipulo*, nämlich in eloquentia forensi. Vid. ad Famil. V, 20 (CCCII. h. ed.). — *ea res*, dieser Umstand, diess. — *spes est*. Der sollte also aushelfen!

3. *istic*, Romae. — *non refert* in senatu, er trägt noch nicht darauf an, mir ein Supplicatio zu decretiren. S. ep. 599. 649 am Ende. — *iust. triumph.*, dass ich mit dem grössten Rechte einen Triumph feiern könnte. — *exsp. est*, wenn man so lange damit warten will, soll. Vor *viginti* supplire *scito*. — *antiqua*, die sich lange gehalten haben, wohl befestigt, ansehnlich. — *ipsi sibi*. Recte Weiske hanc lect. Md. defendit. *ipsa sibi* Ern. *ipsis sibi* Crat. Bened. *socia sibi* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *ORELLI*. Die Städte werden hier als e i n Bund, oder vielmehr als die e i n e Person dieses Bundes im Gegensatze von den mit ihnen verbündeten andern Städten, als dem zweiten Bundescorps betrachtet; daher *ipsi sibi* im Singular gebraucht ist. Diese Constructio ad Synesin oder vielmehr dieser Archaïsmus findet sich bei den besten Schriftstellern z. B. Catull. 107, 5: atque *insperanti* ipsa refers te *Nobis* (st. mihi); Terent. Eunuch. IV, 3, 7: *absente nobis*; Plaut. Amphitr. II, 2, 194: *nobis praesente*; Tibull. III, 6, 55: Perfida nec merito *no-*

sexaginta; haec nisi omnia expugno, si mihi supplicationes non decernuntur, longe alia conditione ego sum, ac ceteri imperatores.

EPISTOLA DCLVI. (ad Div. XII. 19.)

Scr. Romae mense Februario A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Gratulatur Cornificio provinciam Syriam a Caesare tributam. 1-3.

CICERO CORNIFICIO S.

Libentissime legi tuas literas: in quibus iucundissimum mihi fuit, quod cognovi meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam, quin eas lubenter lecturus esses: verebar, ut redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamque provinciam tibi tributam esse a Caesare, ex tuis literis cognovi. Eam rem tibi volo bene et feliciter evenire: quod ita fore confido, fretus et industria et prudentia tua. Sed de Parthici belli suspicione quod 2
scribis, sane me commovit. Quantum copiarum haberes, quum ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis literis cognovi. Itaque opto, ne se illa gens moveat hoc tempore, dum ad te legiones eae perducantur, quas audio duci. Quod si pares copias ad confligendum non habebis, non te fugiet uti consilio M. Bibuli, qui se oppido muni-

---

bis inimica *merenti.* S. Voss. de Analog. IV, 23; Brouckhus. ad Tibull. l. cit. Ramsh. Grammat. §. 206, A, 6. u. 4. 158, 3. Auch ad Famil. V, 18 findet sich *ipsi sibi* statt *sibi ipsi* gestellt. Man glaube iedoch nicht, dass *ipsi* per synesin statt *ipsa* gebraucht sei, indem in *oppida* der Begriff *cives* versteckt liege. Denn der Sinn ist: sich selbst und Keinem andern. S. Ramsh. §. 158, 2. d. „die noch mehr als 60 andere mit sich verbündet haben." — *longe . . . imperatores*, so behandelt man mich in der That ganz anders, als die übrigen Imperatoren.

CORNIFICIO. S. zu ep. 641 im Anf. 646.

1. *meas tibi redd. esse.* Er meint den 646. Br. dieser Ausgabe. — *verebar, ut* ich fürchtete nur, dass Du ihn nicht erhalten würdest. Ramsh. §. 193, 1, 4. Grotef. §. 402. — *Bellum . . . Syriamque prov.* st. belli in Syria gerendi provinciam. Eine Hendiadys. Cäcilius Bassus hatte dort sich empört.

2. *de Parth. b. susp. q. scrib.* st. quod suspicaris Parthos incursionem esse facturos in Syriam. — *commovit*, conturbavit, hat mich beunruhigt. — *coni. consequi*, errathen, vermuthen. — *legiones eae*, Md. Vict. 1. 2. *hae.* — *Quod si pares . . non habebis*, bist Du nicht stark genug an Truppen, einen Kampf einzugehen, so wirst Du nicht vergessen, dem klugen Beispiele des M. Bibulus zu

tissimo et copiosissimo tamdiu tenuit, quamdiu in pro-
3 vincia Parthi fuerunt. Sed haec melius ex re et ex tempore constitues. Mihi quidem usque curae erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. A te, ut idem facias, peto: in primisque, ut ita ad tuos scribas, ut me tuum sciant esse.

EPISTOLA DCLVII. (ad Div. VII. 31.)

Scr. Romae mense Februario A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Invitat ad mutua officia et, ut in urbem redeat veteris urbanitatis tuendae causa, rogat. 1-2.

CICERO CURIO S. D.

Facile perspexi ex tuis literis, quod semper studui, et me a te plurimi fieri et te intelligere, quam mihi carus esses. Quod quoniam uterque nostrûm consecutus est, reliquum est, ut officiis certemus inter nos; quibus aequo animo vel vincam te vel vincar abs te. Acilio non fuisse
2 necesse meas dari literas facile patior. Sulpicii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum scribis, nec caput nec pedes. Equidem vellem, uti pedes haberent, ut aliquando redires. Vides enim exaruisse iam veterem

---

folgen. Ironie! S. ep. 281, 5. 293, 6. — *copios.*, mit Vorrath aller Art reichlichst versehenen.

3. *ex re et tempore*, nach Zeit und Umständen darüber Deine Massregeln nehmen, verfügen. — *usque*, assidue, donec, immer, so lange. — *quin* = ohne dass, ohne zu. — *me tuum . . esse*, dass auch ich ganz der Deinige sei.

CURIO. S. zu ep. 472 im Anf. 648. 653.

1. *quod semper studui*, wonach ich immer gestrebt habe. — *quoniam*, wie ep. LIX, 1. — *ut offic. cert. inter nos*, dass wir uns um die Wette beeifern, Wer es dem Anderen an Beweisen der Dienstfertigkeit zuvorthun könne. — *meas dari literas*, quas Curii rogatu ad eum scripserat Curioque miserat cum epistola 653. *SCH.*

2. *Sulp. tibi operam . . non mult. opus fuisse*, dass Du von dem Beistande des S. nicht vielen Gebrauch habest machen können. Sic saepissime Cicero. *opera* ex antiqua correctione Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* S. Ramsh. §. 144, 2. Anm. Grotef. §. 257, 3. — *propter t. res ita contr.* statt quod tuae res ita contractae sunt, weil Deine Geschäfte sich so in's Enge zusammen gezogen haben. *contractas* i. e. valde implicatas, quia tibi cum triconibus et hominibus non solvendo res est. *GRONOV.* — *nec caput nec pedes* habeant i. e. nec initium nec finis appareat, quia sic turbatae sunt, ut nescias, ubi incipias, ubi finias. *GRONOV.* — *uti pedes hab.*, dass

urbanitatem: ut Pomponius noster suo iure possit dicere, *nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam.* Ergo is tibi, nos ei succedimus. Veni igitur, quaeso, ne tamen semen urbanitatis una cum re publica intereat.

---

sie wenigstens Füsse hätten d. i. sich beschleunigen liessen. — *urbanitatem*, der feine, durch Witz und Laune gewürzte Umgang, Stadtton. — *suo iure*, mit vollem ihm gebührenden Rechte. — *nisi . . Atticam*, wenn Wir wenigen nicht noch den wohlhergebrachten Ruhm Attischer Feinheit retteten! Eine Aposiopesis. — *Ergo . . . succed.*, nun denn er folgt auf Dich, und ich auf ihn. — *tamen.* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. *tantum* ex antiqua coni. Nemone *tandem! OR.* — *semen*, aller oder der letzte Saamen.

M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
ANNO ET MENSE INCERTO
INTRA A. U. C. DCCVII. ET DCCX.
SCRIPTAE.

EPISTOLA DCLVIII. (ad Div. IX. 21.)

Scr. anno incerto.

Fulmina verborum Paetus Ciceroni tribuerat, quae imitari non posset, quod ridens confutat. 1. etiam quod Papirios ullos negaverat nisi plebeios fuisse. 2-3.

CICERO PAETO S.

Ain' tandem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina? Tum insanires, si consequi non posses: quum vero etiam vincas, me prius irrideas, quam te, oportet. Quare nihil tibi opus est illud a Trabea, sed potius ἀπότευγμα meum. Verumtamen quid tibi ego in epistolis videor? nonne plebeio sermone agere tecum? Nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola aut iudicio aut concioni? Quin ipsa

---

PAETO. S. zu ep. 246 im Anf. 474.

1. *Ain tandem*, ist das Dein Ernst? — *fulmina*, *βέλη*, Kraftworte. — *Quare . . ἀπότευγμα meum*, die von Dir in Deinem Briefe zum Beweise, dass Du die Blitze meiner Worte vergebens nachzuahmen versuchest, angezogenen Verse des Komikers Trabea thun also Dir nicht Noth, passen also nicht auf Dich, treffen also nicht Dich; sondern das Misslingen ist auf meiner Seite. *ἀπότευγμα*, aberratio, infelix successus, quia non assequor id, quod cupio, sed a te vincor; tu enim omnia, quae vis, consequeris, quod ego non possum. Über den Komiker Trabea, von welchem wir nur noch Fragmente haben, s. de Finibb. II, 4. Tuscul. IV, 31. Sedig. apud Gellium XV, 24. — *videor* scil. agere, „indess wie komm' ich Dir in meinen Briefen vor?“ — *pleb. sermone ag. tec.*, in der Volkssprache, Sprache des gewöhnlichen Lebens mich mit Dir zu unterhalten? — *Nec* tamen, iedoch nicht. — *iudicio aut concioni*, mit einer gerichtlichen Vertheidigung oder Rede an's Volk, = orationi

iudicia non solemus omnia tractare uno modo. Privatas causas, et eas tenues, agimus subtilius; capitis aut famae scilicet ornatius: epistolas vero quotidianis verbis texere solemus. Sed tamen, mi Paete, quî tibi venit in men- 2
tem negare Papirium quemquam unquam, nisi plebeium, fuisse? Fuerunt enim patricii minorum gentium, quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui censor cum L. Sempronio Atratino fuit, quum antea consul cum eodem fuisset, annis post Romam conditam CCCXII. Sed tum Papisii dicebamini. Post hunc XIII. fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum Papisius est vocari desitus. Is dictator cum L. Papirio Cursore, magistro equitum, factus est, annis post Romam conditam CCCCXV. et quadriennio post consul cum K. Duilio. Hunc secutus est Cursor, homo valde honoratus: deinde L. Maso, aedi-

---

iudiciali aut forensi. Metonymia. — *iudicia*, die gerichtlichen Reden. — *Privatas causas*, Civilprocesse im Gegens. von publicae causae, Staats-Criminalsachen. — *et eas tenues*, zumahl von geringer Erheblichkeit. S. Ramsh. §. 158, 2, h. — *agimus subtilius*, behandeln wir schlichter. S. Orat. u. de Orat. — *scilicet*, versteht sich. — *texere*, einzukleiden.

2. *Sed tamen*, „doch um auf einen andern Punct Deines Briefs zu kommen.“ Paetus war ein Papirius, also von dieser gens. — *min. gent.*, „von den iüngeren Geschlechtern.“ Die Patricier theilten sich in Patricios maiorum und minorum gentium. Iene waren die Abkömmlinge der von Romulus und Tullus Hostilius ernannten Senatoren: diese stammten von Denen, welche Tarquinius Priscus, um die Zahl der Senatoren auf dreihundert zu bringen, in diesen Stand erhoben hatte. *GRÄTER.* — *princeps* = primus. *consul cum eodem* scil. anno 310, quum tribuni militum consulari potestate vitio facti abdicassent. Vid. Liv. IV, 7. 10. „De Manutii et Pighii ad a. u. c. 310 sententia Lall. Ern. Bened. Sch. Lün. *consul . . . censor* Md. Vict. I. 2. Lamb. Graev. *ante* Graev.“ *ORELLI.* — *CCCXII.* Hunc annum Cicero de censura, non de consulatu intelligi voluit. Et ad hunc annum Livius quoque hos censores, qui primi hunc magistratum gesserunt, refert Lib. IV. c. 10. *SCH.* — *Papisii.* Den Buchstaben *R* soll Appius Claudius erfunden haben, so dass man nun *Valeriis* st. *Valesiis*, *Furiis* st. *Fusiis* schrieb. S. Pandect. I, 2, 2. Varr. Ling. Lat. VI, 3. Fest. und Quinctil. I, 4 (6). Cic. Orat. c. 45 ff. G. Fr. Grotefend Lat. Gramm. II. Bd. §. 147, *). — *XIII.* Papirii. — *sella curuli*, die den Curulischen Sessel einnahmen d. i. entweder Curulische Aedilen oder Prätor, Consul, Censor, Dictator waren. — *primum*, Lamb. *primus.* — *CCCCXV.* S. Liv. VIII, c. 12. — *K.* i. e. Kaesone *Duilio.* Consul fuit L. Papirius Crassus cum K. Duilio a. u. c. 419 (418). Liv. VIII. c. 9. *SCH.* — *Cursor* idem scil., quem antea magistrum equitum fuisse memoraverat. *SCH.* — *valde honoratus*, mit hohen Ehrenstellen bekleideter. Nam quinquies consul fuit, annis u. c. 421. 434. 435. 439. 441. Idem dictator factus 414. 430. 445. Livius spricht von ihm als einem Manne, der seinem Zeitgenossen Alexander dem Grossen völlig wäre

licius: inde multi Masones: quorum quidem tu omnium
3 patriciorum imagines habeas volo. Deinde Carbones et Turdi insequuntur. Hi plebeii fuerunt: quos contemnas censeo. Nam praeter hunc C. Carbonem, quem Damasippus occidit, civis e re publica Carbonum nemo fuit. Cognovimus Cn. Carbonem et eius fratrem scurram: quid his improbius? De hoc amico meo, Rubriae filio, nihil dico. Tres illi fratres fuerunt, C. Cn. M. Carbones. Marcus, P. Flacco accusante, condemnatus; fur magnus ex Sicilia: Caius, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur: is et tribunus plebis seditiosus et P. Africano vim attulisse existimatus est. Hoc vero, qui Lilybaei a Pompeio nostro est interfectus, improbior nemo

---

gewachsen gewesen, falls dieser sich auch Italien hätte unterwerfen wollen. — *L. Maso*, Md. Edd. ante Sch. *Masso.* L. Papirius Maso aedilis fuit a. u. c. 431. — *multi Masones*, inter quos C. Papirius L. F. Maso consul fuit a. u. c. 523. — *quorum . . . habeas volo*, „von allen diesen Papiriern als Patriciern musst Du, so befehl' ich nun, die Ahnenbilder in Deiner Vorhalle (atrio) aufgestellt haben." Eine aus Scherz gebieterische Wendung statt: ich habe Dir hiemit erwiesen, dass es auch Patricische Papirier gegeben.

3. *Hi.* Neap. Asc. 1. *ii. ORELLI.* — *censeo*, zum Scherz, als wenn er ein Censor wäre, dem es zustand über solcherlei Familiensachen zu erkennen. — *C. Carbo*, der Sohn ienes beredten C. Carbo, der bald nachher, als ihn L. Crassus angeklagt hatte, Kanthariden nahm. — *Damasippus* der Prätor tödtete ihn auf Befehl des iungen Marius 672. S. Cicero de Orat. III, 3. — *civis e republica* h. e. utilis rei publicae s. ex optimatium partibus. *SCH.* „ein Freund der Republik." — *Cn. Carbonem*, einen Redner für den Pöbel. S. Brut. c. 60. — *nihil dico*, weil er und seine Mutter Rubria von ihrer schlechten Seite allgenug bekannt waren. — *tres illi*, quos iam nominabo, fratres fuere. Aus der ersten Hälfte des 7. seculi. — *Caius.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Ernesti, Bened. (cfr. Ruperti *Tabulas geneal.* p. 161). *P. M. C. Carbones. Publius, Flacco accusante, condemnatus* (*est* addit Lamb.): *fugit Marcus ex Sicilia* (quonam tandem?); *Caius* cet. Crat. Lamb. Sch. Lünem. *ORELLI.* — *P.* Valerio *Flacco.* — *ex Sicilia* fugit, ubi praetor aut quaestor aut legatus erat. Also ein Mann, wie Verres. — *Caius* Papirius Carbo consul fuit a. u. c. 634 et anno sequente a L. Licinio Crasso oratore adolescente accusatus, quamvis ipse fuisset egregius orator (vid. Brut. c. 27.), tamen se a severitate iudicum voluntaria morte, cantharidibus sumptis, vindicavit. *SCH.* — *vim attulisse.* Vid. supr. ep. XCIX. Aber de Orat. II, 40 erklärt ihn Cicero nur für Einen, der mit darum gewusst habe. Die Schuld dieses Mordes wird dagegen von den Meisten auf seine Frau Sempronia, die Schwester der Gracchen, geschoben. Daher im Somnio Scipionis: *si impias propinquorum manus effugeris.* Vgl. Cicer. de Amicit. c. 12. — *Hoc vero* Cn. Carbone, qui ter consulatum adeptus (a. u. c. 669. 670. 672.) acerrime contra Sullam pugnavit, postremo

meo iudicio fuit. Iam pater eius, accusatus a M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. Quare ad patres censeo revertare: plebeii quam fuerint importuni, vides.

EPISTOLA DCLIX. (ad Div. IX. 22.)

Scr. anno incerto.

Quum Paetus Epicureus in epistola verbum obscenam usurpasset, Cicero Stoïcorum sententiam explicat, quibus placuit nihil esse obscenum, nihil turpe dictu ideoque suo quamque rem nomine appellandam; se tamen verecundiam potius loquendi quam istam Stoïcorum licentiam amare ostendit. 1-5.

CICERO PAETO.

Amo verecundiam, tu potius libertatem loquendi. Atque hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto: etsi Academiae nostrae cum eo magna rixa est. Sed, ut dico, placet Stoicis, suo quamque rem nomine appellare. Sic enim disserunt: Nihil esse obscoenum, nihil turpe dictu: nam, si quod sit in obscoenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo: nihil esse tertium. In re non est. Itaque non modo in comoediis res ipsa narratur, — ut ille in Demiurgo:

Modo forte —

nosti canticum; meministi Roscium —

---

victus et Italia pulsus in Sicilia a Pompeio occisus est. *MANUT.* Vid. Plutarch. in Vit. Pompeii. — *pater eius* Cn. Carbo, ut Capitolini lapides testantur, et is fortasse, qui cum Metello Caprario consul fuit a. u. c. 641. — *sutorio atramento*, quod Graeci *χάλκανθον*, Kupfervitriol, vocant. Galen. XIII. meth. c. 20. zählt es unter die Gifte. Vielleicht hat sich also auch dieser Carbo durch Gift der Strafe entzogen. Doch lässt sich *absolvi atramento sutorio* als ein Sprichwort von einer solchen Lossprechung deuten, die des Freigesprochenen Ehre befleckte. — *patres* = *patricios* Lambini. — *importuni* lästig, d. i. wie wenig Ehre Dir die Plebeier als Ahnen und Verwandte machen würden.

1. *tu* de Rutilii coni. Lamb. Sch. Lün. *vel* Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. *ORELLI.* — *Atque*, und zwar, freilich war Das die Meinung des Zeno, ienes Stifters der Stoa. — *rixa* scil. ob hanc sententiam. Eben so wie die Stoïker eifert Horat. Serm. I, 355 ff. gegen die Verschönerung der Laster durch Schleiernamen und die dadurch herbeigeführte Verwechselung des Sittlichen mit dem Unsittlichen. Inzwischen kommt es doch auf die Umstände und Umgebungen an, ob man iedes Ding mit dem rechten Namen nennen dürfe. Vgl. Cicero de Officc. I, 41, 148. — *flagitium*, Schande. — *Demiurgo*, Handwerker, Künstler. Nimirum *ut ille* Turpilius Comicus, qui fabulam docuit sic inscriptam, quam Nonius Marcellus citat in v. *quaesti* aliisque locis. *SCH.* — *nosti canticum.*

ita me destituit nudum. —
totus est sermo verbis tectus, re impudentior, — sed etiam in tragoediis: quid est enim illud? —
Quae mulier una. —
quid, inquam, est? —
usurpat[o] duplex cubile.
Quid? —
huius Pheraei hic cubile inire est ausus. —
quid est?
Virginem me quondam invitam per vim violat Iuppiter.

Bene *violat:* atqui idem significat; sed alterum nemo tulisset.
2 Vides igitur, quum eadem res sit, quia verba non sint, nihil videri turpe. Ergo in re non est: multo minus in verbis. Si enim quod verbo significatur, id turpe non est, verbum, quod significat, turpe esse non potest. *Anum* appellas alieno nomine: cur non suo potius? Si

---

Sic locum constitui, ut Turpilii sint ista: *Modo forte ita me destituit nudum.* Ceteri *modo forte* pro Ciceronis verbis habentes mire se torserunt. v. c. Vict. 2. Ern. Bened. ita distinguunt: *in Demiurgo modo (forte nosti . . . .)*, quasi *forte* idem esset ac *fortasse.* Sch. Lün., quod paratissimum semper est remedium, del. v. difficilia. Nobbe sic: *in Demiurgo: [forte] nosti. ORELLI.* — *nosti*, wie de Finibb. II, 22. ep. 472. — *meministi Roscium* illud canticum agentem s. gestus ei accommodantem. — *in tragoediis* scil. res ipsa narratur. Sequuntur quattuor exempla locorum e tragicis poëtis, in quibus de adulteriis et stupris agitur, honestis tamen verbis. *SCH.* — *Quae mulier una.* Est ex Attio: nempe integer versiculus erat: *quae mulier una duûm virûm.* Vid. Cic. Orat. c. 46. — *usurpat[o].* Sic Nobbe. *usurpato* Md. Neap. Asc. 1. Bened. *usurpata* Vict. I. 2. Lamb. Graev. Ern. *usurpat* Margo Crat. *ORELLI.* Rescripsi *usurpat ea duplex cubile,* quod est pars senarii iambici agiturque de moecha. *SCH. usurparat* Graev. susp. — *Pheraei.* Accipiunt hoc de Alexandro Pheraeo, quem uxor Thebe, adiuvantibus fratribus, ob suspicionem pellicatus occidit. — *Virginem . . . Iuppiter.* Loquitur una mulierum, quas Iuppiter amavit. v. c. Io, Callisto. Vid. Ovid. Metam. I, 588. II, 409. Est versus octonarius. Vid. G. Fr. Grotef. Gramm. II. §. 96. — *alterum nemo tulisset.* Sensus est: si pro illo *violat* dictum esset *subagitat*, hoc alterum nemo tulisset; atqui idem significat, quod illud *violat. SCH.* Sic Md. Bened. Sch. Nobbe. *violat. Iuppiter bone, violat* Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. *violat: sed alterum nemo tulisset. Atqui idem significat* Sch. coni. *ORELLI.* Lün. ita transposuit.

2. *verba non sint* turpia. „*non sint*" scil. „eadem." Locus sanus est. *ORELLI.* — *Ergo si in re.* Schütz susp. — *Anum appellas.* Nempe hoc vocabulum honestius erat et a medicis usurpatum. Illa vero *culus* et *podex* obsceniora erant ideoque a Satyrarum et epigrammatum scriptoribus frequentantur. *Alienum* autem quod dicit *ani* nomen, significare videtur id nuper demum usurpari coeptum

turpe est, ne alieno quidem: si non est, suo potius. Caudam antiqui *penem* vocabant: ex quo est propter similitudinem penicillus. At hodie *penis* est in obscoenis. At vero Piso ille Frugi in Annalibus suis queritur, *adolescentes peni deditos esse.* Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius *penem.* Sed quia multi, factum est tam obscoenum, quam id verbum, quo tu usus es. Quid, quod vulgo dicitur, *Cum nos te voluimus convenire*, num obscoenum est? Memini, in senatu disertum consularem ita eloqui: *Hanc culpam maiorem, an illam dicam?* potuit obscoenius? Non, inquis: non enim ita sensit. Non ergo in verbo est. Docui autem in re non esse: nusquam igitur est. *Liberis dare operam* quam honeste 3 dicitur? etiam patres rogant filios: eius operae nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Is *Connus* vocitatus est. Num id obscoenum putas? Quum loquimur *terni*, nihil flagitii dicimus: at quum *bini*, obscoenum est. Graecis quidem, inquies. Nihil est ergo in verbo, quoniam et ego Graece scio et tamen tibi dico, *bini:* idque tu facis, quasi ego Graece, non Latine dixerim. *Ruta* et *menta*, recte utrumque. Volo mentam pusillam ita appellare, ut *rutulam:* non licet. Bella *tectoriola:* dic ergo etiam *pavimenta* isto modo; non potes. Viden' igitur nihil esse, nisi ineptias? turpitudinem nec in verbo esse nec in re: itaque nusquam esse. Igitur in verbis honestis obscoena ponimus. Quid 4 enim? non honestum verbum est *divisio?* At inest obscoe-

---

esse, quodcumque sit eius etymon. *SCH.* — *Piso Frugi*, qui sine ornatu scripsit historiam. *MANUT.* Vid. de Orat. II, 12. Brut. c. 27. Tuscul. III, 8, 16. 20, 48. Consul fuit a. u. c. 621. Cicero significat, quum hodie penis sit in obscenis, nondum ita fuisse Pisonis aetate, quippe qui non dubitaverit hoc vocabulum in historia ponere. *SCH.* — *quia multi* deinde hoc vocabulum usurparunt. — *quo tu usus es* scil. *mentula.* — *Cum nos.* Hic *Cum* necessario scribendum erat. Discimus hinc *cum* et *quom*, *quum* eodem modo pronuntiata esse a Cicerone. *OR.* Vgl. Orat. c. 45. Quinctil. VIII, 2, 45. Das *Cum nos* klang dem *cunnus* ähnlich. — *culpam.* Sic Md. Crat. Vict. I. 2. Lamb. Graev. *pulpam* Neap. Ern. Bened. Sch. Lün. Sed quomodo hoc senator in ordine amplissimo dicere potuerit, equidem non exputo. Scil. pronuntiato *hancc ulpam*, ac *p.* molliore sono, erat quasi *hanc vulvam*; in eoque obscoenitas. *OR.* — *non enim* = at non. Oder: *Non* scil. obscene dixit: *non enim* cet.

3. *Lib. d. oper.* = τεκνοποιεῖν. — *nihil flagitii* = turpe. — *bini.* Nempe quia Graece βινεῖ est obscenum. — *quoniam*, wie ep. 657, 1. — *non licet*, quia pronuntiaretur *mentula.* — *Bella.* Fortasse: *belle. ORELLI.* — *non potes*, nam sonaret pavi*mentula. SCH.*

4. *Igitur.* Neap. Asc. 1. Lamb. *Ergo* initio periodi *igitur* vitaturi. *ORELLI.* — *At* (vocabulo *divisio*) *inest obscenum* scil. *visio*

num, cui respondet *intercapedo.* Num haec ergo obscoena sunt? Nos autem ridicule. Si dicimus: *ille patrem strangularit*, honorem non praefamur. Sin de Aurelia aliquid aut Lollia: honos praefandus est. Et quidem iam non etiam obscoena verba pro obscoenis sunt? *Batuit*, inquit, impudenter; *depsit* multo impudentius. Atqui neutrum est obscoenum. Stultorum plena sunt omnia. *Testes* verbum honestissimum in iudicio: alio loco, non nimis. At honesti *colei Lanuvini: Cliternini*, non honesti. Quid? ipsa res modo honesta, modo turpis? *Suppedit*, flagitium est. Iam erit nudus in balneo, non reprehendes.
5 Habes scholam Stoicam, ὁ σοφὸς εὐθυῤῥημονήσει. Quam multa ex uno verbo tuo! Te adversus me omnia audere gratum est. Ego servo et servabo — sic enim assuevi — Platonis verecundiam. Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quae apertissimis agunt Stoici. Sed illi etiam crepitus aiunt aeque liberos ac ructus esse oportere. Honorem igitur Kalendis Mart. Tu me diliges et valebis.

= flatum ventris emitto, ut *pedo* in vocabulo inter*capedo.* Vid. Quinctil. VIII, 3, 46. Frid. Vavassor de epigr. 6, 11. — *honorem non praefamur*, so sagen wir nicht erst: mit Ehren zu vermelden, honos sit verbis! Vgl. de Finibb. II, 10. — *de Aurelia . . . aut Lollia*, scortis nobilissimis. *aliquid eiusmodi* vel *aliquis idem* Sch. susp., quibus diu ante obviam ierat Oudendorp. ad *Appul.* T. 2. p. 552. Apparet *strangulare* sensu obsceno dictum esse de mulieribus. — *honos praef. est*, so müssen wir erst sagen: mit Ehren zu vermelden! — *non etiam.* Est interrogatio: quod ii non attenderunt, qui coni. scripserunt *etiam non* Lamb. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *Batuit.* Batuere proprie est verberare, deinde in mortario tundere. At hac significatione verbum translatum ad rem Veneream. *SCH.* — *depsit* verbum proprie est *subigere*, ut farinam; deinde ad sensum obscenum deflexit; composito *perdepsere* sic usus est Catullus. *SCH.* — *Stultorum plena sunt omnia.* Interponuntur haec prorsus, ut supra: *Viden' igitur nihil esse nisi ineptias.* Haec *Stult. . . . omnia* Ern. [] del. Sch. Lün. *ORELLI.* — *alio loco*, si ponitur pro testiculis. — *non nimis* honestum. — *colei Lanuvini*, sacci de corio facti, qui et cullei, qui optime Lanuvii fiebant et inde portabantur Romam. *GRONOV.* — *Cliternini*, ut in Priapp. 13: *nos pudore pulso stamus sub Iove coleis apertis.* Cliternum quoque Italiae oppidum et incolae Cliternini. Sed videtur aliquis sic lusisse respiciens ad vocabulum κλειτορὶς, quae et νύμφη et μύρτος appellatur. *GRONOV.* — *suppedit.* Suppedere i. q. visire. — *iam si erit* Sch. Lün. scil. aliquis, qui hoc fecerit.

5. *scholam Stoïcam*, Stoïcorum praeceptum: *sapiens omnia libere et nudis verbis* eloquetur. — *verbo tuo* scil. obsceno, quo in epistola usus erat Paetus. — *agunt*, tractant, verhandeln. — *Kalendis Mart.* intellige *habemus*, qui pro verecundia pugnamus, quum Kalendae Martiae sint matronis solemnes et sacrae propter cultum Iunonis regiae. *ERNESTI: Honorem igitur. Kal. Mart.* distinxit Lamb. *OR.*

EPISTOLA DCLX. (ad Div. XVI. 22.)

Scr. in villa, A. ut videtur 708. (a. C. 46.)

Valetudinis curandae admonet aegrotantem; librarios tamen regere iubet; addit de aliis. 1-2.

TULLIUS TIRONI SUO S.

Spero ex tuis literis tibi melius esse: cupio certe. Cui quidem rei omni ratione cura ut inservias: et cave suspicere contra meam voluntatem te facere, quod non sis mecum. Mecum es, si te curas. Quare malo te valetudini tuae servire, quam meis oculis et auribus. Etsi enim et audio te et video libenter, tamen hoc multo erit, si valebis, iucundius. Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo: lego autem libentissime. Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone. De triclinio cura, ut facis. Tertia aderit, modo ne Publius rogatus sit. De- 2
metrius iste nunquam omnino Phalereus fuit, sed nunc plane Billienus est. Itaque te do vicarium. Tu eum

---

1. *Cui* i. e. ut tibi melius sit. — *suspicere.* Sic Md. = *suspiceris* Bas. edd. meae. *ORELLI.* — *si te curas*, wenn Du Dich verpflegst. — *hic*, in villa. Literae scriptae videntur statim Catone absoluto, a. u. c. 708. mense Sextili, quo tempore Cicero in villis erat. *SCH.* — *cesso*, ich gehe müssig. — *monstr.*, Du wirst sie zurecht weisen. — *interpositio* = quod est additum et insertum scripto, eine eingerückte Stelle. — *difficilior* lectu. Cicero in autographo suo locum reliquis iam scriptis interposuerat literis ita minusculis et perplexis scriptum, ut ipse vix illum legere posset. *SCH.* — *de quadr. Cat.*, intelligunt de constantia Catonis Uticensis, cuius de laudibus Cicero scripserat, pueri quadrimi, quum de fenestra praecipitare minarentur per iocum, ni promitteret, quod vellent, quum ille negasset se facturum; ipse autem maneret in sententia. *ERN.* Vid. Plutarch. in Vit. Caton. — *De triclinio cura, ut facis*, auf die Arbeiten im Speisesaale wirst Du nach Deiner löblichen Sitte fortfahren ein Auge zu haben. — *Tertia aderit.* Putant Bruti sororem, C. Cassii uxorem, intelligi, quam ad convivium futuram dicat. *ERNESTI.* Intelligendum de tertia dotis pensione, quam Dolabella debebat. Sensus igitur est: Ad triclinium aedificandum et exornandum praesto erit tertia Dolabellae pensio, nisi forte Publius rogatus sit ut mihi solvat, cui ipse debeo. De convivio vix accipi potest; Cicero enim absens erat. *SCH.* De Publio vid. ad Famil. XVI, 22.

2. *Billienus.* Nempe Ciceronis libertus dicebatur Demetrius Bellienus, opinor; id nomen Cicero mutat levi παρονομασίᾳ in *Bilienus*, ad malitiam hominis perstringendam: non *Phalereus*, non doctus et prudens, ut ille Demetrius Phalereus Atheniensis. *ERN.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. Lamb. *Bilienus* Crat. Vict. 1. Graev.

observabis. Etsi: verumtamen; de illis: nosti cetera. Sed tamen, si quem cum eo sermonem habueris, scribes ad me, ut mihi nascatur epistolae argumentum et ut tuas quam longissimas literas legam. Cura, mi Tiro, ut valeas: hoc gratius mihi facere nihil potes. Vale.

EPISTOLA DCLXI. (ad Div. XVI. 17.)

Scr. in villa A. ut videtur 708. (a. C. 46.)

Reprehendit vocabulum *fideliter* a Tirone in epistola alieno loco positum, eique valetudinis curam commendat. 1—2.

TULLIUS TIRONI S.

Video, quid agas. Tuas quoque epistolas vis referri in volumina. Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄκυρον, „*valetudini fideliter inserviendo.*" Unde in istum locum „*fideliter*" venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multae. Nam et doctrina et domus et ars et ager etiam *fidelis* dici potest: ut sit, quomodo
2 Theophrasto placet, verecunda tralatio. Sed haec coram. Demetrius venit ad me: quo quidem comitatu! Ἀφωμίλησα: satis scis. Tu eum videlicet non potuisti videre: cras aderit: videbis igitur. Nam ego hinc perendie mane cogito. Valetudo tua me valde sollicitat; sed

---

Ern. Sch. Lün. *Bellienus* Bened. *ORELLI.* — *Etsi; verumtamen; de illis.* Haec facile supplere Tiro potuit, cui notae erant patroni cogitationes. *GRONOV.* Quia Cicero addit: *nosti cetera,* videtur Demetrius saepe illis verbis usus fuisse, ubi se excusare vellet, nec haberet quid diceret. *SCH.* — *nosti cetera,* Du kennst ia seine Redensarten, wenn er in Verlegenheit ist.

1. *Video, quid agas,* ich merke recht gut, worauf Du es anlegst. — *referri in vol.*, zu ordentlichen Bänden gesammelt werden. — *κανὼν,* regula, corrector. Miratur Cicero parum apte translato verbo Tironem usum esse, quem ipse iudicem suis in scriptis habere consuevisset. *MANUT.* — *ἄκυρον,* ineptum, alieno loco positum, unfüglich, unpasslich, uneigentlich. — *domic. est proprium in officio* i. e. qua voce proprie utimur in formulis officii praestandi, wenn von Pflichtleistung die Rede ist; *domicilium* = sedes, Stelle. — *migrat. in alienum* domicilium *multae* sunt, i. e. quae vox per translationem multis aliis vocibus coniungi solet, ad multa alia transferri potest. — *Theophrasto.* Vid. Quinctil. VIII, 1. — *tralatio,* „und zwar so, dass die Übertragung (der metaphorische, bildliche Gebrauch) noch immer bescheiden bleibt.

2. *Demetrius.* S. vorig. Br. §. 2. — *Ἀφωμίλησα,* eum non admisi, ich hab' ihn nicht vorgelassen. — *satis scis,* nun weisst Du genug. — *videre* = sprechen; sonst hättest Du ihn abgehalten, mir überlästig zu werden. — *aderit,* wird er wieder in Rom sein. — *cogito,* denk' ich von hier abzugehen. — *sed ei inservi* Lamb.

inservi et fac omnia: tum te mecum esse, tum mihi cumulatissime satisfacere putato. Cuspio quod operam dedisti, mihi gratum est. Valde enim eius causa volo. Vale.

EPISTOLA DCLXII. (ad Div. XVI. 20.)

Scr. in villa ut videtur A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Tironem iubet valetudinem curare, libros in Tusculano componere, eique Kalendis gladiatores spectandi veniam dat.

TULLIUS TIRONI S.

Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo: sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te firmum fore. Libros compone: indicem, quum Metrodoro lubebit, quoniam eius arbitratu vivendum est. Cum olitore, ut videtur. Tu potes Kalendis spectare gladiatores, postridie redire: et ita censeo. Verum, ut videbitur. Cura te, si me amas, diligenter. Vale.

---

tum, quum valetudini inservias; nur dann. — *Cuspio*, einem Römischen Ritter u. Mitgliede einer Compagnie von Zollpächtern. S. ad Attic. XIII, 6, 1 am Ende (594 h. ed.) — *eius causa volo*, ich will ihm wohl. *operam dare alicui*, Einem zu Gefallen sein, sich für Iemanden verwenden.

1. *ita vivam*, so wahr ich lebe. Ramsh. §. 166, 3. Not. 2. Grotef. §. 384. Anm. 5. — *valetudo*, Zustand der Gesundheit, Unpässlichkeit. — *quam inst.*, adhibere coepisti, die Du anzuwenden begonnen hast. — *firmum fore*, dass Du bald wieder zu Kräften kommen werdest. — *compone*, ordne zusammen. De bibliotheca Tusculana sermo est. Eam ordinari et indicem librorum fieri a Tirone volebat. Ordinationem quidem sine consilio medici, quod in eo nullus labor, qui valetudini obsit. At indicis conficiendi laborem suscipi volebat, si medicus Metrodorus sineret. *ERNESTI*. Zum Ordnen der Bücher konnte er sich der Hände anderer Leute bedienen, die er bloss anzuweisen brauchte. Metrodorus medicus Ciceronis libertus fuisse videtur. Vid. ad Attic. XV, 1. Vermuthlich hatte dieser auch dem Tiro den Aufenthalt auf dem Lande verordnet. — *quoniam*, wie ep. 659, 3. — *arbitratu*, nach dem Gutachten. — *Cum olitore*, mit dem Küchengärtner halte es. S. ep. 667, 2. — *spectare* Romae.

EPISTOLA DCLXIII. (ad Div. XVI. 13.)

Scr. IV. Id. Apr. ut videtur A. U. C. 700. (a. C. 54.) in Cumano.

Cohortatur Tironem ad valetudinem curandam.

CICERO TIRONI S.

Omnia a te data mihi putabo, si te valentem videro. Summa cura exspectabam adventum Menandri, quem ad te miseram. Cura, si me diligis, ut valeas: et, quum te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. IV. Idus April.

EPISTOLA DCLXIV. (ad Div. XVI. 14.)

Scr. eodem die quo proxime antecedens.

Sollicitudinem suam ob morbum Tironis significat et, ut valetudinem curet, hortatur. 1—2.

TULLIUS TIRONI S.

Andricus postridie ad me venit, quam exspectaram. Itaque habui noctem plenam timoris ac miseriae. Tuis literis nihilo sum factus certior, quomodo te haberes; sed tamen sum recreatus. Ego omni delectatione literisque omnibus careo; quas ante, quam te videro, attingere non possum. Medico mercedis, quantum poscet, promitti
2 iubeto: id scripsi ad Ummium. Audio te animo angi et medicum dicere ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex somno tuas literas humanitatemque, propter quam mihi es carissimus. Nunc opus est te animo valere, ut corpore possis. Id quum tua, tum mea causa facias, a te peto. Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. Conserva te mihi: dies promissorum adest;

---

1. *Menandri*, pro quo *adventum Andrici* Engelbronneri in *M. Tullio Tir.* p. 15. suspicio haud improbabilis. Potius h. l. nomen corruptum quam initio Ep. seq. *Andricus. ORELLI.* — *IV. Id. April.*, am 10. April. Haec epistola commode refertur cum epp. 664. 665. 666. 667. ad a. u. c. 700, quo anno Tiro manumissus est. *SCH.*

1. *Andricus.* Bas. C2d. Benedicti *Menandrius*; e cod. Manutii Sch. Lün. *Menandrus. ORELLI.* — *Medico* Metrodoro. S. ep. 662. — *mercedis* tantum.

2. *literas humanitatemque* statt literas humaniores. Eine Hendiadys. Vertreibe Dir durch Deine Studien die Bekümmernisse aus dem Gemüthe. — *ut corpore possis* scil. valere. *possis corpore* Ern. susp. firmatur Cd. Santenii. cfr. *ad Terentianum* p. 280. *ORELLI.* — *dies prom. adest* h. e. manumittendi Tironis. Cicero enim Tironem anno 700 manumisisse videtur. Cf. Matii Opinio-

quem etiam repraesentabo, si adveneris. Etiam atque etiam vale. III. Idus hora VI.

EPISTOLA DCLXV. (ad Div. XVI. 15.)

Scr. prid. Id. April. eodem quo superior anno.

Suam de Tironis valetudine sollicitudinem significat. 1—2.

TULLIUS TIRONI S.

Aegypta ad me venit pridie Idus Apriles. Is etsi mihi nuntiavit te plane febri carere et belle habere, tamen, quod negavit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit, et eo magis, quod Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili sum sollicitudine de tua valetudine: qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura scriberem, si iam putarem lubenter te legere posse. Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi tibique conservandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale. Scripta 2
iam epistola, Hermia venit. Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis: nec mirum, tam gravi morbo. Ego ad te Aegyptam misi, quod nec inhumanus est et te visus est mihi diligere, ut is tecum esset: et cum eo cocum, quo uterere. Vale.

EPISTOLA DCLXVI. (ad Div. XVI. 10.)

Scr. videtur A. U. C. 700. (a. C. 54.) in Cumano.

Tironem ad se venire cupit, sed viam timet ne valetudini noceat. 1—2.

TULLIUS TIRONI S.

Ego vero cupio te ad me venire: sed viam timeo. Gravissime aegrotasti: inedia et purgationibus et vi ip-

---

num Lib. II. c. I. *SCH.* — *repraes.* i. e. non exspectabo diem dictam; manumittam te etiam ante, si adveneris. *MANUT.* Praesentem faciam diem promissorum i. e. promissa praestabo, etiam si dies dicta nondum advenerit. Sic *repraesentare pecuniam* = in diem praesentem numerare, quae in longiorem deberetur, vor der Zeit bezahlen. — *III. Id.* am 11. April. Sic Md. (c) Vict. 1. 2. *IV. Id. April.* Lamb. *IV. Idus hora sexta* Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.*

1—2. *prid. Id. April.*, am 12. April. — *omni cura*, qua angebatur. Vid. ep. praeced. — *confer*, wende an. — *vacillant.* i. e. non aequaliter scriptis, mit zitternder Hand geschrieben. — *morbo* Ablat. causae. — *Aeg. misi*, Lamb. *remisi.*

1. *venire.* Tiro igitur scripserat se brevi venturum. — *viam* i. e. ne cum periculo vitae iter suscipias. — *inedia*, abstinentia

sius morbi consumptus es. Graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si quae culpa commissa est. Iam ad id biduum, quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano a. d. III. Kalend. esse volo. Ibi te ut
2 firmum offendam, mi Tiro, effice. Literulae meae sive nostrae tui desiderio oblanguerunt. Hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paullum sustulerunt. Pompeius erat apud me, quum haec scribebam, hilare et libenter. Ei cupienti audire nostra dixi, sine te omnia mea muta esse. Tu Musis nostris para ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient. Docui enim te, fides ἔτυμον quod haberet. Fac plane ut valeas. Nos adsumus. Vale. XIV. Kal.

---

cibi. — *consumptus*, confectus, exhaustus. — *offensiones*, Versehen, Verstosse gegen die Diät; wenn sich Einer nicht darnach hält, bei der Genesung. — *Iam*, ferner, nun aber. — *III. Kal.* Vielleicht *Mai.*, am 29. April.

2. *Literulae*, studia, Musae. Prosopopoeia. — *oblang.* = intermisi studia, dum te bona eorum parte carui. — *ocul . . sustul.* i. e. excitata sunt aliquo modo. — *Pompeius.* Ragazonius quia hanc epistolam ad annum 709 referendam putabut, quo anno Pompeius iam mortuus erat, legendum censebat *Pomponius.* Verum de Attico nihil opus erat dicere: eum *libenter* apud se fuisse. Praeterea quum manumissionis mox futurae mentionem iniiciat, sequitur hanc epistolam scriptam esse a. u. c. 700. *SCH. Pomponius* de Ragazonii coni. Lall. non improb. Beiero ad *Offic.* T. 1. p. 53. Sed facio cum Schützio et Engelbronnero in *M. Tullio Tirone* p. 17. Mox: *apud me erat.* Crat. Tum Crat. Lamb. Graev. Bened. et Beier. l. l. *Offic.* T. 1. p. 53. male distinguunt: *Scribebam. Hilare et libenter ei cupienti. ORELLI.* — *nostra*, von meinen Arbeiten. — *muta esse* i. e. me desiderare opportunitatem tuae operae omnibus in locis. — *operas reddas*, quas vi morbi praepeditus intermisisti. — *nostra . . . fient*, manumissio scil. Tironi promissa. *ad diem dictam*, praestitutam, praefinitam, εἰς ῥητὴν ἡμέραν. — ἔτυμον = veram originem i. e. docui te *fidem* inde dictam, quia fiat id, quod promittitur. *MANUT.* Cfr. Cic. de Officc. I, 7, 23: „credamusque, quia fit, quod dictum est, appellatam fidem." — *adsumus* i. e. paratus sum tibi fidem praestare. Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *nos ad summum* Asc. 1. Crat. Graev. Ern. Sch. Lün. vide Beng. et Bened. *ORELLI. ad summum*, vollkommen scil. valemus. Ramsh. §. 132, 5. — *XIIII. Kal.*, am 18. April.

EPISTOLA DCLXVII. (ad Div. XVI. 18.)

Scr. in villa A. U. C. 709. (a. C. 45.)

De valetudine Tironis diligenter curanda et quibusdam domesticis. 1—3.

TULLIUS TIRONI S.

Quid igitur? non sic oportet? Equidem censeo sic: addendum etiam, „*Suo.*" Sed, si placet, invidia vitetur: quam quidem ego saepe contempsi. Tibi *διαφόρησιν* gaudeo profuisse. Si vero etiam Tusculanum, dii boni! quanto mihi illud erit amabilius! Sed, si me amas — quod quidem aut facis aut perbelle simulas, quod tamen in modum procedit — sed ut est, indulge valetudini tuae; cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis: ea quid postulet, non ignoras: *πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας.* Fac bellus revertare: non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum plus amem.
Parhedrum excita, ut hortum ipse conducat: sic olito- 2
rem ipsum commovebis. Salaco nequissimus HS cIↃ. da-

1. *non sic oportet?* wie denn? ist es so nicht recht? Pertinet ad inscriptionem, quod Ciceronis nomen sine praenomine est, quod est familiaritatis (vid. ep. 229). Maius etiam fuisset, si scripsisset *Tironi suo*; sed invidiosum. *ERNESTI.* — *διαφόρ.*, transpirationem, quae fit per sudorem, die Schweissmittel. — *Tusculanum* scil. profuerit tibi, der Aufenthalt, die Zerstreuung auf dem Tusculano. — *perbelle,* meisterhaft. — *in modum procedit,* was iedoch sein Mass hat oder in der Masse gelingt; nämlich τὸ simulare. „Nihil mutandum videtur. *in modum* est κατὰ τρόπον, εὐρύθμως. *ORELLI.* — *Sed . . . sed,* Epanalepsis. S. Ramsh. §. 206, B, 6, *), — *indulge,* pflege. — *servisti non satis,* für welche Du bisher, weil Du für mich so Viel thun wolltest, noch immer zu Wenig thatest. — *πέψιν,* concoctionem, gute Verdauung; *ἀκοπ.*, vitationem lassitudinis, Arbeit, aber nicht bis zur Ermüdung. — *περ. συμμ.*, ambulationem moderatam; *τέρψιν,* oblectationem, Erheiterung, ἀλυπίαν. *τρίψιν* e Cdd. non sine probabilitate commendarunt Lamb. et Cortius. *ORELLI.* Das wären öftere Reibungen, frictiones; nach dem Bade. — *εὐλυσ. κοιλ.*, facilitatem alvi, offenen Leib. — *bellus,* recht schmuck, wohl genährt, firmus. — *plus,* um so lieber haben. „Fortasse: *nostrum ut plus.*" *ORELLI.*

2. *Parhedrum;* irgend ein unbekannter Tusculaner, der Lust zu diesem Pacht möchte gezeigt haben. Manutius pro *vicino* accepit, quasi esset Graecorum πάρεδρον. — *sic . . commovebis,* so wirst Du den Gärtner, der ihn bisher in Pacht hatte, in die Witterung bringen, dass er Mehr bietet; oder so wirst Du dem ietzigen Pächter Füsse machen. S. ep. 662: *Cum olitore, ut videtur.* — *Salaco* = δαπανῶν ὅπου μὴ δεῖ secund. Theophr., σοβαρός, Prahlhans. S. ep. 636. Salaconem vocat illum olitorem, quod hortum nondum sic, ut nunc erat, excultum et ornatum HS. cIↃ. conduxerit, nunc vero, quum tot ornamenta accesserint, quanto ac-

bat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. Iste nos tanta impensa derideat? Calface
3 hominem, ut ego Mothonem. Itaque abutor coronis. De Crabra quid agatur, etsi nunc quidem etiam nimium est aquae, tamen velim scire. Horologium mittam et libros, si erit sudum. Sed tu nullosne tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum? Fac opus appareat. A. Ligurius, Caesaris familiaris, mortuus est, bonus homo et

---

quum sit augere locationis pretium, nolit. *SCH.* — *nullo aprico horto*, da der Garten noch wenig freie Luft und Sonne hatte, mit Büschen und Bäumen wild durchwachsen. Corrupta sane haec videntur. *nullo apiario*, *nulla corte* vel: *nulla avium corte* Sch. suspic. *ORELLI.* Zu *nullo* = non s. Ramsh. §. 172. Grotefend §. 338. Anm. 2. — *emiss.*, da noch keine Wässerung da war, aquaeductu. Est enim locus, per quem aqua e lacu emittitur. — *maceria*, Gartenmauer. — *casa*, ein Gartenhäuschen. — *Iste . . . derideat*, und nun, nachdem ich so vielen Aufwand auf dieses Grundstück gemacht, sollt' ich mich noch von ihm auslachen lassen? — *Calface hom.*, incende (mach den Kerl heiss) eum, quovis modo, ut maiore pretio conducere hortum velit. *SCH.* — *Mothonem.* Hunc suspicor esse alium conductorem horti in alià Ciceronis villa, in qua forte Cicero tum versabatur. Ei hac lege hortum locaverat, ut praeter pecuniam s. locationis pretium Ciceroni daret quotidie florum copiam ad coronas. *SCH.* — *Itaque abutor coronis*, ich mache nämlich von den Kränzen einen wahren Missbrauch, so dass ihm wenig Blumen zum Verkaufe übrig bleiben.“ Auf die Art trieb er ihn zu Paaren. Es ist bekannt, dass die Alten sich der Kränze bei ihren Schmäusen und Trinkgelagen bedienten.

3. *Crabra*, ietzt Marrana, ein kleiner durch die Tusculanische Landschaft sich windender Fluss, aus welchem von der Municipalität zu Tusculum den umherliegenden Landgütern das nöthige Wasser zugemessen wurde. Videtur Cicero ex aqua Crabra aliquid in suum fundum vel hortum ducere voluisse, de eaque re egisse cum Tusculanis, quorum illa aqua erat; patet ex eo, quod sequitur. *ERNESTI.* Iam olim Cicero videtur Tusculanis pro parte aquae Crabrae vectigal pependisse. Sic enim Agr. III, 3: *Ego*, inquit, *Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam, quia a municipio fundum accepi. SCH.* Frontin. de aquaed. n. g. Man war, wie es scheint, beschäftigt, eine Veränderung damit zu treffen. — *nimium aquae*, da wir des Wassers eher zu Viel haben. Scil. ex inundationibus, ob quas Cicero emissarium faciendum curaverat. *SCH.* — *libros* non quoscunque, sed nuper a se scriptos. *SCH.* — *sudum*, ne horologium et libri ex pluvia madescant. *SCH.* — *libellos* scil. tecum attulisti a te scriptos Non enim libris aliorum carere poterat Tiro, quum uteretur in Tusculano bibliotheca Ciceronis. *SCH.* — *pangis*, componis. — *aliq. Sophocleum*, Verse im Geiste des Sophokles oder gar eine Übersetzung oder Nachahmung einer Tragödie desselben. — *A. Ligurius.* Is adhuc vivebat, quum Cicero scribebat epistolam 104, quam scripsit III. Non. Ian. 707. Mortuus esse videtur 708, quo anno hanc epistolam scriptam

nobis amicus. Te quando exspectemus, fac ut sciam. Cura te diligenter. Vale.

EPISTOLA DCLXVIII. (ad Div. XVI. 19.)

Scr. videtur paullo post ep. 662. A. U. C. 708. (a. C. 46.)

Literas se exspectare scribit et de Demetrio et Aufidiano nomine ut curet petit.

TULLIUS TIRONI S.

Exspecto tuas literas de multis rebus: te ipsum multo magis. Demetrium redde nostrum et aliud, si quid potest boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor: scio tibi curae esse. Sed confice. Et, si ob eam rem moraris, accipio causam: si id te non tenet, advola. Literas tuas valde exspecto. Vale.

EPISTOLA DCLXIX. (ad Div. XVI. 16.)

Scr. videtur in Britannia A. U. C. 700. (a. C. 54.)

Quintus fratri de Tirone manumisso gratias agit et gratulatur. 1—2.

Q. M. FRATRI S.

De Tirone, mi Marce, ita te meumque Ciceronem et meam Tulliolam tuumque filium videam, ut mihi gratissimum fecisti, quum eum, indignum illa fortuna, nobis

---

esse credibile est, quum hic agatur de olitore, cuius mentio fit ep. 662. Ragazonius eam retulit ad ann. 709. *SCH.*

1. *multo magis* exspecto. — *Demetr. redde nostrum,* den Demetrius mach mir wieder gut. S. ep. 660, 2. 661, 2. — *et aliud* age, cura. — *potest,* was Dir Gutes möglich ist; und wenn sonst Etwas gutes mit ihm zu machen ist. Sic Md., ut videtur; Vict. 1. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *potes* Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. *ORELLI.* — *De Aufidiano nomine,* de pecunia, quam debet Aufidius. Dieser war vielleicht ein Bürger von Tusculum. — *confice,* mache die Sache ab. — *moraris,* länger ausbleibst, so lass' ich die Entschuldigung gelten. — *tenet* = retinet.

1. *De Tirone.* Ex hac epistola colligitur, Statium Quinti servum prius manumissum esse, quam Marcus Tironi suo libertatem dederit. Statius vero manumissus est a. u. c. 696. Deinde ex verbis *ita te . . videam* perspicitur Quintum eo tempore longius abfuisse. Convenit igitur eam scriptam esse a. 700, quo tempore Quintus legatus Caesaris erat in Gallia et Britannia. Et hunc ipsum in annum incidit manumissio Tironis. *SCH.*

1. *ita . . . videam, ut,* „so wahr ich . . wiedersehen möge, als . .“. Die bekannte Betheurungsformel. — *fortuna,* servitio. — *maluisti* i. e. quod eum manumisisti.

amicum, quam servum esse maluisti. Mihi crede, tuis et illius literis perlectis, exsilui gaudio et tibi et ago
2 gratias et gratulor. Si enim mihi Statii fidelitas est tantae voluptati: quanti esse in isto haec eadem bona debent, additis literis, sermonibus, humanitate, quae sunt his ipsis commodis potiora? Amo te omnibus equidem maximis de causis, verum etiam propter hanc, vel quod mihi sic, ut debuisti, nuntiasti. Te totum in literis vidi. Sabini pueris et promisi omnia et faciam.

EPISTOLA DCLXX. (ad Div. XIII. 43.)

Scr. anno incerto, ante annum 710. (a. C. 44.)

Oppium Gallio commendat. 1—2.

M. CICERO QUINTIO GALLIO.

Etsi plurimis rebus spero fore, ut perspiciam — quod tamen iampridem perspicio — me a te amari, tamen *nunc* ea causa tibi datur, in qua facile declarare possis tuam erga me benevolentiam. L. Oppius, M. F., Philomelii negotiatur, homo mihi familiaris. Eum tibi unice commendo eoque magis, quod quum ipsum diligo,

---

2. *fidelitas et frugalitas* Lamb. Sch. Lün. *frugalitas* = modestia et temperantia. Vid. Orat. pro Deiotaro c. 9. *Statii,* liberti mei. — *quanti,* Crat. *quantae.* — *in isto* Tirone. — *bona* = virtutes. — *additis . . human.,* weil bei ihm noch gelehrte Bildung, angenehme Unterhaltung und feines Gefühl hinzukommen. — *commodis,* als iene für einen Herrn freilich auch sehr vortheilhaften Eigenschaften. — *vel quod* sogar schon desswegen, weil. — *ut* fratri *debuisti.* — *Te totum in lit. vidi.* Sic scripsisti amanter omnia, ut legenti videreris mihi ob oculos versari et veluti coram de Tirone mecum colloqui: in illis literis intimos pectoris tui affectus patefecisti. „Ich habe Dich in dem Briefe ganz wieder gefunden.“ — *Sabini pueris.* Diese müssen unter dem Militair in Gallien gestanden haben. Übrigens ist Sabinus ein völlig unbekannter Mann.

QUINTIO GALLIO. Da Cicero den Appius und Egnatius dem Statthalter von Asien u. Proconsul, Q. Marcius Philippus, ep. ad Famil. XIII, 73. 74 (127. 161 dies. Ausg.) und dem Quaestor desselben, dem Appuleius XIII, 45 (672), gleichfalls empfiehlt; so hält Manutius den Quintius Gallius mit vieler Wahrscheinlichkeit für einen Legatus des Philippus, der bei demselben Viel vermochte. Sic Md. Vict. 1. *Q. GALLO* Crat. Graev. *QUINTIO GALLO* Ern. Bened. Sch. Lün. *Q. GALLIO* Bas. Vict. 2. *ORELLI.*

1. *nunc* ex antiquo suppl. Bas. Crat. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* — *causa* = ea occasio tibi offertur. — *Philomelii.* Sic scripsi. *Philomeli* Cett. *ORELLI.* „einer Stadt in Grossphrygien.“ — *quod quum ipsum.* Lamb. *quod eum quum per*

tum quod negotia procurat L. Egnatii Rufi: quo ego uno equite Romano familiarissime utor et qui *quum* consuetudine quotidiana, tum officiis plurimis maximisque mihi coniunctus est. Oppium igitur praesentem ut 2
diligas, Egnatii absentis rem ut tueare, aeque a te peto, ac si mea negotia essent. Velim memoriae tuae causa des literarum aliquid, quae tibi in provincia reddantur: sed ita conscribas, ut tum, quum eas leges, facile recordari possis huius meae commendationis diligentiam. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA DCLXXI. (ad Div. XIII. 44.)

Scr. anno incerto ante A. 710. (a. C. 44.)

Oppium iterum simulque Egnatii negotia commendat.

CICERO GALLIO S.

Etsi ex tuis et ex L. Oppii, familiarissimi *mei*, literis cognovi te memorem commendationis meae fuisse idque pro tua summa erga me benevolentia proque nostra necessitudine minime sum admiratus, tamen etiam atque etiam tibi L. Oppium praesentem et L. Egnatii, mei familiarissimi, absentis negotia commendo. Tanta mihi cum eo necessitudo est familiaritasque, ut, si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut intelligat me a te tantum amari, quantum ipse existimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Idque ut facias, vehementer te rogo.

---

se ipsum. — *Rufi,* equitis Romani. — *qui quum.* Ex suppl. Vict. 2. *qui tum cons.* Lamb. *qui cons.* Md. Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.*

2. *diligas,* amanter tractes, — *des lit. aliquid,* dass Du Etwas schriftliches ausstelltest. — *reddantur,* was Dir in der Provinz könnte wieder vorgelegt werden. — *conscrib.,* Du müsstest es so abfassen.

1. *mei.* Ex antiquo suppl. Edd. pleraeque. om. *mei* Md. Vict. 1. 2. *ORELLI.* — *commendationis meae,* epistolae 670. — *ut . . . non magis laborarem* de illis i. e. ut mihi non maiori curae essent.

EPISTOLA DCLXXII. (ad Div. XIII. 45.)

Scr. anno incerto ante A. 710. (a. C. 44.)

Egnatii servum et negotia commendat.

CICERO APPULEIO PROQU.

L. Egnatio uno equite Romano vel familiarissime utor. Eius Anchialum servum negotiaque, quae habet in Asia, tibi commendo non minore studio, quam si rem meam commendarem. Sic enim existimes velim, mihi cum eo non modo quotidianam consuetudinem summam intercedere, sed etiam officia magna et mutua nostra inter nos esse. Quamobrem etiam atque etiam a te peto, ut cures, ut intelligat me ad te satis diligenter scripsisse: nam de tua erga me voluntate non dubitabat. Id ut facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

EPISTOLA DCLXXIII. (ad Div. XIII. 46.)

Scr. eodem anno, quo superior.

Nostium coheredem commendat.

CICERO APPULEIO S.

L. Nostius Zoilus est coheres meus, heres autem patroni sui. Ea re utrumque scripsi, ut et mihi cum illo causam amicitiae scires esse et hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. Eum tibi igitur sic commendo, ut unum ex nostra domo. Valde mihi gratum erit, si curaris, ut intelligat hanc commendationem sibi apud te magno adiumento fuisse.

APPULEIO Q. Marcii Philippi Proquaestori in Asia. Philippi proconsulatus incidisse videtur in annum 700; Pighius eum ad ann. u. c. 709 refert.

1. *vel* beim Superlat. S. Ramsh. §. 156, 3, a. Grotef. §. 364. — *negotia*, die Handelsgeschäfte. — *nostra* Ern. [ ] Sch. Lün. om. — *ut is intelligat* Neap. Asc. 1. Lamb. Lün. *ORELLI.*

1. *Zoilus* fuit servus L. Nostii cuiusdam, quem quum ille manumisisset, huius nomen assumpsisse patet, ut L. Nestius Zoilus appellaretur. Ei patronus partem bonorum, aliam Ciceroni in testamento legaverat. *SCH.* Es ist klar, dass Lucius Nostius, weil er dem Cicero einen Theil der Verlassenschaft vermachte, ein Client von demselben müsse gewesen sein. Aus der Empfehlung an den damahligen Proquästor der Provinz Asien geht hervor, dass der Erblasser ein Levantischer Kaufmann war und dass ein Theil seines Vermögens in Geldern und Effecten bestand, die er in dieser Provinz ausstehen hatte. — *Ea re*, desshalb. — *utrumque* i. e. eum esse coheredem meum et heredem sui patroni. — *qui* = quum is . . *ornatus esset*, da sein Patron ihm ein so ehrenvolles Zeugniss seines Wohlverhaltens hinterlassen hat.

EPISTOLA DCLXXIV. (ad Div. XIII. 47.)

Scr. anno incerto, sed ante A. 710. (a. C. 44.)

Egnatii negotium commendat.

CICERO SILIO S.

Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? Sed tamen, ut scires eum a me non diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi haec scribo. Omnium tuorum officiorum, quae et multa et magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut sentiat et se a me et me a te amari. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt. Utamur igitur vulgari consolatione: „Quid, si hoc melius?" Sed haec coram. Tu fac, quod facis, ut me ames teque amari a me scias.

EPISTOLA DCLXXV. (ad Div. XIII. 48.)

Scr. anno incerto, (707. Or.) sed post reditum Ciceronis e Cilicia.

Cyprios maximeque Paphios commendat.

CICERO C. SEXTILIO RUFO QUAEST. S. D.

Omnes tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quaecunque commodaris, erunt mihi gratis-

---

SILIO. S. zu ep. CCXXXIII. im Anf. Si certum esset, hanc epistolam ad Silium scriptam esse, quum Bithyniam propraetore regeret, referenda fuisset epistola ad a. 703., quo anno plures sunt ad Silium Bithyniae Propr. scriptae (h. ed. 233. 234. 235. 236. 251.). Sed nullo argumento effici potest, has literas ad Silium, quum in Bithynia esset, scriptas esse. Quid quod ne certum quidem est eas ad P. illum Silium pertinere? Quid si ad Aulum Silium, cuius mentio fit ep. 545. 546., scripta sit? *SCH.*

1. *diligi* = magni fieri. — *Illa nostra scil. ceciderunt,* „unser voriges Ansehen ist leider in den Staub gesunken", wenn man es auf Cäsars Oppression der Republik deuten wollte, wozu aber der folgende gemeine Trost nicht passt. Richtiger übersetzt man desshalb: „unser bewusstes Geschäft hat sich leider zerschlagen"; was sich vielleicht auf den Kauf des Siliussischen Gartens bezieht, womit Cicero nach Tulliens Tode eine Zeitlang so ernstlich umging. — *„Quid, si hoc melius?* wie? wenn's vielleicht so besser ist?

C. SEXT. RUFO, qui anno 705 a Caesare, quum is Roma potitus esset, pro quaestore in Cyprum missus est; quo munere post Caesaris caedem adhuc fungebatur, classi dum praeerat Cassii contra Dolabellam. Vid. ad Famil. XII, 13.

1. *commendo.* Als Cicero im Iahre 703. 704 Statthalter in Cilicien war, gehörten die Cyprier noch zu dieser Provinz und blieben nachher seine natürlichen Clienten. S. ad Attic. V, 21. 1, 6.

sima. Eoque facio libentius, ut eos tibi commendem, quod et tuae laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, quum primus in eam insulam quaestor veneris, ea te instituere, quae sequantur alii: quae, ut spero, facilius consequere, si et P. Lentuli, necessarii tui, legem et ea, quae a me constituta sunt, sequi volueris. Quam rem tibi confido magnae laudi fore.

EPISTOLA DCLXXVI. (ad Div. XIII. 51.)

Scr. anno incerto, fortasse A. U. C. 708. (a. C. 46.)

P. Messienum commendat.

CICERO P. CAESIO S. D.

P. Messienum, equitem Romanum, omnibus rebus ornatum meumque perfamiliarem, tibi commendo ea commendatione, quae potest esse diligentissima. Peto a te et pro nostra et pro paterna amicitia, ut eum in tuam fidem recipias eiusque rem famamque tueare. Virum bonum tuaque amicitia dignum tibi adiunxeris mihique gratissimum feceris.

Cato hatte nämlich nach dem Vorschlage des Clodius Cyprus den Römern unterworfen u. es unter dem Consulate des L. Piso und Gabinius mit Cilicien vereinigt. — *quum primus . . quaestor veneris.* Antea enim quaestor Ciliciae idem erat Cypri. In der Folge bekam Cyprus lange Zeit hinter einander besondere Prätoren. *primum* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Bened. contra Md. *ORELLI.* — *ea te instituere,* daselbst solche Einrichtungen zu treffen. — *quae* tamquam bona exempla *seq. alii,* tui successores. — *P. Lentuli* Spintheris, des dritten Vorgängers Cicero's im Proconsulate von Cilicien. — *legem,* Edict, was ein Statthalter beim Antritt seines Amts ergehen liess. — *const. sunt* in proconsulatu Ciliciae.

P. CAESIO. Hic est idem fortasse, quem Cicero ep. 481 scribit Arpini una cum filio suo aedilem factum. *SCH.* Wahrscheinlich hatte Cicero diesem Arpinaten zu diesem Amte verholfen. Aus vorliegendem Briefe muss man schliessen, dass Cäsius irgend ein Amt in einer Provinz, vielleicht beim Proprätor Brutus im diesseitigen Gallien, bekleidet habe, worin Messienus Geschäfte machte. S. ep. 481. — *quae potest esse* = möglichst; zur Verstärkung des Superlat. S. Ramsh. §. 156, 3, b. Grotef. §. 390. Zus. 3. — *paterna,* von Deinem Vater auf Dich vererbten. — *fidem,* Schutz. — *famam,* Ehre, guten Namen. — *tibi adiunx.,* würdest Du Dir hiedurch verbinden.

EPISTOLA DCLXXVII. (ad Div. XIII. 52.)

Scr. anno incerto, fortasse 709. (a. C. 45.)

A. Licinium Aristotelem commendat.

CICERO REGI S. D.

A. Licinius Aristoteles Melitensis antiquissimus est hospes meus et praeterea coniunctus magno usu familiaritatis. Haec quum ita sint, non dubito, quin tibi satis commendatus sit. Etenim ex multis cognosco meam commendationem plurimum apud te valere. Hunc ego a Caesare liberavi. Frequens enim fuerat nobiscum: atque etiam diutius in causa est, quam nos, commoratus; quo melius te de eo existimaturum arbitror. Fac igitur, mi Rex, ut intelligat has sibi literas plurimum profuisse.

REGI. Hunc Q. Marcium Regem anno 709 propraetorem Caesarianum in Sicilia fuisse Pighius putat.

1. *mihi coniunctus* Lamb. *ORELLI.* — *magno usu fam.*, durch den vertrautesten Umgang. — *ex multis*, aus vielen Vorfällen. — *a Caesare liberavi*, venia impetrata, „diesen hab' ich vom Cäsar losgebeten.“ Er war also ein Anhänger des Pompeius gewesen. — *fuerat* nämlich als Cicero zum Pompeius übergegangen war. — *in causa* Pompeiana *est . . commoratus*, und beharrte auch länger bei der Partei des Pompeius. — *melius . . . existimaturum*, dass Du eine desto bessere Meinung von ihm haben werdest. Rex war also auch ein Pompeianer, wenigstens im Herzen, gewesen. Aus allen vorgekommenen Umständen lässt sich das Iahr errathen, worin dieser Brief müsse geschrieben sein.

M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
A. U. C. DCCX.
INDE AB IDIBUS MARTIIS
SCRIPTAE
M. ANTONIO ET CN. CORNELIO DOLABELLA COSS.

EPISTOLA DCLXXVIII. (ad Div. VI. 15.)

Scr. post Idus Martias A. U. C. 710 (a. C. 44.)

Inest gratulationis et benevolentiae significatio.

CICERO BASILO S.

Tibi gratulor: mihi gaudeo: te amo: tua tueor; a te amari, et quid agas quidque agatur, certior fieri volo.

BASILO. L. Minucius Basilus, vormahls Untergeneral bei Cäsars Armee in Gallien (s. Caes. B. G. VI, 29. 30. VII, 90), nachher einer der Verschworenen, hatte sich, wie die übrigen, in der ersten tumultuarischen Bewegung, welche durch die Ermordung des Cäsars am 15. März 710 und durch die bekannte Rede des Antonius in der Stadt verursacht war, für den Augenblick auf das Land geflüchtet. Diess Billet scheint sich hierauf zu beziehen. S. Martyni-Lag. in der Einleit. zu dies. Br. in seiner Ausgabe der Epp. ad Divers. Vol. I. p. 355 ff. Überhaupt sind die folgenden Briefe bis DCCVII in den ersten zwei Monathen nach Cäsars Ermordung geschrieben und erstrecken sich bis zum 15. Mai oder ungefähr bis zu der Ankunft des jungen Cäsar Octavianus, den der Ermordete zu seinem Erben eingesetzt hatte.

1. *mihi gaudeo,* ich meines Theils freue mich, für mich; in aller Stille, in sinu, wie Tuscul. III, 21. Tibull. IV, 13, 8: in tacito sinu. Lucret. III, 176: *et sibi gaudet.* — *tua tueor,* ich wache für Dein Interesse. — *agatur,* nämlich von den Häuptern der Verschwörung, die sich in der Wirkung, die sie von diesem patriotischen Meuchelmorde erwartet hatten, gewaltig betrogen fanden.

EPISTOLA DCLXXIX. (ad Div. VI. 16.)

Scr. in Sicilia, mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Rogat Ciceronem, ut se absentem tueatur.

BITHYNICUS CICERONI S.

Si mihi tecum non et multae et iustae causae amicitiae privatim essent, repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris: quod faciendum iis existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt. Itaque contentus ero nostra ipsorum amicitia; cuius fiducia peto a te, ut absentem me, quibuscunque in rebus opus fuerit, tueare, si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas.

EPISTOLA DCLXXX. (ad Att. XIV. 1.)

Scr. in suburbano circa Nonas Apriles A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Refert, quae Matius, ad quem deverterat, dixerit. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Deverti ad illum, de quo tecum mane. Nihil perditius: „explicari rem non posse. Etenim si ille tali ingenio exitum non reperiebat, quis nunc reperiet?“

BITHYNICO. A. Pompeius Bithynicus, der Sohn des Q. Pompeius, der von der Besiegung Bithyniens den Beinamen auf seine Familie gebracht hatte und als Redner im Brutus c. 68 geschildert ist, hielt sich ungeachtet seiner Verwandtschaft mit Pompeius doch zum Cäsar und verwaltete, ietzt gegen 40 Iahr alt, die Statthalterschaft auf Sicilien als Cäsarischer Prätor noch nach dessen Ermordung. Weil ihm aber bange wurde, so empfahl er sich dem Schutze des Cicero, der nun wieder einige Zeit lang in Rom Viel vermochte. Allein, nachdem der iüngste Sohn des Pompeius, nämlich Sextus Pompeius, ein Paar Iahre später, ehe die Triumviri Zeit hatten an Sicilien zu denken, sich dieser Insel bemächtigt hatte, ward er aus Rache von diesem erschlagen. S. Liv. Epit. Libr. 123. Appian. de B. Civ. IV.

1. *privatim*, besonders, persönlich. — *repeterem initia* cet., so würd' ich weiter ausholend mich auf den Anfang unserer Freundschaft von unseren Ältern her berufen. — *iis* Md. *his.* — *qui . . . prosecuti sunt*, welche vielleicht die von ihren Vätern ererbte Freundschaft nicht durch eigene Dienste zu unterhalten beflissen waren. — *intermoriturum* i. e. nullius officii tui memoriam ex animo meo deletum iri.

1. *Deverti ad illum*, C. Matium, ich habe einen Abstecher zu Dem gemacht; *de quo t. mane* scil. locutus sum. Der Ritter C. Matius, ein gemeinschaftlicher Freund des Cicero und Attikus. war dem Cäsar ungemein ergeben gewesen. S. zu ep. DCCXVI im Anf. u. ep. 373. 631, 2. 632. 633. u. 717. — *Nihil perditius* esse posse, aiebat, rebus publicis, conditione publica, hoc rerum statu.

Quid quaeris? Perisse omnia aiebat; quod haud scio an ita sit: verum ille gaudens: affirmabatque minus diebus xx. tumultum Gallicum: in sermonem se post Idus Mart. praeterquam Lepidi venisse neminis: ad summam, non posse istaec sic abire. O pudentem Oppium! qui nihilo minus illum desiderat: sed loquitur nihil, quod quem-
2 quam bonum offendat. Sed haec hactenus. Tu, quaeso, quidquid novi — multa autem exspecto — scribere ne pigrere. In his, de Sexto satisne certum; maxime autem de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem deverti, Caesarem solitum dicere, „*Magni refert, hic quid velit: sed quidquid vult, valde vult:*“ idque eum animadvertisse, quum pro Deiotaro Niceae diceret: valde vehementer eum visum et libere dicere: atque etiam — ut enim quidque succurrit, libet scribere — proxime, quum

---

Von *Nihil* oder *expl.* bis *nunc reperiet* sind Worte des Matius. In letzt. Falle ist zu *Nihil perditius* est hoc Matio, qui aiebat zu suppliren. — *explicari . . non posse*, es sei der Sache nicht mehr zu helfen. — *si ille*, Caesar. — *exitum* ex Labyrintho. — *Quid quaeris?* = kurz, mit einem Worte. — *gaudens* ista aiebat; laetabatur quippe, interfectores Caesaris fructum caedis non capere. — *tumult. Gallic.* i. e. in Gallia erupturum esse. Diese Prophezeiung traf wider alles Vermuthen nicht ein. Die Gallier hielten sich während des ganzen folgenden Bürgerkrieges ruhig. — *post Id. Mart.*, seit dem 15. März, wo Cäsar ermordet war. — *in serm.* alicuius venire, mit Iemanden sprechen. — *neminis*, nämlich von der Partei der Cäsarianer. — *abire*, so hingehen, ungestraft abgehen. — *pudentem* de Ern. susp. Sch. *prudentem* Cett. cum Cdd. „O wie verschämt ist dagegen der Cäsarianer Oppius!“ Comparat Cicero Oppium, alium Caesaris amicum, cum Matio significatque eum, etsi ipse quoque Caesarem desideret, pudentius tamen quam Matium de caede eius loqui. *SCH.* — *illum*, Caesarem, *desiderat*, dem Cäsars Tod darum nicht weniger nahe geht. — *sed* tamen *loq.* — *bonum*, Patrioten.

2. *in his*, unter Anderm, zum Beispiel. — *de Sexto* Pompeio, Magni filio, *satisne certum*, ob Das, was man vom Sextus sagt, auch gewiss ist. — *de Bruto.* Brutus enim et Cassius, ut periculum ab irritata ob Caesaris caedem plebe vitarent, Antium et Lanuvinum concesserant. *SCH.* Nempe dicebant eum in armis esse et bellum movere. *ERNESTI.* — *ille, ad quem deverti*, aiebat. S. oben §. 1. — *valde*, stark, mit Gewalt, Heftigkeit. Sic Vict. 1. 2. Lamb. = *volt . . . volt* Md. a sec. man. Cod. decurt. Tornaes. Bened. Graev. *volet . . . volet* Md. a pr. m. Cdd. Regii. Cd. in m. 1584. Rom. Iens. Asc. 1. Crat. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *idque eum*, Caesarem. — *Niceae diceret* Brutus i. e. quum Brutus eum, quod a Pompeianis partibus steterat, apud Caesarem defenderet, a quo tamen tetrarchiae regno multatus est. Vid. ep. DCXCII, 1. de Divin. I, 15, II, 35. 37. Serv. ad Virgil. Aen. IX, 546. u. zu ep. 650, 2. Brut. 5. „Sic Cd. Longol. prob. Urs. Ern. Sch. Lün. *dixerit* Priores cum Md. — *eum visum.* Sch. in Ed. mai. Lün. *enim vis.* de Ern. susp. *ORELLI.* *visum* esse Caesari. — *succurrit*, mir wieder einfällt. — *proxime*,

Sestii rogatu apud eum fuissem exspectaremque sedens, quoad vocarer, dixisse eum, *Ego dubitem quin summo in odio sim, quum M. Cicero sedeat nec suo commodo me convenire possit? Atqui, si quisquam est facilis, hic est: tamen non dubito, quin me male oderit.* Haec et eiusmodi multa. Sed ad propositum. Quidquid erit non modo magnum, sed etiam parvum, scribes. Equidem nihil intermittam.

EPISTOLA DCLXXXI. (ad Att. XIV. 2.)

Scr. in suburbano VI Id. Apr. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Duabus Attici epistolis respondet. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Duas a te accepi epistolas heri. Ex priore theatrum Publiumque cognovi; bona signa consentientis multitudinis. Plausus vero L. Cassio datus etiam facetus mihi quidem visus est. Altera epistola de Madaro 2

---

unlängst. — *Sestii,* L. F. S. zu ep. XV. im Anf. — *apud eum,* Caesarem. — *dixisse eum,* Caesarem. — *sedeat* = sedens exspectet, quoad vocetur, da ein Mann wie M. Cicero im Vorsaal warten muss. — *suo commodo,* nach seiner Bequemlichkeit. — *facilis,* zu sprechen ist. — *hic est* δειχτιχῶς st. ego sum. — *male,* herzlich. — *multa* ex Matio audivi. — *ad propositum* ut redeam *vel* nunc rediturus sum. — *Eq. n. intermittam,* ich wenigstens werde Nichts unbemerkt vorbeilassen; sondern Alles Dir schreiben.

1. *Ex priore . . . cognovi,* „aus dem ersteren erseh' ich, Was auf Veranlassung des Publius im Theater vorgefallen ist.“ Diess bezieht sich auf den Beifall, mit welchem Brutus und Cassius, Cäsars Mörder, vom Volke sollten im Theater empfangen sein: was sich an den Nonen und Tages zuvor bei Gelegenheit der zum Andenken des Einzugs der Cybele in Rom gefeierten Megalensischen Spiele musste zugetragen haben, wo Publius Syrus (s. ep. 646 geg. Ende.) wieder einige Mimen gab, worin Stellen vorkamen, die das Volk zum Lobe der Freiheitsretter deutete und mit Händeklatschen beehrte. Dasselbe geschah nachher bei den ludis Apollinaribus. S. Philipp. I. c. 15. *theatrum Publiumque* st. plausum in theatro a Publio excitatum. Eine Hendiadys. — *bona signa c. m.,* „gute Zeichen, dass die Menge mit uns übereinstimmt.“ Allein Cicero's Freude über iene erste Volksstimmung nach Cäsars Ermordung war von kurzer Dauer. Denn bald nachher fiel das ernsthafte Gaukelspiel des Pöbels mit der Errichtung der Ehrensäule Cäsars vor; die Dolabella freilich wieder umstürzen liess. — *L. Cassio,* einem Bruder des Cäsarmörders, der aber an der That keinen Antheil genommen hatte. Daher das ihm gewordene Beifallsgeklatsch dem Cicero spasshaft vorkam. — *facetus,* spasshaft.

scripta, apud quem nullum σαλακώνισμα, ut putas. Processi enim, sed minus. Diutius sermone enim sum re-
3 tentus. Quod autem ad te scripseram, obscure fortasse, id eiusmodi est: aiebat Caesarem secum, quo tempore Sestii rogatu veni ad eum, quum exspectarem sedens, dixisse: ***Ego nunc tam sim stultus, ut hunc ipsum facilem hominem putem mihi esse amicum, quum tamdiu sedens meum commodum exspectet?*** Habes igitur φα-
4 λάκρωμα, inimicissimum otii, id est, Bruti. In Tusculanum hodie; Lanuvii cras; inde Asturae cogitabam. Piliae paratum est hospitium: sed vellem Atticam: verum tibi ignosco; quarum utrique salutem.

---

2. *de Madaro, Μαδαρῷ,* Kahlkopf, Calvena, womit er den Matius bezeichnet. S. ep. 684, 1. 689 am Ende u. 770, 1. Über diesen C. Matius, einen Freund des Cäsars, s. zu ep. 356. 172. 352. 709, 3. 514. 637, 4. 716. 717. 807. — *apud q. n. σαλακώνισμα,* bei welchem ich iedoch kein Vornehmthun, wie Du meinst, wahrgenommen habe; apud quem non exceptus sum molliter et luxuriose, ut ab ostentatore pecuniae et lautitiarum. *SCH.* Sic de I. F. Gronovii susp. Sch. Lün. *σαλάκωμα* (Md.) Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Man. *σαλάκωνα* Lamb. *φαλάκρωμα* Vict. 2. Bos. Graev. Ern. *ORELLI.* — *Processi . . minus,* Denn ich verweilte, obwohl nicht ganz, bis zum Essen bei ihm. Non potui apud Matium cenare; statim enim sermone illo cum eo habito ab eo discessi; minus tamen quam vellem in itinere processi, diutius scil. illo sermone retentus.

3. *Quod . . scripseram* bezieht sich auf den Anf. u. 2. §. des vorig. Br. — *tam facilem* (so gefälligen Mann) Mureti susp. *OR.* — *meum commod. exsp.*, so lange sitzend warten muss, bis es mir gelegen ist ihm Gehör zu geben. — *Habes . . φαλάκρ.*, „sieh' da hast Du den Kahlkopf als den geschworensten Feind der Ruhe." Vor *Habes* muss Das ausgefallen sein, was Cicero im vorigen Briefe von Cäsars Äusserung über Brutus schrieb. Sonst fehlt es an Zusammenhang mit dem Folgenden. Wirklich verlangte Matius scheulos Cäsars Tod gerächt zu sehen und wünschte daher den Krieg; gegen Wen? gegen Brutus. V. *id est, Bruti* susp. Ern. *ORELLI.*

4. *hodie* cogito. — *cras* ero. Cicero hatte bei Lanuvium in Latium ebenfalls ein Landgut. — *Asturam* Lamb. — *Piliae,* Attici uxori. — *sed vellem Atticam,* aber ich wünschte, sie brächte ihre Tochter mit. — *tibi ignosco,* aber ich verdenke Dir es nicht, dass Du wenigstens die Tochter bei Dir behalten willst; qui illam tecum esse velis. *MANUT.*

EPISTOLA DCLXXXII. (ad Att. XIV. 3.)

Scr. in Tusculano V. Id. Apr. U. C. 710. (a. C. 44.)

Breviter de publicis quibusdam et privatis negotiis. 1–2.

CICERO ATTICO S.

Tranquillae tuae quidem literae; quod utinam diutius! Nam Matius posse negabat. Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti, quum inanes redissent, rumorem afferunt magnum, Romae domum ad Antonium frumentum omne portari. *Πανικὸν* certe: scripsisses enim. Corumbus Balbi nullus adhuc; et mihi notum nomen. Bellus enim esse dicitur architectus. Ad obsignandum 2
tu adhibitus non sine causa videris. Volunt enim nos ita putare. Nescio cur non animo quoque sentiant. Sed quid haec ad nos? Odorare tamen Antonii *διάθεσιν*: quem quidem ego epularum magis arbitror rationem habere quam quidquam mali cogitare. Tu, si quid *πραγμα-*

---

1. *quod utinam diutius!* möge Das noch länger der Fall sein! nämlich dass Deine Briefe so ruhig lauten. — *posse neg.*, hielt das für unmöglich; „weil er Rachkrieg wünscht." Man sieht, dass diese von der seinigen so sehr abstechende Gesinnung des Matius den Cicero zu der übelen Laune gebracht hatte, ihn in den vorigen Briefen bloss mit dem Worte Glatze zu bezeichnen. Matius negabat tranquillitatem diurnam sperari posse. *SCH.* — *Ecce autem,* „merke Dirs indess, dass unsere Werkleute, die, um Getreide zu holen, nach Rom gegangen und leer zurückgekommen waren, die Nachricht mitbringen, es gehe stark das Gerücht u. s. w." Cicero liess also auf seinem Tusculano bauen. Welche Sicherheit! Antonius wollte unter Cäsars Namen willkührlich regiren und dessen Erben Octavius hintergehen. S. Cic. Philipp. I. II, 37. Dio 45, 36 bis 50. Appian. II, 113 ff. Plutarch. — *Πανικὸν certe,* offenbar ein bloss Panischer Schrecken, i. e. subitus inanisque terror. So ad Attic. V, 20: scis enim dici quaedam *Πανικά*. XV, 1: De Ventidio, *Πανικὸν* puto. — *Corumbus Balbi nullus adhuc,* der Corymbus des Balbus (scil. libertus) hat sich bei mir noch gar nicht sehen lassen; nondum ad me venit. Über Balbus s. zu ep. 339. 318, 351. — *et mihi.* Ern. susp. Sch. Lün. *sed mihi.* Malim *at* *ORELLI.*

2. *Ad obsign.* cet., „zum Besiegeln ihrer Testamente scheinst Du von gewissen Leuten nicht ohne Ursache zugezogen zu werden. Sie wollen, Wir sollen sie für unsere Freunde halten." Agi videtur de testamento alius Caesariani, qui testem inter alios adhibuerat Atticum, scil. ut se Attico eiusque amicis favere ostenderet. *SCH.* — *animo,* ich sehe auch nicht, warum sie Das nicht ernstlich so meinen sollten. — *Odorare,* spüre aus. — *διάθ.*, animum, die Gesinnung. — *πραγματικόν,* Etwas von Bedeutung. — *scribes.* Sic Md. (scil. *scribises*, ita correctum, ut sit: *scribe*.) Asc. 1. Crat. *scribe* Cett. *ORELLI.* Vielleicht *scribe sis* i. e. si

τικὸν habes, scribes: sin minus, populi *ἐπισημασίαν* et mimorum dicta perscribito. Piliae et Atticae salutem.

EPISTOLA DCLXXXIII. (ad Att. XIV. 4.)

Scr. Lanuvii IV Id. Apr. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Dolet non una cum libertate rem publicam recuperatam. 1 — 2.

CICERO ATTICO S.

Nunc quid putas me Lanuvii? At ego te istic quotidie aliquid novi suspicor. Tument negotia. Nam quum Matius, quid censes ceteros? Equidem doleo, quod nunquam in ulla civitate accidit, non una cum libertate rem publicam recuperatam. Horribile est, quae loquantur, quae minitentur. Ac vereor Gallica etiam bella; ipse
2 Sextus quo evadat. Sed omnia licet concurrant, Idus Martiae consolantur. Nostri autem *ἥρωες*, quod per ipsos confici potuit, gloriosissime et magnificentissime confecerunt. Reliquae res opes et copias desiderant, quas nullas habemus. Haec ego ad te, ut, si quid novi —

---

vis, gefälligst. — *populi ἐπισημασίαν* (i. e. signa, quibus animus et voluntas populi declarabatur, plausum illum in theatro) *et mimorum dicta perscr.*, „so schreibe mir wenigstens genau, wie sich das Volk bei den Witzeinfällen des Publius Syrus benommen und seine Gesinnungen dargelegt hat.“ Es bezieht sich Diess auf den Anf. des 681. Br.

1. *Lanuvii* scil. novi habere, quod scribam. — *aliquid novi* habere, quod ad me scribas. — *Tument. neg.*, „die Sachen fangen an zu gähren.“ Ein vom anschwellenden Meere (s. Georg. I, 357.) auf Zorn und Krieg oft übertragener Tropus. — *quum Matius* tam impudenter sentiat et loquatur, ut scripsi (v. ep. 680), *quid censes ceteros* facere, loqui, minitari? Denn da ein Matius in solchen Tönen spricht, Was meinst Du werden die Andern thun? — *minitentur* Caesariani. — *Gallica . . . bella*, Krieg in Gallien. S. ep. 680: affirmabatque minus diebus XX. tumultum Gallicum. — *Sextus* Pompeius, Magni filius. — *quo evadat*, wo es mit dem Sext. hinaus wolle.

2. *omnia licet conc.*, wenn auch Alles auf einmahl losstürmt (wie beim Kampfe der Winde in Virgil. Georg. I, 318. Aen. I, 53.) d. i. zum Schlimmen Schlimmeres kommt. — *Idus Martiae*, quibus Caesaris caede libertas videbatur esse recuperata. At nondum elapso mense Cicero sic scribebat ep. 692: „O mi Attice, vereor, ne etc.“ — *ἥρωες*, Brutus, Cassius, ceteri. — *Reliquae res*, Was noch zu thun ist, die Vollendung der Sache, die Wiederherstellung der alten republicanischen Staatsform. Daran hatten die Mörder des Cäsars nicht gedacht; ihr Mord war ohne wohl berechneten Plan. — *si quid novi* acciderit . . . *confestim ad me* scribas.

nam quotidie aliquid exspecto — confestim ad me: et, si novi nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas. Equidem non committam.

EPISTOLA DCLXXXIV. (ad Att. XIV. 5.)

Scr. III Id. April. Lanuvii A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Exponit, quae sibi de re publica metuenda esse videantur. 1 – 3.

CICERO ATTICO S.

Spero tibi iam esse, ut volumus, quoniam quidem *ἠσίτησας*, quum leviter commotus esses: sed tamen velim scire, quid agas. Signa bella, quod Calvena moleste fert se suspectum esse Bruto. Illa signa non bona, si cum signis legiones veniunt e Gallia. Quid tu illas putas, quae fuerunt in Hispania, nonne idem postulaturas? Quid, quas Annius transportavit? Caninium volui, sed *μνημονικὸν ἁμάρτημα*. Ab aleatore *φυρμὸς πολύς*. Nam ista quidem Caesaris libertorum coniuratio facile opprimeretur, si recta saperet Antonius. Meam stultam verecun- 2

---

nostro more, unserer alten Gewohnheit treu. — *literulas*, den Billetwechsel. Wie artig und genügsam! — *Equid. n. comm.*, ich wenigstens werde eine solche Schuld nicht auf mich laden; an mir soll es wenigstens nicht fehlen.

1. *tibi iam esse*, dass Du Dich ietzt wieder so befindest. — *ἠσίτησας*, cibo abstinuisti, gefastet hast. — *commot. esses* febri, als Du einen leichten Fieberanfall hattest. — *quod Calvena* s. Matius (v. ep. 681, 3.) . . . *Bruto* i. e. bonum signum est, quod Matius moleste fert (dass es dem Matius Leid thut), se Bruto suspectum esse, quod eo ipso se Brutum amicum habere velle ostendit. *SCH.* „Dem Brutus musste er verdächtig vorkommen, weil er den Cäsarmord zu missbilligen und folglich gegen die Republik nicht gut gesinnt schien.“ — *legiones* Romanae, postulaturae scilicet, ut sibi servaretur, quod Caesar promiserat. *SCH.* — *transportavit* in Graeciam ad Bellum Parthicum. „*Asinius* Strothii coni. prob. Beier. Mss. Firmatur ex parte corruptâ Md. Oxon. scripturâ: *quid qua sanius.*“ *ORELLI.* — *Caninium volui* scil. dicere; sed memoria lapsus sum. Cäsar hatte den Caninius Rebilus mit einigen Legionen als Vortrab zum Parthischen Kriege nach Griechenland vorausgeschickt. — *ab aleatore* Antonio (s. Philipp. II, 23.) *φυρμὸς πολὺς* i. e. magna fit rerum conturbatio, der Würfelspieler wird uns vielen Spuk machen. — *coniuratio*, die bei dem feierlichen Leichenbegängniss des Cäsars ausbrach, indem dessen zahlreiche Freigelassenen den Stadtpöbel zum Aufruhr verleiteten, den Dolabella bald nachher unterdrückte. S. Philipp. I. c. 2. — *si recta sap. A.*, wenn A. rechtliche Gesinnungen hegte.

diam! qui legari noluerim ante res prolatas, ne desererc viderer hunc rerum tumorem; cui certe si possem mederi, deesse non deberem. Sed vides magistratus, si quidem illi magistratus; vides tamen tyranni satellites in imperiis; vides eiusdem exercitus; vides in latere veteranos; quae sunt εὐρίπιστα omnia: eos autem, qui orbis terrae custodiis non modo saepti, verum etiam magni esse debebant, tantummodo laudari atque amari, sed parietibus contineri. Atque illi quoquo modo beati; civi-
3 tas misera. Sed velim scire, quid adventus Octavii: num

---

2. *qui* = quod ego *legari noluerim* i. e. legationem liberam petere a senatu noluerim d. i. die Erlaubniss vom Senat, sich als Senator mit dem Ehrentitel eines Legati auf unbestimmte Zeit von Rom zu entfernen. — *ante res prolatas*, ante iustitium et discessum senatus. *SCH.* „vor den Rathsferien." — *hunc rerum tumorem* st. rem publicam in hoc rerum tumore, Gährung. S. ep. 683, 1: Tument negotia. — *deesse*, mich entziehen. Der Gährung entgegen zu arbeiten schien ihm Schuldigkeit. — *magistratus*, ut Antonium, Dolabellam, non antiquo iure sed Caesaris arbitrio creatos. *SCH.* — *magistratus* nominari possunt. — *tamen* del. Sch. in Ed. mai. Abest etiam in simili loco ep. 685. — *tyranni*, Caesaris scil., *satellites*, ut Plancum, Lepidum, Asinium, Caninium, Vatinium, Hirtium, Pansam, Cornificium. *CORRAD.* *in imp.*, an der Spitze von Kriegesheeren. — *eiusdem*, Caesaris, *exercitus*, qui Caesaris profectionem in Parthos exspectantes in urbe manserant. *MANUT.* „Compagnien von seinen Veteranen." — *in latere* in Campania: nam agri Campani partem incolebant a Caesare assignatam. Hos postea quingenis denariis Octavianus in suas partes traduxit. Vid. ad Attic. XVI, 7. *MANUT.* — εὐρίπιστα a ῥιπίζειν dicuntur, quae facile sufflari possunt, ut maius incendium s. periculosi motus erumpant. *SCH.* idonea ad excitandum incendium. *LÜN.* „was alles guter Zunder zum Brande ist. — *magni esse debebant* = deberent h. e. qui non modo omnium mortalium studiis, quia scil. orbem terrarum liberarunt, defensi, sed etiam illustres et rerum potentes esse debebant. *GRONOV.* S. Ramsh. §. 166, 2, c. Not. „*etiam vagisse* Cd. Decurt. Sed quaenam ista oppositio *non modo saepti, verum etiam magni?* Latetne in scriptura Cd. Decurt.: ἅγιοι *esse* „sacrosancti, inviolabiles"? *ORELLI.* — *laudari.* Cf. ep. 685, ubi ait τυραννοκτόνους in caelo esse i. e. ad caelum laudibus efferri. „Sic Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *tantum non l. a. a. sed p. contineri* Cd. Decurt. Bos. Graev. Ern. *non tantum l. a. a., se p. continere* Sch. coni. Ex nostra (et Lünem.) lectione sententia haec prodit: „a plerisque quidem laudantur, sed nihilominus parum praesidii iis est in bonis, ita ut parietibus se continere debeant." *ORELLI.* Metu insidiarum prodire non audebant. — *Atque* Priores cum Md. *Atqui* Cd. Decurt. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* „Und doch sind auch diese im Vergleich mit dem kläglichen Zustande des Gemeinwesens auf ieden Fall noch glücklich zu nennen."

3. *quid adventus Octavii* pariat, des neunzehniährigen Grossneffen, adoptirten Sohns und Universalerbens vom Cäsar. Octavius,

qui concursus ad eum, num quae νεωτερισμοῦ suspicio. Non puto equidem: sed tamen quidquid est, scire cupio. Haec scripsi ad te proficiscens Astura III. Idus.

EPISTOLA DCLXXXV. (ad Att. XIV. 6.)

Scr. Fundis prid. Id. Apr. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Queritur Caesaris quidem interfectores laudari, tyranni tamen facta defendi. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Pridie Idus Fundis accepi tuas literas coenans. Primum igitur melius esse: deinde meliora te nuntiare. Odiosa illa enim fuerant, legiones venire. Nam de Octavio susque deque. Exspecto quid de Mario: quem quidem ego sublatum rebar a Caesare. Antonii colloquium cum he-

---

Caesaris heres, audita eius nece Apolloniae, quo eum Caesar studiorum causa miserat, in bello Parthico commilitonem habiturus, in Italiam rediit et Neapolim venit XIV. Kal. Maii. *SCH.* „Was die Ankunft des iungen Octavius bringen werde." *concursus ad eum* futurus sit, ob man ihm zahlreich entgegen eilen, ihm zulaufen werde. — νεωτερισμοῦ, rerum novarum, ob man sich eine neue Wendung der Sachen davon verspreche. — *Non puto.* Warum? weil er ihm noch zu iung schien. — *III. Idus* April., am 11. April. *IV. Idus* (am 10.) Cd. in marg. 1584. *OR.*

1. *Pridie Idus* April., am 12. April. — *Fundi,* eine Municipalstadt zwischen Formiae und Terracina, heut zu Tage Fondi. — *melius* tibi *esse,* „der Hauptpunct darin ist die Nachricht, dass Dir besser sei." S. den Anf. des 684. Br. — *meliora* quam literis proximis. — *Odiosa* = odiosus nuntius, eine gehässige Nachricht. *legiones* e Gallia *venire.* — *de Octavio susque deque* i. e. de eo, de eius adventu non laboro, seu, quid de eo fiat et quid acturus sit, non curo. *SCH.* — *de Mario* fiet, ich bin neugierig, Was man mit dem Marius aufstellen wird. Über diesen Marius, eigentlich Herophilus, s. zu ep. 579, 1. Nach Cäsars Ermordung war dieser von ihm Verbannte plötzlich wieder in Rom erschienen und hatte sich als einen Anverwandten desselben angekündigt und erklärt, dass er gekommen sei, den Tod seines Vettern zu rächen. Er war auch wirklich an der Spitze der Mordbrenner am Tage seines Leichenbegängnisses und der schlaue Antonius liess ihm freie Gewalt, bis er durch den aufgebrachten Pöbel die Mörder Cäsars und deren Mitverschworne aus der Stadt vertrieben hatte. Nun aber, um sich den Schein zu geben, als ob er an dem Vorgefallenen nicht den mindesten Antheil gehabt habe, packte er den Burschen, liess ihn aufknüpfen und dessen Körper schleifen. Brutus und Cassius schöpften hierauf wieder Zutrauen und verstanden sich zu einer persönlichen Unterredung mit Antonius, über deren Resultat hier Cicero seine Unzufriedenheit bezeigt, wohl ahnend, dass Alles Maske war. S. Philipp. I, 2. — *sublatum* esse, aus dem Wege

roibus nostris pro re nata non incommodum. Sed tamen adhuc me nihil delectat praeter Idus Martias. Nam, quoniam Fundis sum cum Ligure nostro, discrucior, Sextilii fundum a verberone Curtilio possideri: quod
2 quum dico, de toto genere dico. Quid enim miserius, quam ea nos tueri, propter quae illum oderamus? Etiamne consules et tribunos pl. in biennium, quos ille voluit? Nullo modo reperio, quemadmodum possim πολιτεύεσθαι. Nihil enim tam σόλοικον, quam τυραννοκτόνους in caelo esse, tyranni facta defendi. Sed vides consules, vides reliquos magistratus, si isti magistratus: vides languorem bonorum. Exsultant laetitia in municipiis. Dici enim non potest, quanto opere gaudeant, ut ad me concurrant, ut audire cupiant verba mea ea de re; nec ulla interea decreta. Sic enim πεπολιτεύμεθα, ut victos metueremus. Haec ad te scripsi apposita secunda mensa: plura et πολιτικώτερα postea: et tu, quid agas quidque agatur.

---

geräumt sei. — *pro re nata*, nach Gestalt der Sachen, nach der Lage der Dinge. — *incommodum*, ungerathen. — *nihil del.* Denn es war noch Nichts für die Wiederherstellung der Republik u. s. w. geschehen. — *Ligur* Ciceronis familiaris. Vgl. ep. 315, 4. — *Sextilii*, eines Römischen Ritters von der Pompeianischen Partei, dessen Gut vom Cäsar confiscirt und dem Freigelassenen Curtilius geschenkt, aber dem rechtmässigen Besitzer noch nicht wieder zurück gegeben war. — *verberone* h. e. vel verberibus digno vel olim, quum servus esset, verberibus affecto. — *de toto genere* Pompeianorum scilicet aeque atque ille bonis multatorum omninoque de consilio Caesaris decreta rata habendi. *SCH.* „wenn ich diesen einzelnen Fall anführe, so deute ich damit auf des ganze ietzige Verfahren hin."

2. *ea nos tueri* scil. ex actis Caesaris, quibus Antonius tum intolerabiliter abutebatur. Postulabat enim, ut, quidquid in Caesaris commentariolis et chirographis et libellis se uno auctore prolatis ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis exstaret, id ratum esset. Philipp. I, 7. *SCH.* „dass wir (wirkliche und angebliche) Beschlüsse des Cäsars noch für gültig anerkennen müssen." — *in biennium* scil. habebimus. — *voluit* i. e. quos Caesar designavit contra Parthos profecturus. Vid. Dio XLIII extr. — *Nullo* igitur *modo.* — πολιτ., versari in re publica, mich noch mit Staatsgeschäften befangen, abgeben. — σόλοικον, vitiosum, absurdum. — *in caelo esse*, laudari a plurimis et ad caelum extolli, vergöttert, in den Himmel erhoben werden. — *defendi*, in Schutz genommen und gehandhabt werden. — *si ipsi mag.* Vgl. den §. 2 des vorig. Br. — *in municipiis* latentes, non Romae. — *ut ad me conc.*, wie sie mir zulaufen. — *mea verba* Vict. 2. Non displicet ordo vocab. *mea verba. OR.* — *decreta* senatus scilicet, quae Brutum et Cassium defendant. „gleichwohl ist indess kein einziges Decret erfolgt." — πεπολιτ., denn so wackere Staatsmänner sind wir, dass. — *victos* Caesarianos, Antonium praesertim. — *sec. mensa*, Nachtisch. — πολιτ., accuratius disputata de re publica. — *postea* scribam: *et tu* scribes.

EPISTOLA DCLXXXVI. (ad Div. XI. 1.)

Scr. mense Aprili A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Decimus Brutus Albinus colloquium cum Hirtio habitum exponit et, quid consilii capiendum sit, ostendit. 1 — 6.

D. BRUTUS BRUTO SUO ET CASSIO S.

Quo in statu simus, cognoscite. Heri vesperi apud

D. BRUTUS. Dieser D. Iunius Brutus Albinus hatte lange unter Cäsar gedient, mit einer Flotte gegen die Einwohner von Massilia glücklich gefochten (s. Caes. de B. G. I. 36. 56. 58.) und war mit Plancus von ihm, als er auf den Feldzug gegen die Parther sich vorbereitete, im Voraus zum dereinstigen Consul ausersehen und vorläufig zum Proconsul von Gallia Cisalpina bestimmt. (S. Sueton. Caes. c. 76. 44. Flor. IV, 2. ad Famil. X, 10. XI, 15.) Dennoch ward er eines von den Häuptern der gegen Cäsars Leben Verschworenen. Er war es, der dem Cäsar zuredete in den Senat zu gehen, wo man ihn ermordete. Am Tage nach vollbrachtem Morde wurde, wie dem M. Brutus Macedonien, so auch diesem Brutus das diesseitige Gallien als Provinz vom Rathe bestätigt, wohin er abging, und wo er in Kämpfen mit den Alpwohnern seine Soldaten übte, sich den Titel eines Imperator erwarb, so dass er um eine supplicatio anhalten konnte (s. ad Divers. XI, 4.). Er liess sich seinen Patriotismus viel Geld kosten (s. XI, 10); doch blieb er in seiner Provinz nicht lange unangefochten. Antonius, der nach beendigtem Consulate Macedonien zur Provinz erhalten sollte, wusste das Volk dahin zu disponiren, dass es eine Umtauschung der Provinzen beschloss und ihn zum Proconsul des ihm viel erwünschteren, nähern diesseitigen Galliens ernannte. Da dieser nun den Hauptstreich zur Alleinherrschaft, den er am 28. Nov. in Rom selbst ausführen wollte, aufgab, weil er an eben dem Tage in Erfahrung brachte, dass die in dieser Absicht nach Rom beorderten zwei Legionen zum C. Octavius, dem Erben Cäsars und nachherigen Kaiser Augustus, übergegangen waren; so eilte er aus Furcht vor letzterm noch fünf Wochen vor Ablauf seines Consulats nach dem diesseitigen Gallien und suchte den D. Brutus von dort zu verdrängen (s. Philipp, III, 1.). Dieser warf sich in Mutina (s. Philipp. III, 4.), wo er vom Antonius belagert wurde. Cicero drang darauf, den Antonius für einen Feind des Vaterlandes zu erklären und die neuen Consuln, den Hirtius und Pansa, nebst dem iungen Octavius gegen ihn abzusenden. Nach abermals vergeblich versuchtem Wege der Güte zogen iene wirklich aus, um Mutina zu entsetzen. Eine grosse Schlacht ward geliefert, Antonius geschlagen, Brutus entsetzt; aber die Consuln verloren ihr Leben (Suet. Aug. c. 11. ad Famil. X, 30. Ovid. Fast. IV, 619. V, 625 ff. Trist. IV, 10. V, 6.). Indess fand es der schlaue Octavius rathsam sich an den Antonius und Lepidus anzuschliessen und mit diesen den M. Brutus und Cassius zu verfolgen. Decimus Brutus, dem wegen des Sieges bei Mutina eine supplicatio geworden war (s. ad Divers. XI, 18.), hatte dagegen vom Senate den Auftrag, den Antonius zu bekriegen, ward aber von seinen Legionen verlassen und kam, noch vor Errichtung des Triumvirats unter Octavius,

me Hirtius fuit: qua mente esset Antonius, demonstravit; pessima scilicet et infidelissima. Nam se neque mihi provinciam dare posse aiebat, neque arbitrari tuto in urbe esse quemquam nostrûm: adeo esse militum concitatos animos et plebis. Quod utrumque esse falsum puto vos animadvertere, atque illud esse verum, quod Hirtius demonstrabat: timere eum, ne, si mediocre auxilium dignitatis nostrae habuissemus, nullae partes iis in re
2 publica relinquerentur. Quum in his angustiis versarer, placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi reliquisque nostris, ut aliqua causa proficiscendi honesta quaereretur. Haec se impetraturum pollicitus est: nec tamen impetraturum confido: tanta est hominum insolentia et nostri insectatio. Ac si dederint, quod petimus, tamen paullo post futurum puto, ut hostes iudice-
3 mur aut aqua et igni nobis interdicatur. Quid ergo est, inquis, tui consilii? Dandus est locus fortunae: ceden-

---

Lepidus und Antonius, in des letzteren Gewalt, der ihn durch den Capenus, einen Gallischen Sequaner, ermorden liess. Er hat also das Consulat nie erlangt, was ihm schon vom Cäsar zugedacht war. Die ad Divers. Libr. XI. befindlichen zehn Briefe von ihm und vierzehn Briefe an ihn sind in'sgesammt nach Cäsars Tode theils unter den Consuln Antonius und Dolabella, theils unter Hirtius u. Pansa und nach deren Tode geschrieben. Vorliegender Brief bezeugt die Verlegenheit, worin sich die planlosen Mörder Cäsars gleich Anfangs befanden. Über *M. BRUTUS* s. z. ep. 437, über *C. CASSIUS* zu 241 im Anf.

1. *qua mente* s. quomodo affectus esset, wie der Consul Anton. gesinnt wäre. — *provinciam*, nämlich Gallien diesseits der Alpen, die Cäsar ihm angewiesen und der Senat nach dessen Tode bestätigt hatte. — *nostrûm*, qui coniuravimus in Caesarem. — *militum* veteranorum, quos Caesar beneficiis affecerat. *MANUT.* — *demonstr.*, mir handgreiflich bewies. — *si mediocre aux. . . habuiss.*, „wenn unser Ansehen auch nur mittelmässig unterstützt würde;" nämlich von der republicanischen Partei im Senate u. unter dem Volke. Auxilium mox non mediocre habuere Decimus Brutus Galliam Cisalpinam, Cassius Syriam, M. Brutus Macedoniam utramque a senatu decretam post interitum Caesaris. *MANUT.* — *ne .. nullae partes iis* (Caesarianis, Antonio) *in r. p. relinq.*, so dürfte ihnen gar bald keine Rolle mehr in der Republik zu spielen übrig bleiben. *his* Md. Vict. 2. Bened. *sibi* (Antonio) Lamb. susp. *ORELLI.* Allein Antonius spielte ia einen Cäsarianer.

2. *angustiis* = rebus ita angustis et periculosis, in dieser Klemme. — *legationem liberam*, missionem honestam ab urbe, ne urbe pulsi videremur. — *impetraturum* a senatu *pollicitus est* Hirtius, diese versprach er uns vom Senate zu verschaffen. — *insolentia* Caesarianorum. — *dederint* liberam legationem. — *interdicatur* i. e. ut proscribamur.

3. *Dand. e. l. fortunae*, man muss es dem Schicksal anheim

dum ex Italia, migrandum Rhodum aut aliquo terrarum arbitror. Si melior casus fuerit, revertemur Romam: si mediocris, in exsilio vivemus: si pessimus, ad novissima auxilia descendemus. Succurret fortasse hoc loco alicui 4
vestrûm, cur novissimum tempus exspectemus potius, quam nunc aliquid moliamur? Quia ubi consistamus non habemus praeter Sex. Pompeium et Bassum Caecilium: qui mihi videntur, hoc nuntio de Caesare allato, firmiores futuri. Satis tempore ad eos accedemus, ubi, quid valeant, scierimus. Pro Cassio et te, si quid me velitis recipere, recipiam. Postulat enim hoc Hirtius, 5
ut faciam. Rogo vos, quam primum mihi rescribatis: nam non dubito, quin his de rebus ante horam quartam Hirtius certiorem me sit facturus. Quem in locum convenire possimus, quo me velitis venire, rescribite. Post 6
novissimum Hirtii sermonem placitum est mihi postulare, ut liceret nobis esse Romae publico praesidio: quod illos nobis concessuros non puto: magnam enim invidiam iis faciemus. Nihil tamen non postulandum putavi, quod aequum esse statuerem.

---

stellen, dem Augenblicke nachgeben. — *aut aliquo terrarum*, oder nach irgend einem andern Winkel der Erde. Über *aliquo* c. genit. s. Ramsh. §. 115, III. Grotef. §. 232. — *Si mel. cas. f.*, wenn sich ein günstigerer Zufall ereignet. — *mediocris*, ein leidlicher. — *ad novissima aux.*, ad arma, ad extrema confugiamus, so lassen Wir's auf's Äusserste ankommen. Vergl. ep. 834, 4: si nihil in Lepido cet.

4. *Succurret*, vielleicht fällt Einem von Euch hier ein. Figura Occupatio. — *noviss. temp.*, dass es so weit mit uns kommt. — *moliamur* i. e. ad arma veniamus. — *ubi consist.*, wo Wir festen Fuss fassen könnten, worauf wir fussen könnten, ubi sit nobis satis praesidii. — *Sex. Pomp.*, Magni filium. Dieser stand damahls im mittägigen Spanien, Bassus Cäcilius in Syrien. S. ep. 798, 1. 646, 1. Strab. XVI. Dio XLVII. — *de Caesare* interfecto, de eius caede. — *firmiores*, animosiores et collecturi maiores vires. — *Satis tempore*, noch frühzeitig genug. *tempori* Neap. *in tempore* Crat. Lamb. *ORELLI.* — *valeant*, quid virium aut copiarum habeant. — *recipiam*, promittam et spondebo.

5. *his de rebus* = *de his* Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. In utraque lect. Med. ex mea collat. nobiscum facit. Est tamen res incerta. *ORELLI.*

6. *postulare* a senatu. — *publico praes.*, publica fide, unter Bedeckung einer vom Staate uns zugegebenen Garde, unter sicher Geleite. — *illos*, Caesarianos, Antonium. — *magn. . . . faciemus*, „denn wir würden ihnen dadurch eine üble Blame anhängen, ihnen scheele Blicke zuziehen;" nämlich bei allen guten Bürgern, wenn sie sähen, dass die Befreier des Vaterlandes mitten in Rom einer solchen Massregel für ihre Sicherheit bedürften. *faceremus* Vict. 2. *faceremus* vel *fecerimus* Ern. suspicc. *OR.* — *Nihil non*, Alles. S. Ramsh. §. 173, 3. Grotef. §. 337.

EPISTOLA DCLXXXVII. (ad Att. XIV. 7.)

Scr. in Formiano XVII. Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Quaerit, ubi Brutus futurus sit, ac de literis filii sui suoque in Graeciam proficiscendi consilio scribit. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Postridie Idus Paullum in Caieta vidi. Is mihi de Mario et de re publica alia quaedam sane pessima. A te scilicet nihil: nemo enim meorum. Sed Brutum nostrum audio visum sub Lanuvio. Ubi tandem est futurus? Nam quum reliqua, tum de hoc scire aveo omnia. Ego e Formiano exiens XVII. Kal., ut inde altero die in
2 Puteolanum, scripsi haec. A Cicerone mihi literae sane πεπινωμέναι et bene longae. Cetera autem vel fingi possunt: πῖνος literarum significat doctiorem. Nunc magno opere a te peto, de quo sum nuper tecum locutus, ut videas ne quid ei desit. Id quum ad officium nostrum pertinet, tum ad existimationem et dignitatem: quod idem intellexi tibi videri omnino. Si ergo est, volo mense Quintili in Graeciam. »Sunt omnia faciliora.«

---

1. *Postrid. Idus* April., am 14. April. — *Paullum* i. e. L. Aemilium Paullum, in consulatu collegam C. Marcelli (704), fratrem M. Lepidi. *MANUT.* — *de Mario,* de Pseudo-Mario illo eiusque consiliis de senatu interficiendo. *SCH.* Cfr. ep. 685, 1. 688, 1. — *alia,* Md. Oxon. 2. Vict. 1. *aliqua. OR. pessima* narravit. — *nihil* literarum accepi. — *meorum* i. e. nullus tabellarius ad me venit. — *XVII. Kal.* Maii, am 15. April. — *in Puteolanum* venirem.

2. *A Cicerone* filio Athenis versante. — *πεπινωμέναι*, docte et eleganter scriptae. Sic Md. Cd. Tornaes. Memm. Vict. Seqq. Recte interpretatus est Corrad. e Suida. Sunt epistolae „verum doctae antiquitatis, Atticae puta, saporem redolentes.“ *πεπυκνωμέναι* Margo Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. et mox *πυκνῶς* (i. e. *πύκνωσις*) Asc. sec. Crat. Utrumque placebat Graetero. *OR.* *πεπυκν.*, gedrängt, Gedanken-Inhaltsreich; *πύκνωσις*, Gedrängtheit, Gedankenfülle. — *bene,* ziemlich. — *Cetera* scil. eius mores et frugalitas *fingi* i. e. simulari et falso perhiberi *possunt. SCH.* „das Übrige, was man von ihm rühmt, kann leicht od. allenfalls erdichtet sein.“ — *at πῖνος lit. s. doctiorem* eum factum esse, aber dass er wenigstens gebildeter geworden ist, Das beweiset die Schönheit seines Briefs, Stils, seiner Schreibart. *πῖνος* = nitor, elegantia, Nettigkeit seines Stils. — *ne quid ei desit,* dass ihm Nichts abgehe. — *exist.*, gute Meinung Anderer von ihm, Ehre. — *Si ergo est,* wenn ich es also möglich machen kann i. e. si ergo est unde utar; si argentum mihi suppetierit in sumptus itineris. *GRONOV. GRAEV. est* = ἔστι, es lässt sich thun. S. Buttmann §. 137. „Fuitne simpliciter: *Sic ergo est: volo* cet.? Vulgatam cum Gronovio explicant: „si parata pecunia est.“ *ORELLI.* Politische Gründe standen auch im Wege. — „*Sunt omnia faciliora.*“ Sic Md. Edd. ante Lamb., ut haec obiici sibi fingat: „Alia

Sed quum sint ea tempora, ut certi nihil esse possit, quid honestum mihi sit, quid liceat, quid expediat; quaeso da operam, ut illum quam honestissime copiosissimeque tueamur. Haec et cetera, quae ad nos pertinebunt, ut soles, cogitabis: ad meque aut quod ad rem pertineat, aut, si nihil erit, quod in buccam venerit, scribes.

EPISTOLA DCLXXXVIII. (ad Att. XIV. 8.)

Scr. in Sinuessano XIV. Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 45.)

Respondet Attici literis, de iis potissimum, quae nuper de re publica resciverat, petitque, ut de omnibus diligenter perscribat. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Tu me iam rebare, quum scribebas, in actis esse nostris: at ego accepi XVII. Kal. in deversoriolo Sinuessano tuas literas. De Mario probe: etsi doleo L. Crassi nepotem. Optime tam etiam Bruto nostro probari Antonium. Nam quod Iuniam scribis moderate et amice scriptas literas attulisse, mihi Paullus dedit ad se a fra-

---

omnia, ut Romam te conferas, ut in villis tuis lateas, *sunt faciliora*, quam iter in Graeciam nunc ipsum (hoc tempore) suscipiendum." *Sint* Cdd. Crusell. Decurt. Bos. Seqq. *si sint* Lamb. 1566. Tum: *quod* ter pro *quid* Lamb. in Curis sec. *ORELLI.* *Sint* cet. gäbe den Sinn: „indess mag Alles andere leichter sein, als ietzt dahin zu reisen. Darum (Sed) u. s. w. *Sunt* mit dem Sinne: wenn ich hinreise, dann ist mir Alles leichter; ich kann dann selbst u. mit wenigeren Kosten für ihn sorgen. Wir machen alsdann eine Menage. Vgl. ep. 693, 4. — *tueamur*, unterhalten, durchbringen. — *in buccam*, in die Feder.

1. *in actis*, i. e. in praediis maritimis, ut Puteolano. *in agris* Manut. Lamb. sicque volebat Muretus. *in hortis* Herv. ex *Lib.* 14. *ad Attic. Ep.* 16. *ORELLI.* — *XVII. Kal.* Mai., am 15. April. — *Sinuessano*, welches auf der Mitte seines Weges vom Formiano zum Puteolanum lag, der gerade am Meere hinab eine Tagereise ausmachte. S. ep. 687, 1 am Ende. — *De Mario probe*, mit dem Pseudo-Marius hat man's recht gemacht; scil. quod ei uncus est impactus pro facinore cogitato. *MANUT.* S. ep. 685, 1. — *nepotem*, für den er sich nämlich ausgegeben hatte. Ironie! — *Antonium* metonym. statt factum Antonii in tollendo isto Mario. Vid. Philipp. I, 2. — *Iuniam*, des M. Iunius Brutus Schwester und Gemahlinn des M. Lepidus. — *scriptas* ad Brutum a viro suo M. Lepido, qui tunc erat in Gallia Transalpina cum exercitu. In einem gemässigten und freundschaftlichen Tone, *moderate et amice.* Denn er hatte in dem Briefe geäussert, dass er weder nach einer gesetzwidrigen Gewalt trachte, noch gegen die Republikaner anders gesinnt sei, als es sich zieme. Vor *mihi Paullus* suppl. scito. — *de-*

tre missas: quibus in extremis erat sibi insidias fieri: se id certis auctoribus comperisse. Hoc nec mihi placebat et multo illi minus. Reginae fuga mihi non molesta est. Sed Clodia quid egerit, scribas ad me velim. De Byzantiis curabis ut cetera; et Pelopem ad te arcesses. Ego, ut postulas, Baiana negotia chorumque illum, de quo scire vis, quum perspexero, tum scribam; ne quid
2 ignores. Quid Galli, quid Hispani, quid Sextus agat, vehementer exspecto. Ea scilicet tu declarabis, qui cetera. Nauseolam tibi tuam causam otii dedisse facile patiebar. Videbare enim mihi legenti tuas literas requiesse paullisper. De Bruto semper ad me omnia perscribito, ubi sit, quid cogitet: quem quidem ego spero iam tuto vel solum tota urbe vagari posse. Verumtamen . . .!

---

dit, hat mir (bei seinem Besuche vor 2 oder 3 Tagen) mitgetheilt. — *a fratre* M. Lepido. S. ep. 687, 1. — *extremis*, an dessen Schluss er sagt. — *illi*, Bruto. Denn dass Lepidus solchen Ohrenbläsern Gehör gab, bewies, wie wenig er den Brutus und die übrigen Freunde der Republik kannte, und war von bösen Vorbedeutungen für sie. *GRÄTER*. — *Reginae* Cleopatrae. Diese Königinn von Ägypten hatte dem Cäsar einen Besuch zu Rom gemacht und war noch einige Wochen nach dem 15. März daselbst geblieben, dann aber entwichen. S. ep. 704, 2 am Ende, 728, 2. 729, 2. und ep. 92. Sueton. c. 52. — *Clodia*, die berüchtigte Schwester des Todfeindes vom Cicero. Er meinte, was für eine Rolle sie seit Cäsars Tode gespielt habe. — *Pelopem*. Hoc Byzantiorum negotium quale fuerit, non liquet. Pelops autem Byzantius ille est, ad quem Cicero, teste Plutarcho in eius vita, Graece scripsit. *SCH*. — *Baiana negotia*, wie es zu Baiae hergeht. Vgl. zu ep. 650. — *chorumque illum* i. e. turbam, quae illic versatur voluptatis causa. Nam chorus proprie symphoniacorum aut saltantium in sacris. *GRONOV*. Antonius und dessen Brüder und Schwestern trieben es hier in der Leichtfertigkeit vermuthlich toll genug; und Cicero war diesem Bacchantenchor nahe genug, um seinen Freund mit Neuigkeiten von da zu bedienen.

2. *Hispani* agant, moliantur; num bellum nobis inferre cogitent. *MANUT*. S. epist. 680, 1. 683, 1. *Sext.* Pompeius. S. epist. 680, 2. 683, 1. — *qui cetera* declarabis, da Du doch das Übrige mir aufklären wirst. — *requiesse*. Sententia est: te fastidio ciborum et propensione ad vomitum leviter tentatum abstinuisse propterea a negotiis et corpori curando vacasse non aegre ferebam. Videbar enim mihi agnoscere in tuis literis, te novo quodam impetu post receptas vires ad scribendum venisse. *GRONOV*. — *vagari posse*, etsi prius parietibus continebatur (v. epist. 684). Sperabat enim Cicero, quod Antonius et Dolabella consules curam rei publicae videbantur suscepisse, qui Marium illum falso creditum de senatus caede cogitantem occidissent. *MANUT*. — *Verumtamen* scil. ne nimis fidat! *GRONOV*. „Doch trau, schau, Wem!“ Um

EPISTOLA DCLXXXIX. (ad Att. XIV. 9.)

Scr. Puteolis XV. Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Breviter primum de domesticis, deinde de publicis rebus. I — 3.

CICERO ATTICO S.

De re publica multa cognovi ex tuis literis, quas quidem multiiuges accepi uno tempore a Vestorii liberto. Ad ea autem, quae requiris, brevi respondebo. Primum vehementer me Cluviana delectant. Sed quod quaeris, quid arcessierim Chrysippum: tabernae mihi duae corruerunt reliquaeque rimas agunt. Itaque non solum inquilini, sed mures etiam migraverunt. Hanc ceteri calamitatem vocant: ego ne incommodum quidem. O Socrates et Socratici viri! nunquam vobis gratiam referam. Dii immortales, quam mihi ista pro nihilo! Sed tamen ea ratio aedificandi initur, consiliario quidem et auctore Vestorio, ut hoc damnum quaestuosum sit. Hîc turba
magna est, eritque, ut audio, maior. Duo quidem quasi 2
designati consules...! O dii boni! vivit tyrannis, tyrannus occidit? Eius interfecti morte laetamur, cuius facta defendimus! Itaque quam severe nos M. Curtius accusat, ut pudeat vivere: neque iniuria. Nam mori millies prae-

---

zwei solchen Günstlingen Cäsars als Mörder desselben zu trauen hätte Brutus auch gar zu treuherzig sein müssen.

1. *Vestorii*, Puteolani argentarii. S. ad Attic. IV, 6. 14. 16. 17. V, 2. VI, 2. XIII, 46. XIV, 12. 14. ad Famil. VIII, 8. — *Cluviana* i. e. quae Cluvius argentarius anno 709 mortuus ei legaverat. — *delectant*, quia tunc erat Puteolis praesensque videbat, quae sibi Cluvius Puteolanus reliquerat. *MANUT.* S. ep. 629, 3. — *Chrysippum* Vettium, architectum, Cyri architecti libertum. Vid. ep. 170. — *tabernae . . duae* von der Erbschaft des Cluvius. — *rimas agunt*, bekommen Risse, drohen den Einsturz. — *inquilini*, die Miethlinge. — *Hanc . . vocant*, Das nennen Andere ein grosses Unglück. S. Ramsh. §. 159, 1. Grotef. §. 211. — *nunquam . . . referam*, nie werd' ich euch genug danken können! dass ich nämlich durch euch diesen Gleichmuth gewonnen habe. *quaest.* S. ep. 691, 2.

2. *Hîc*, et mecum. — *turba*, Zusammenfluss, Gewühl von Leuten. — *quasi designati consules*, die ernannten Quasi-consules (Hirtius und Pansa) wenigstens werden auch kommen, nicht fehlen. S. ep. 691, 2. Non populi suffragiis, sed Caesaris voluntate designati erant. — *cuius facta.* Ern. susp. *cuius interfecti . . . eius (vivi) facta.* Warum nicht *acta?* Siehe zu ep. 685, 2. 682, 1. Vgl. iedoch ep. 690, 1. Dem Antonius hauptsächlich gilt dieser Stich. — *M. Curtius* est ille, quem indigne ferebat de petendo consulatu cogitare ep. 579, 1. Is igitur Caesaris interfectores eosque, qui iis favebant, graviter accusabat, quod sine causa scil. Caesarem occidissent, quum eius facta defenderent. *SCH.* — *prae-*

stitit quam haec pati, quae mihi videntur habitura etiam
3 vetustatem. Et Balbus hîc est multumque mecum: ad quem a Vetere literae datae pridie Kal. Ianuar., quum a se Caecilius circumsederetur et iam teneretur, venisse cum maximis copiis Pacorum Parthum: ita sibi esse eum ereptum, multis suis amissis: in qua re accusat Volcatium. Ita mihi videtur bellum illud instare. Sed Dolabella et Nicias viderint. Idem Balbus meliora de Gallia. xxi. die literas habebat; Germanos illasque nationes, re audita de Caesare, legatos misisse ad Aurelium, qui est praepositus ab Hirtio, se, quod imperatum esset, esse facturos. Quid quaeris? Omnia plena pacis, aliter ac mihi Calvena dixerat.

---

stitit st. *praestiterit*, es wäre besser. — *haec*, das gegenwärtige Verfahren, was meines Bedünkens ordentlich sich einaltern d. i. immer so fortgehen wird.

3. *a Vetere* i. e. ab Antistio Vetere, partium Caesarianarum. *MANUT.* Über Antist. Vet. s. ep. 90. — *prid. Kal. Ian.*, vom 31. December. — *Caecilius.* Q. Caecilium Bassum, qui Pompeium Magnum secutus fuerat, excitasse bellum in Syria et ab Antistio Vetere Caesaris iussu Apamene circumsessum, tamen, Parthis auxiliantibus maximeque Alchandonio Atrabe, obsidione esse liberatum scribit Dio libr. XLVII. *MANUT.* Cf. Orat. pro Deiotaro. — *Volcatium.* Erwähnt wird ein L. Volcatius Tullus ad Divers. I, 1; ein zweiter gleiches Namens und Consul 721 ad Divers IV, 4. XIII, 14. Corrad. susp. *L. Statium* Murcum, qui eo tempore praeerat Syriae *Philipp.* II, 12. *ORELLI.* — *illud* st. illic. — *Dolabella* als neuernannter Proconsul von Syrien. S. Appian. III. — *Nicias,* ein Griechischer Belletrist, der seit Kurzem bei Dolabella lebte und Viel bei ihm galt und folglich mit ihm in die Provinz reisen würde; Cicero stellt ihm aus Scherz diesen Graeculus an die Seite; weil ein solcher Alles zu wissen vermeinte und zu Allem zu gebrauchen war. S. ep. 589, 1. und 732, 1. — *meliora* nuntiat, narrat *de Gallia.* S. ep. 688, 2. — *XXI. die lit. hab.*, der Brief, den er von Daher hatte, war 21 Tage alt. Die folgenden accus. c. inf. hängen von *literas* ab, worin der Begriff mit der Nachricht versteckt liegt. Derselbe Fall ist kurz vorher dagewesen. — *illas,* die dortigen. — *de Caesare* i. e. quum Caesaris caedem cognossent. — *Aurelium.* Wer dieser gewesen sei, lässt sich nicht ausmitteln. — *ab Hirtio* in der Präfectur von Gallia Belgica, die er, wie es scheint, vom Cäsar im vorigen Iahre erhalten hatte. — *Omnia* scil. ibi sunt *plena pacis.* — *Calvena.* S. ep. 684, 1. 681, 2. 680, 1.

EPISTOLA DCXC. (ad Att. XIV. 10.)

Scr. in Puteolano XIII. Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Queritur acta Caesaris, omniaque eius promissa et cogitata post necem plus valere, quam si viveret. Adiicit alia, de itinere suo, de Cluviano, de Q. Fratris adversus filium querelis. 1 — 4.

CICERO ATTICO S.

Itane vero? Hoc meus et tuus Brutus egit, ut Lanuvii esset? ut Trebonius itineribus deviis proficisceretur in provinciam? ut omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata Caesaris plus valerent, quam si ipse viveret? Meministine me clamare, illo ipso primo Capitolino die senatum in Capitolium a praetoribus vocari? Dii immortales! quae tum opera effici potuerunt, laetantibus omnibus bonis, etiam sat bonis, fractis latronibus! Liberalia tu accusas. Quid fieri tum potuit? iam pridem perieramus. Meministine te clamare, causam perisse, si funere elatus esset? At ille etiam in foro combustus laudatusque miserabiliter: servique et egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Quae deinde? ut audeant dicere, *tune contra Caesaris nutum?* Haec et alia ferre

---

1. *Itane vero?* Das wär' es also? — *egit*, dahin hätte es also Dein und mein Brutus gebracht, dass er allenfalls zu Lanuvium sein könnte? ideone Brutus Caesarem occidit, ut deinde Lanuvii esset, ut in urbe tuto esse non posset? ut Trebonius quasi fugiens occulte in provinciam proficisceretur? *SCH.* Trebonius ward nach Cäsars Ermordung als Proconsul nach Asien geschickt; zugleich bekleidete er die Stelle eines Unterfeldherrn des Brutus. — *Meministine me cl.* Sic Lamb. *meministine cl.* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *meministi me cl.* de Malasp. et Faërni susp. Bos. Seqq. *ORELLI.* — *Capit. die*, als die Cäsarsmörder nach vollbrachter That sich auf das Capitol zurückzogen. — *a praet.* M. Bruto et C. Cassio. — *vocari* = *vocari oportere*, wie Schütz vermuthete. — *sat. bonis*, die lauen Patrioten, scil. laetantibus. — *Liberalia*, quo die factum est Senatusconsultum de praemiis veteranorum (v. ep. 694 h. ed.) multaque alia in aede Telluris decreta. Philipp. I. c. 1. *MANUT.* „Du schiebst die Schuld auf die Senatsversammlung am 17. März;" an welchem Bacchusfeste die toga virilis oder libera den Iünglingen ertheilt ward. Über iene Senatsversammlung s. ep. 694. — *Meministine . . clamare.* S. Ramsh. §. 164. Anm. 4. Grotef. §. 241. 310. — *si funere el. esset*, wenn dem Cäsar ein ordentliches Leichenbegängniss verstattet würde. Vgl. ep. 694, 3. Philipp. II, 36. Sueton. in Caes. Plutarch. — *miserab.*, um das heftigste Mitleiden zu erregen und das Volk in Gährung zu bringen. „ihm ward eine zum Mitleiden reizende Lobrede gehalten." — *egentes*, die Bettler. — *Quae deinde*, Was sind nun die Folgen davon? — *nutum*, Du willst Dich gegen Cäsars Wink auflehnen? — *Haec et alia* eiusmodi. „Hoc saepissime

non possum. Itaque γῆν πρὸ γῆς cogito. Tua tamen ὑπη-
2 νέμιος. Nausea iamne plane abiit? Mihi quidem ex tuis literis coniectanti ita videbatur. Redeo ad Tebassos, Scaevas, Frangones. Hos tu existimas confidere se illa habituros, stantibus nobis? in quibus plus virtutis putarunt, quam experti sunt? Pacis isti scilicet amatores, et non latrocinii auctores? At ego quum tibi de Curtilio scripsi Sextilianoque fundo, scripsi de Censorino, de Messala, de Planco, de Postumio, de genere toto. Me-

---

corruptum ex: *haec et talia.*" *ORELLI.* — *Itaque γῆν πρὸ γῆς cogito*, „eher will ich desshalb aus einem Lande in's andere bis an's Ende der Erde gehen." Eine Anspielung auf Aeschyl. Prometh. v. 682, wo die schweifende Io sagt: *οἰστρόπληξ δ'ἐγὼ μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.* — *Tua . . . ὑπηνέμιος*, ventis et procellis (bellorum, quae instant) exposita i. e. non satis tuta, „Dein Land, Epirus, ist iedoch Italien zu nahe und den Stürmen des bevorstehenden Bürgerkrieges zu sehr ausgesetzt!" Attikus hatte nämlich den Cicero gebeten, auf seine Landgüter in Epirus sich zurück zu ziehen; allein dieser hielt das nicht für sicher genug.

2. *Nausea.* Vgl. ep. 688, 2. — *Tebassos . . Frangones*, Veteranen, unter welche Cäsar zur Belohnung ausgezeichneter Verdienste um ihn eingezogene Güter von Pompeianern ausgetheilt hatte. Diese drei Namen stehen hier für eine Menge Anderer ihres gleichen. Den Cassius Scaeva nennt Plutarch im Cäsar, Flor. IV und Suet. im Iul. c. 68. Dio dagegen erwähnt im 48. B. den C. Fufidius Frango, den Octavian über Africa und Numidien zum Statthalter gesetzt habe. *Suevos* (Md. a sec. manu) *Francones* Asc. 1. Crat. Vict. 1. *ORELLI.* Ein Irrthum, entsprungen aus ep. 688, 2. 689, 3 u. s. w. — *se illa hab.*, dass sie die ihnen verliehenen Besitzungen behalten würden, so lange wir noch dastehen? denen sie mehr Mannheit bisher zutrauten, als sie wirklich gefunden haben. — *scil.* ironisch = wirklich. — *latr. auct.*, Verführer zum Raube. — *de Curtilio.* S. ep. 685, 1. — *scripsi de* cet., hatt' ich zugleich einen Censorinus . . . im Sinne. Caesaris asseclae et in Pompeii bona missi vel aliis beneficiis ab eo contra leges affecti nominantur. *SCH. Censorinus* ist Der, welchen Antonius bei seiner Abreise nach Asien über Griechenland setzte. S. Plutarch u. Cicer. Philipp. XI, 5. *Mustela* Tamisius wird als Zechbruder des Antonius verächtlich erwähnt Philipp. II, 4. 41. V, 6 u. s. f., ist aber von dem in ep. 449. 574. erwähnten Mustela verschieden. *de Messala.* Sch. in Ed. mai. coni. *Mustela. ORELLI.* Mit Recht! — *T. Plancus* Bursa, gegen dessen Zurückberufung aus dem Elende durch Cäsar unser Cicero eifert ep. ad Famil. VII, 2. XII, 18. IX, 11. Philipp. XIII, 13. VI, 3. XI, 6. Er war verbannt worden, weil er nach der Ermordung des Clodius als Tribunus Plebis das Rathhaus angezündet hatte. S. argument. Asconii in Milon. — *Postumius*, ein Cäsarianer. S. ep. 514. 709. — *de genere toto*, das ganze Gezücht von Cäsarischen und Antoniussischen Creaturen. — *Melius fuit* = fuerit, fuisset. S. Ramsh. §. 166, 2, c, Not. Grotef.

lius fuit perisse illo interfecto, quod utinam accidisset! quam haec videre. Octavius Neapolim venit XIV. Kal. 3
Ibi eum Balbus mane postridie; eodemque die mecum in Cumano, illum hereditatem aditurum. Sed, ut scribis, ῥοιζόθεμιν magnam cum Antonio. Buthrotia mihi tua res est, ut debet, eritque curae. Quod quaeris, iamne ad centena Cluvianum: adventare videtur; sed primo anno LXXX. detersimus. Q. pater ad me gravia de filio, ma- 4
xime quod matri nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus. Ardentes in eum literas ad me misit.

---

§. 181. Sensus: melius fuisset post necem Caesaris Antonium eiusque asseclas armis adoriri, etiamsi pereundum nobis fuisset; quod utinam accidisset!" Sic dedi de I. Fr. Gronovii coniectura probb. Ern. et Beier *Officc.* T. 2 p. 360. *quod nunquam acc.* Ceteri cum Cdd. notis. Defendit hanc lectionem Sch. in Ed. mai. (scil. Ciceronem significare, quasi id pro certo haberet futurum fuisse, ut Antonius vinceretur). Sed nimis inepta est ista sententia: „Melius fuit tum perisse quam haec videre; quamquam certo scio fieri non potuisse, nos ut tum periremus." E quo sane colligendum est, haec quoque videre satius esse. *ORELLI.* „was doch nimmermehr geschehen wäre, wenn man sogleich im ersten Enthusiasmus der Optimaten und bei der ersten Bestürzung der Cäsarianer zu Werke schritt." Allein Cicero äussert in den folgenden Briefen öfter den Gedanken: es scheine ietzt mit der Republik völlig aus zu sein und es wäre daher besser gewesen, wenn, da einmahl ein Alleinherr bleiben werde, Cäsar sein Leben behalten hätte. Dazu passt *quod utinam accidisset*": lieber das Leben verloren, als unter solchen Usurpatoren, wie die ietzigen, zu leben!

3. *XIV. Kal.* Mai, am 18. April. — *eum Balbus* vidit. — *mecum* in Cumano locutus est. — *ill. hered. adit.*, dass er die Erbschaft seines Grossoheims antreten wolle. — *ῥοιζόθεμιν.* Sic Bos. coni. incerta Ern. Sch. Interpretantur turbulentam s. tumultuosam contentionem. *ῥιξοθεμιν* (Md.) Vict. 1. 2. *ριζοθεμιν* Asc. 1. Crat. Graev. *ῥηξόθεμιν* de Vict. susp. Lamb. (i. e. statum violentum, in quo omne ius interruptum ac sublatum est. Deberet tamen esse *ῥηξίθεμιν.*) *OR.* „es wird einen geräuschvollen Process, ernstliche Händel zwischen ihm und Antonius absetzen." Denn Antonius hatte alles Geld des Cäsars über die Seite gebracht. Es kam also wirklich zum schweren Streite zwischen beiden über die Erbschaft. — *cum Antonio* scil. futuram esse puto. — *Buthrotia res.* S. zu ep. 691, 2 *de Buthrotiis.* — *iamne ad cent.* scil. perductum sit *Cluv.*, ob ich wol zu 100,000 Sestertien iährlicher Renten aus meiner Cluviussischen Erbschaft werde gelangen, darauf rechnen können? Vgl. ep. 691, 2. — *advent. videtur,* es scheint dahin zu kommen; ich denk' es dahin zu bringen. — *detersimus* vel omnino i. q. cepimus vel in aedificationem insumpsimus. cf. ep. 691. *SCH.* „Haben wir doch im ersten Iahre schon 80,000 davon eingestrichen."

4. *gravia* scripsit. „sehr unangenehme Dinge." — *indulgeat,* sich so ganz hingebe. Vgl. 693, 6. *dotata Aquilia.* — *Ardentes*

Ille autem quid agat, si scis, neque dum Roma es profectus, scribas ad me velim; et hercule, si quid aliud. Vehementer delector tuis literis.

EPISTOLA DCXCI. (ad Att. XIV. 11.)

Scr. Puteolis XII. Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Queritur interfecto Caesare se liberos non esse. Addit quaedam de Cicerone filio, de Buthrotiis, de Cluviano, de Octavii adventu. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Nudius tertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea, quae proxime. Velim mehercule, Asturae Brutus. Ἀκολασίαν istorum scribis. An censebas aliter? Equidem etiam maiora exspecto. Quum equidem concionem lego, **DE TANTO VIRO, DE CLARISSIMO CIVI,** ferre non queo: etsi ista iam ad risum. Sed memento: sic alitur consuetudo perditarum concionum; ut nostri illi, non heroes, sed dii, futuri quidem in gloria sempiterna sint, sed non sine invidia, ne sine periculo quidem. Verum illis magna consolatio conscientia maximi et claris-

---

= ira in eum plenissimas. — *Ille*, filius Q. — *neque dum* = et nondum. - *hercule* scribas, *si quid aliud* habes.

1. *Asturae* scil. sit, quemadmodum scribis eum ibi futurum. Cf. ep. 697, 4. — *ἀκολ. istorum* i. e. insolentiam Antonii eiusque similium. *SCH.* — *An censeb. aliter*, versprachest Du Dir denn Etwas anderes von ihnen? — *maiora*, noch ärgere Dinge. — *concionem* = concionis verba, quae sequuntur, „ich wenigstens kann, wenn ich in der Leichenrede des Antonius den Cäsar als einen so grossen Mann, als den trefflichsten Bürger dargestellt lese, mich des Unwillens nicht erwehren.“ Antonius hatte diese Lobrede auf Cäsar gehalten, als er den zerfetzten Leichnam desselben auf dem Foro zur Schau hatte ausstellen lassen. — *ad risum* = risui sunt, obgleich Phrasen der Art nur zum Lachen sind. — *sic . . . concionum*, so, auf diese Weise sucht man die Gewohnheit zu nähren, das Volk durch heillose Reden in Gährung zu bringen. — *nostri illi*, Brutus, Cassius, ceteri. — *non* modo *heroës.* Über *non modo* s. Ramsh. §. 181, I, B, I, d. Grotef. §. 340. — *periculo quidem.* Sic Cdd. Bosii, Lamb. Bened. Seqq. Perversa tamen sententia, quum *periculum* sane maius quiddam sit quam *invidia.* Deberet esse: *sed non sine periculo, ne sine invidia quidem.* Priores cum Md. Oxon. 1. 2. *sed non sine periculo quidem*, ceteris omissis. *ORELLI.* Der Sinn scheint iedoch zu sein: „so dass wegen dieser heillosen Reden unsere Heroen, ia Götter, die Wiederhersteller der Freiheit, nicht nur nicht ohne Blame, sondern sogar nicht einmahl unbefährdet bleiben werden; was doch die höchste Undankbarkeit verräth.“ — *Verum illis* manet. — at *nobis quae* consolatio erit? *qui* = quippe qui, da wir.

simi facti: nobis quae? qui interfecto rege liberi non sumus. Sed haec Fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. De Cicerone, quae scribis, iucunda mihi sunt: 2
velim, sint prospera. Quod vero curae tibi est, ut ei suppeditetur ad usum et cultum copiose, per mihi gratum est; idque ut facias, te etiam rogo. De Buthrotiis, et tu recte cogitas et ego non dimitto istam curam. Suscipiam omnem etiam actionem; quam video quotidie faciliorem. De Cluviano, quoniam in re mea me ipsum diligentia vincis: res ad centena perducitur. Ruina rem non fecit deteriorem, haud scio an iam fructuosiorem.

---

2. *de Cicerone* filio Athenis commorante. Cf. ep. 687, 2. — *per . . gratum*; Tmesis. — *te etiam.* Forte: *etiam atque etiam. OR.* — *De Buthrotiis.* Cäsar hatte unter anderen auch das Gebiet der Buthroter in Epirus seinen Soldaten zur Belohnung angewiesen. Attikus hierüber sehr beunruhigt, zumahl da er in Epirus seine hauptsächlichsten Güter besass, setzte eine Bittschrift für sie auf und besuchte den Cicero, der grade ienen Abend bei Cäsar speisen sollte, sie diesem selbst zu übergeben. Das that Cicero. Cäsar schrieb hierauf an den Attikus selbst, dass er das Gesuch billig fände, nur mit dem Beding, dass sie den Rest der ihnen angesetzten Brandschatzung auf den Tag bezahlten, wesswegen ihr Gebiet an Zahlungsstatt der Requisition unterworfen sei. S. epist. 789. Attikus streckte den Buthroten das Geld vor; worauf Cäsar ein sehr günstiges, von mehren der höchsten Staatsbeamten untersiegeltes Decret ertheilte. Dessungeachtet befahl er nachher dem in Epirus befindlichen Cn. Munatius Plancus, die Veteranen, welche sich dort versammelt hatten, in Possession des Gebiets der Buthroter zu setzen. Cicero behelligte hierauf den Cäsar mit seiner Verwendung so lange, bis dieser erklärte: man könne sich auf sein einmahl gegebenes Ehrenwort verlassen. Auch äusserte Cäsar gegen den M. Messala: man möge desshalb nicht in Unruhe sein; er wolle nur seine Soldaten nicht missvergnügt machen; sobald sie zu Schiffe gegangen wären, wollte er ihnen andere Ländereien anweisen. Kurz darauf ward Cäsar ermordet. Die Consuln Antonius und Dolabella entschieden ebenfalls zu Gunsten der Buthroter und trugen dem Cn. Plancus die Ausführung ihres Beschlusses auf. Allein dieser zögerte damit, vermuthlich weil sein Bruder L. Plancus durch L. Antonius einen geheimen Wink vom M. Antonius erhalten hatte. Darum verwünscht Cicero diesen L. Antonius im Momente des Unwillens ep. 728, und wendet sich nachher theils an Cn. Plancus selbst, theils mittelbar durch dessen Günstlinge Capito und Cupiennius. Dolabella hatte die Buthroter nach ep. 737 von dieser Gefahr befreiet und der Senatsbeschluss scheint endlich ausgeführt zu sein. S. zu ep. 755, 1. Vgl. ep. 725. 739. 740. 741. — *actionem,* die ganze Verhandlung. — *De Cluviano,* Was den Ertrag meiner von Cluvius ererbten Besitzungen betrifft. S. ep. 639, 1. 640, 3. — *diligentia vincis.* Hoc dicit, quia literis identidem Atticus quaerebat, num ita rem Cluvianam constituisset, ut vectigal inde posset capere centum sestertiorum in singulos annos. *MAN.* — *haud scio an iam* (*etiam* Lamb. Placet. *ORELLI.*) *fr.*, vielleicht

Hîc mecum Balbus, Hirtius, Pansa. Modo venit Octavius et quidem in proximam villam Philippi, mihi totus deditus. Lentulus Spinther hodie apud me: cras mane vadit.

EPISTOLA DCXCII. (ad Att. XIV. 12.)

Scr. Puteolis X. Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Indignatur multa quasi ex decretis Caesaris ab Antonio fieri; sperat tamen eo magis de Buthrotiis confici posse. Deinde de Octavio et consulibus designatis. I — 3.

CICERO ATTICO S.

O mi Attice, vereor, ne nobis Idus Martiae nihil dederint praeter laetitiam et odii poenam ac doloris. Quae mihi istinc afferuntur? Quae hîc video? Ὦ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ! Scis, quam diligam Siculos et quam illam clientelam honestam iudicem. Multa illis Caesar, neque me invito: etsi Latinitas erat non ferenda: verumtamen.... Ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani: cuius rei, vivo illo, mentio nulla. Quid? Deiotari nostri causa non similis? Dignus ille quidem omni regno, sed non per Fulviam. Sexcenta similia.

---

sogar noch einträglicher. Vgl. ep. 689, 1: „ut hoc damnum quaestuosum sit.“ Eas enim tabernas ita aedifico. — *Hîc*, Asturae. — *Pansa*. Vgl. ep. 689, 2. 3. Alle drei bekanntlich vormahlige Vertraute des Cäsars, aber keine Freunde des Antonius; daher sie sich immer stärker auf die Seite der Optimaten neigten. — *proximam* villae meae. — *Philippi*, qui vitricus erat Octavii. Vgl. ep. 690, 3. — *Lentulus Spinther*, filius eius, qui consul ad senatum retulerat de Cicerone revocando. *SCH.* S. zu ep. 843 im Anf. — *vadit* proquaestor in Asiam.

1. *Idus Martiae* = caedes Caesaris. — *praeter . . doloris*, als die Freude des Augenblicks unseren Hass befriedigt und für alles Erduldete Rache genommen zu haben. *plenam* pro *poenam* Vict. 2. coni. prob. Lall. (Codici tribuitur in m. 1584). *OR.* — *istim* Md. Lamb. pro *istinc*. Vid. Moser ad Tuscul. III, 9, 18. u. zu ep. 19, 4. — *Ὦ πρ. κ. μ., ἀτ. δ.*, wie Schade, dass eine so schöne That unvollendet blieb! Vgl. ep. 690, 1: Dii immortales, quae tum opera effici potuerunt cet. — *Multa illis* tribuit. — *Latinitas* i. e. ius Latii a Caesare Siculis concessum. — *verumtamen* scil. hoc illi sic placuit, nec licebat resistere. *SCH.* Aposiopesis. — *accepta* a Siculis. — *fixit . . legem latam* i. e. palam legem in aerea tabula incisam affixit quasi a dictatore Caesare in comitiis latam, qua Siculis civitatem Romanam datam esse impudenter mentiebatur. Fixit autem hanc tabulam ut multas alias eiusmodi in Capitolio. Vid. Philipp. II, 36. *SCH.* — *mentio nulla* facta erat. — *per Fulviam*, primum P. Clodii, deinde C. Curionis,

Verum illuc referor: tam claram tamque testatam rem tamque iustam, Buthrotiam, non tenebimus aliqua ex parte? et eo quidem magis, quo iste plura? Nobiscum 2
hîc perhonorifice et peramice Octavius: quem quidem sui Caesarem salutabant, Philippus non: itaque ne nos quidem; quem nego posse esse bonum civem: ita multi circumstant, qui quidem nostris mortem minitantur, negant haec ferri posse. Quid censes, quum Romam puer venerit, ubi nostri liberatores tuto esse non possunt? Qui quidem semper erunt clari; conscientia vero facti sui etiam beati. Sed nos, nisi me fallit, iacebimus. Itaque exire aveo, *ubi nec Pelopidarum*, inquit. Haud amo vel hos designatos, qui etiam declamare me coëge-

---

postremo M. Antonii uxorem. (Philipp. II. c. 5. 44.) In eius gynaeceo facta erat per legatos Deiotari syngrapha HS. centies, quae solvi debebant Antonio, ut regi res a Caesare ademptas recuperaret. Vid. Philipp. II. c. 37. *SCH.* Vgl. zu ep. 650, 2. 755, 6. u. s. f. — *similia* fiunt. — *illuc* i. e. ad Buthrotiam causam *referor* = redeo, ich fühle mich dadurch wieder zur Sache der Buthroter zurückgebracht. Sic Bos. tacite. Seqq. Vix ex consuetudine Cic. *refero* Edd. ante Bos. cum Md. Hoc autem ferri nequit, nisi legas: *illud refero*, ut fere est *Acad.* 2. §. 109. Nisi potius leg. *illuc praevertor*, quod v. fere corruptioni obnoxium est. *OR.* — *testatam*, von ansehnlichen Männern bezeugte, also mit einem Certificate des vom Cäsar darüber gegebenen Decrets belegte Sache. S. z. ep. 691, 2 *de Buthr.* — *non tenebimus*, sollten Wir nicht verfechten? festhalten? — *quo iste plura* eiusmodi fecit, ie häufiger Antonius Beispiele der Art gegeben hat, dass er ohne Recht und Gesetz nimmt und gibt.

2. *peramice* fuit. Sic Margo Crat. (cfr. quae notavi in Wolfii *Scholis ad Tuscul. Lib.* 2. §. 30 et ad Caelianam §. 50 Ed. min.) *amice* Cett. *ORELLI.* — *Philippus*, Octavii vitricus. Vid. ep. 691 sub fin. — *quem* scil. Octavium; also wieder auf das entferntere Subiect. — *posse esse.* Sic Lamb. coni. om. *esse* Cett. *bonum civem*, ein republicanisch gesinnter Bürger. — *nostris*, Bruto, Cassio, ceteris optimatibus. — *haec ferri posse*, scil. quae illi nostri fecerint. „Ceteri distinguunt: *minitantur. Negant.*“ *ORELLI.* — *tuto.* Sic Oxon. 2. (qui maxime refert Medic., ex quo tamen haec lectio non notatur.) Lamb. *tuti* Cett. Cfr. *Attic.* 15, 3. etsi ibi quoque Cd. in m. 1584. *tutine*; tum *Attic.* 15, 11. bis. Item ib. Ep. 12 *tuto se Romae esse non posse. ORELLI.* — *iacebimus*, κεισόμεσθα, wir werden unterliegen. — *Itaque exire . . . inquit*, daher brenn' ich vor Begierde so weit (*eo*) fortzugehen, dass, wie es in der Tragödie heisst, „sogar der Name der Pelopiden mein Ohr nicht erreichen kann.“ S. z. ep. 653, 1. Vgl. ep. 690, 1 am Ende. Über *inquit* = sagt man, s. Ramsh. §. 161, 3, Not. 1. = heisst es, Grotef. §. 187. Anm. *inquit* non sine causa suspectum Ernestio. *ORELLI.* — *haud amo* = οὐ στέργω, non satis contentus sum. — *hos designatos* consules, Hirtium et Pansam. Vid. ep. 689, 2. — *declamare.* Utebantur enim Cicerone eloquentiae magistro. *SCH.*

runt, ut ne apud aquas quidem acquiescere liceret. Sed hoc meae nimiae facilitatis. Nam id erat quondam quasi necesse: nunc, quoquo modo se res habet, non est item.
3 Quamquam dudum nihil habeo, quod ad te scribam: scribo tamen, non † ut delectem his literis, sed ut eliciam tuas. Tu, si quid erit de ceteris; de Bruto utique, quidquid. Haec conscripsi x. Kal. accubans apud Vestorium, hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

EPISTOLA DCXCIII. (ad Att. XIV. 13.)

Scr. Puteolis VI. Kal. Mai. A. U. C. (a. C. 44.)

Rogat, ut secum deliberet, utrum sibi in Graeciam proficiscendum sit an in Italia manendum; addit quaedam de Q. fratre et mittit scriptae ab Antonio ad se epistolae suaeque responsionis exemplum. 1—6.

CICERO ATTICO S.

Septimo denique die literae mihi redditae sunt, quae erant a te XIII. Kal. datae: quibus quaeris atque etiam me ipsum nescire arbitraris, utrum magis tumulis prospectuque, an ambulatione ἁλιτενεῖ delecter. Est mehercule, ut dicis, utriusque loci tanta amoenitas, ut dubitem, utra anteponenda sit.

- - ἀλλ᾽ οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν.
Ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα, διοτρεφὲς, εἰσορόωντες
Δείδιμεν· ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι.

Vid. ep. 450, 7. 451, 1. 2. cet. — *apud aquas*, in den Bädern von Puteoli. — *facil.*, doch daran ist meine zu grosse Gefälligkeit Schuld. — *quondam*, als Cäsar noch lebte, waren solche Gefälligkeiten nicht wohl zu umgehen.

3. *non † ut delectem his literis.* Sic Md. Oxon. 1. (quantum constat.) Vict. 1. 2. Bos. Seqq. *delecter his l.* Oxon. 2. Asc. 1. Iu. Crat. *delecter meis lit.* Man. Putavit Lamb. tum necessario requiri *non quo*, sive, ut is malebat, *non quod.* Itaque edidit: *non quod delecter meis literis.* Quod tamen parum probabile est: satisque refutatur vel illis *Ep.* 17. *non ut deliberarem* cet. pro *non quo del.* Malim equidem cum Marg. 1584 *non ut te delectem his literis. OR.* — *Tu* scribes. — *quidquid erit* Asc. 1. Crat. Lamb. *OR.* — X. *Kal.* Mai., am 22. April. — *apud Vestorium* argentarium illum Puteolanum. Vid. ep. 689, 1. — *remot. a dial.*, in Dialecticis zwar fremd, unbewandert.

1. *XIII. Kal.* Maii, vom 19. April. — *tumulis.* Cicero erat in hortis Cluvianis prope Puteolos, in ora maritima. Quaesierat ergo Atticus, utrum in Arpinati magis delectaretur tumulis et collibus et ex iis ut speculis prospectu, an in Cluviano ambulatione circa mare plana et explicata. *POPMA.* — ἁλιτενεῖ, plana, depressa, auf ebenem Meeresgestade. — ἀλλ᾽ οὐ δαιτὸς κ. τ. λ. sunt verba Ulyssis apud Homerum Iliad. 1, 218 seqq. —

Quamvis enim tu magna et mihi iucunda scripseris de 2
D. Bruti adventu ad suas legiones, in quo spem maximam video: tamen, si est bellum civile futurum, quod certe erit, si Sextus in armis permanebit, quem permansurum esse certo scio; quid nobis faciendum sit, ignoro. Neque enim iam licebit, quod Caesaris bello licuit, neque huc neque illuc. Quemcunque enim haec pars perditorum laetatum Caesaris morte putabit — laetitiam autem apertissime tulimus omnes — hunc in hostium numero habebit: quae res ad caedem maximam spectat. Restat, ut in castra Sexti aut, si forte, Bruti nos conferamus. Res odiosa et aliena nostris aetatibus, et incerto exitu belli: et nescio quo pacto tibi ego possim, mihi tu dicere,

Τέκνον ἐμὸν, οὔ τοι δέδοται πολεμήϊα ἔργα,
Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο.

Sed haec fors viderit, ea, quae talibus in rebus plus 3
quam ratio potest. Nos autem id videamus, quod in nobis ipsis esse debet, ut, quidquid acciderit, fortiter et sapienter feramus et accidisse hominibus meminerimus; nosque quum multum literae, tum non minimum Idus
quoque Martiae consolentur. Suscipe nunc meam delibe- 4
rationem, qua sollicitor: ita multa veniunt in mentem in

διοτρεφές, a Iove immissam cladem. — *ἐν δοιῇ δὲ σ. ἢ ἀπολ.*, incertum enim est, salvine futuri an interituri simus. His versiculis utitur Cicero, ut demonstret se ob pericula horum temporum non tantam ex utroque praediolo voluptatem capere, quantam Attico forte capere videatur. *SCH.*

2. *adventu* in Galliam citeriorem, ubi D. Brutus tres habebat legiones, unam tironum, veteranas duas. Vid. Appian. de B. Civ. libr. III. *MANUT.* S. zu ep. 686 im Anf. — *in quo* scil. repositam. — *Sextus* Pompeius. — *neque huc neque illuc* i. e. neque iam licebit neutram partem sequi, neutral zu bleiben. — *haec pars*, Antonius und sein Anhang. — *Caesaris morte*. Sic Md. Crat. Vict. 1. = *morte Caes.* Cett. *ORELLI.* — *apert. tul.*, haben wir ganz öffentlich auf der Stirn getragen. — *si forte*, wenn es etwa zu einem Lager des Brutus kommen sollte. — *et* quidem *incerto exit. b.*, zumahl da der Ausgang des Kriegs so ungewiss ist. An del. hoc *et*? *ORELLI.* — *nescio quo pacto*, vielleicht mit gutem Fug. — *μετέρχεο*, verum tu placida persequere munera eloquentiae, sondern Dir ziemt's die friedlichen Werke der Rede zu treiben. Verba sunt Iovis ad Venerem ap. Homer. Iliad. E. 428., quae Cicero sic ad se accommodat, ut pro *γάμοιο*, quod est apud poëtam, reponat *λόγοιο*. Aliquando Cicero ipse diserte fatetur, sibi ingenium non esse ad artem imperatoriam. *SCH.*

3. *fors*, Fortuna. — *viderit*, es sei ihr überlassen. Vergl. ep. 691, 1 am Ende. — *accid. hom.* = nos esse homines Fortunae arbitrio obnoxios.

utramque partem. Proficiscor, ut constitueram, legatus in Graeciam? Caedis impendentis periculum nonnihil vitare videor, sed casurus in aliquam vituperationem, quod rei publicae defuerim tam gravi tempore. Sin autem mansero; fore me quidem video in discrimine, sed accidere posse suspicor, ut prodesse possim rei publicae. Iam illa consilia privata sunt, quod sentio valde esse utile ad confirmationem Ciceronis me illuc venire: nec alia causa profectionis mihi ulla fuit tum, quum consilium cepi legari ab Caesare. Tota igitur hac de re, ut soles, si quid

5 ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo nunc ad epistolam tuam. Scribis enim esse rumores me, ad lacum quod habeo, venditurum; minusculam vero villam utique Quinto traditurum, vel impenso pretio, quo introducatur, ut tibi Quintus filius dixerit, dotata Aquilia. Ego vero de venditione nihil cogito, nisi quid, quod magis me delectet, invenero. Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore. Satis enim torquetur debitione dotis: in qua mirificas Egnatio gratias agit. A ducenda autem uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quidquam iu-

6 cundius. Sed haec quoque hactenus. Redeo enim ad miseram seu nullam potius rem publicam. M. Antonius ad me scripsit de restitutione Sex. Clodii: quam hono-

---

4. *in utramque partem,* für und wider. — *legatus,* mit dem Charakter eines Römischen Abgeordneten, libera legatione a senatu impetrata. — *nonnihil,* in Etwas, vor der Hand. — *Iam* = nun aber ist die Rücksicht, dass . . . ., eine blosse Privatsache. — *ad confirm. Cic.* filii Athenis iam versantis. Vgl. ep. 687, 2. *illuc,* Athenas. — *legari ab Caesare,* mich vom Cäsar mit dem Charakter eines freien Gesandten nach Griechenland entlassen zu sehen. — *ad me pertinere,* dass es eine Sache von Erheblichkeit für mich sei.

5. *enim* = nämlich. — *ad lacum* i. e. praedium in agro Cumano ad lacum Lucrinum *quod habeo.* S. ep. 698, 1. — *villam,* ibi quam habeo. — *utique.* Om. *utique* Oxon. 2. Ball. Helmst. Rom. prob. Graev. E Med. nihil notatur. Sed alibi saepe pro *Q.* (*Quintus*) in eo est *que;* ex quo et *villam* sane poterat *utique* oriri. *OR.* — *vel imp. pretio* cet., der die Villa haben wolle, wenn er auch das ganze Heirathsgut der Aquilia dazu verwenden müsste. — *Aquilia,* quam Quintus pater uxorem ducturus videbatur, Pomponia dimissa. *SCH.* Vgl. ep. 690, 4. 699, 3. — *debitione dotis,* durch die Rückzahlung der Mitgift an seine entlassene Gemahlinn Pomponia. — *Egnatio* trapezitae, qui eum argento sublevarat. *SCH.*

6. *nullam* = plane perditam. — *Sex. Clodii,* qui exsulabat condemnatus, quod eo duce populus in curiam P. Clodii corpus contulisset cremassetque subselliis et mensis et codicibus librariorum; quo igne et ipsa curia et curiae iuncta Porcia basilica flagraverat. Vid. Pedianus in argumento Milonianae et in extremo eiusdem orationis commentario. *MANUT.* Vergl. zu epist. 519, 3, Seit. 219. und 690, 2. — *quam honor.,* in wie ehrenvollen Aus-

rifice, quod ad me attinet, ex ipsius literis cognosces — misi enim tibi exemplum — quam dissolute, quam turpiter quamque ita perniciose, ut nonnunquam Caesar desiderandus esse videatur, facile existimabis. Quae enim Caesar nunquam neque fecisset neque passus esset, ea nunc ex falsis eius commentariis proferuntur. Ego autem Antonio facillimum me praebui. Etenim ille, quoniam semel induxit animum sibi licere quod vellet, fecisset nihilo minus me invito. Itaque mearum quoque literarum misi tibi exemplum.

A.

ANTONIUS CONSUL S. D. M. CICERONI.

Occupationibus est factum meis et subita tua profectione, ne tecum coram de hac re agerem. Quam ob causam vereor, ne absentia mea levior sit apud te. Quod si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo. A Caesare petii, ut Sex. Clodium 2
restitueret: impetravi. Erat mihi in animo etiam tum sic uti beneficio eius, si tu concessisses. Quo magis laboro, ut tua voluntate id per me facere nunc liceat. Quod si duriorem te eius miserae et afflictae fortunae praebes, non contendam ego adversus te. Quamquam videor debere tueri commentarium Caesaris. Sed mehercule, si humaniter et sapienter et amabiliter in me cogitare vis, facilem profecto te praebebis: et voles P. Clodium, optima in spe puerum repositum, existimare

---

drücken. — *exemplum* scil. app. A. — *quamque perniciose*: *ita, ut* Asc. pr. om. *ita* Asc. sec. Crat. Man. Lamb. *ORELLI.* — *desid.* zurückzuwünschen. — *exist.*, wirst Du leicht erachten. — *ea . . . profer.*, das wird ietzt aus untergeschobenen Papieren als sein Wille aufgestellt. Nam in commentariis Caesaris delebat et reponebat Antonius arbitratu suo, quum in eo Q. Faberii manu scribae Caesaris uteretur. Vid. Appian. de B. Civ. Libr. III. *MANUT.* — *facill.*, sehr gefällig. — *induxit an.*, sichs in den Kopf gesetzt hat. — *me invito*, ohne meine Einwilligung. — *mear. liter. exempl.* app. B.

1. *non vereor* Henr. Steph. susp. prob. Weiske. *ORÉLLI.* — *levior*, nachtheilig. — *resp.*, entsprechen, befriedigen sollte.

2. *id mihi* Lamb. — *duriorem*, sehr hartherzig. — *praebes.* An *praebebis? ORELLI.* S. iedoch Ramsh. §. 164. Anm. 5. — *comm. Caesaris*, quasi ille Sex. Clodium reduci voluisset idque in commentario suo scripsisset. *SCH.* — *optima in spe.* Sic Lamb. in Curis sec. e Cd. = *in optima* Cett. *ORELLI.* Spem fefellit, non solum amori meretricis vulgatissimae turpiter deditus; verum etiam erubescendo mortis genere absumptus. Abdomine enim avide devorato foedae ac sordidae intemperantiae spiritum reddidit. Vid.

non te insectatum esse, quum potueris, amicos paternos.
3 Patere, obsecro te, pro re publica videri gessisse simultatem cum patre eius. Non contempseris hanc familiam. Honestius enim et libentius deponimus inimicitias rei publicae nomine susceptas quam contumaciae. Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum et tenero animo eius persuadere non esse tradendas posteris inimicitias. Quamquam tuam fortunam, Cicero, ab omni periculo abesse certum habeo, tamen arbitror, malle te quietam senectutem et honorificam potius agere quam sollicitam. Postremo meo iure te hoc beneficium rogo. Nihil enim non tua causa feci. Quod si non impetro, per me Clodio daturus non sum: ut intelligas, quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabiliorem praebeas.

B.

CICERO ANTONIO COS. S.

Quod mecum per literas agis, unam ob causam mallem coram egisses. Non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu et oculis et fronte — ut aiunt — meum erga te amorem perspicere potuisses. Nam, quum te

---

Valer. Max. III, 5. *MANUT.* — *repositum* sine causa suspectum Ern. *ORELLI.* — *non te* = *te non* Lamb. *OR.* — *paternos* = patris. S. Ramsh. §. 203, II, b, 2. — *insect. esse*, Du hättest aus Rachsucht verfolgt. Antonius hatte die Mutter dieses P. Clodius, Fulvia, die Wittwe des von Milo getödteten Feindes unseres Cicero, geheirathet und nun diesen Stiefsohn bei sich im Hause.

3. te huic puero *videri*, lass den Knaben bei der Meinung, Dein Zwist mit seinem Vater sei eine die Republik betreffende Sache gewesen. — *libent.*, williger. — *depon.*, geben wir, gibt man auf. — *rei p. nomine susc. quam cont.*, die man des Staats wegen gehegt, als die, welche man aus persönlichem Groll gefasst hat. — *non esse trad. posteris*, dass man seine Feindschaften nicht auf die Nachkommen müsse forterben lassen. — *Cicero.* Lege *mi Cicero: mi* absorptum a praeced. *m. OR.* — *ab omni periculo ab.*, über alle Gefahr hinweg sei, quasi *ἄφθονον*. — *malle te* cet. Eine feine Drohung! — *meo iure*, als ein dazu berechtigter. — *tua causa feci*, ut, quum P. Clodium tua causa interficere volui; ut, quum te Brundisii non interfeci. Vid. Philipp. II. c. 20. 24. *CORRAD.* — *non impetro* a te quod peto. — *daturus non sum*, so werd' ich's dem Clodius für mich selbst nicht bewilligen.

1. *Quod* = in Betreff dessen, dass . . . erwiedere ich u. s. w. — *egisses.* Sic omnes meae ante Grut., etiam Bos. cum Md. Oxon. 1. 2. *egisse* Grut. Graev. Ern. Sch. Lün. errore typographico. *OR.* Hanc epistolam ad se a Cicerone scriptam postea Antonius palam recitavit, quam ob rem eum Cicero acerbe perstringit Philipp. II.

semper amavi, primum tuo studio, post etiam beneficio provocatus, tum his temporibus res publica te mihi ita commendavit, ut cariorem habeam neminem. Literae 2
vero tuae quum amantissime, tum honorificentissime scriptae sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere a te, ita petente, ut inimicum meum, necessarium tuum me invito servare nolles, quum id nullo negotio facere posses. Ego vero tibi istuc, mi Antoni, 3
remitto; atque ita, ut me a te, quum his verbis scripseris, liberalissime atque honorificentissime tractatum existimem: idque quum totum, quoquo modo se res haberet, tibi dandum putarem, tum do etiam humanitati et naturae meae. Nihil enim unquam non modo acerbum in me fuit, sed ne paullo quidem tristius aut severius, quam necessitas rei publicae postulavit. Accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit unquam; semperque ita statui, non esse insectandos inimicorum amicos, praesertim humiliores, nec his praesidiis nosmet ipsos esse spoliandos. Nam de puero Clodio tuas 4
partes esse arbitror, ut eius animum tenerum, quemadmodum scribis, his opinionibus imbuas, ut ne quas ini-

---

1. *SCH.* — *perspicere,* lesen auf. — *tuo studio . . . provoc.,* von Deiner Anhänglichkeit an mich . . . dazu aufgefordert. „In seiner frühen Iugend hatte sich Antonius zu Cicero gehalten, um unter seiner Anleitung sich in der gerichtlichen Redekunst zu üben; und in der Folge hatte er eine Zeit lang mit grossem Eifer die Partei Cicero's gegen Clodius genommen. — *commendavit.* Es wird hier das zweideutige Verdienst gemeint, welches Antonius als Consul sich um beide Parteien (also um die Republik selbst, insofern sie aus ihnen bestand) durch den Vergleich erwarb, den er wenige Tage nach Cäsar's Tode mit Brutus und Cassius einging und wodurch der Stadt Rom wenigstens eine Zeit lang ein greuliches Blutbad erspart ward. *WIEL. GRÄTER.*

2. *benefic.,* eine Gefälligkeit. — *ita petente,* indem Du Deine Bitte so einkleidest. — *necess. tuum* Sex. Clodium. — *nullo neg.,* ohne irgend eine Schwierigkeit, unbehindert; indem es ganz in Deiner Hand steht.

3. *remitto,* concedo, ich gestehe es zu. — *his.* Lege *iis verbis. ORELLI.* — *id . . . tibi dandum,* diess Opfer Dir bringen zu müssen. — *acerb. . . . tristius . . . severius,* Härte . . . mehr Herbe . . . Strenge. Neutra adiect. substant. loco. — *postularit* a me. — *semp. ita statui,* denn es war immer mein Grundsatz. — *humil.,* die von der geringeren Klasse. — *praesid.,* der Vortheile, die wir von unsern Klienten ziehen können. Vor *spoliandos* suppl. ita = dadurch.

4. *de* = was betrifft, anlangt. — *tuas partes esse,* dass es Deine Sache sei; quoniam vitricus erat P. Clodii filii Antonius, in matrimonium ducta eius matre Fulvia. *SCH.* — *his.* Lege *iis op.*

micitias residere in familiis nostris arbitretur. Contendi cum P. Clodio, quum ego publicam causam, ille suam defenderet. Nostras concertationes res publica diiudicavit. Si viveret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. Quare, quoniam hoc a me sic petis, ut, quae tua potestas est, ea neges te me invito usurum: puero quoque hoc a me dabis, si tibi videbitur: non quo aut aetas nostra ab illius aetate quidquam debeat periculi suspicari aut dignitas mea ullam contentionem extimescat, sed ut nosmet ipsi inter nos coniunctiores simus, quam adhuc fuimus. Interpellantibus enim his inimicitiis, animus tuus mihi magis patuit quam domus. Sed haec hactenus. Illud extremum: ego, quae te velle quaeque ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dubitatione summo studio faciam. Hoc velim tibi penitus persuadeas.

EPISTOLA DCXCIV. (ad Att. XIV. 14.)

Scr. in Puteolano a. d. V. Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Indignatur Q. filium Parilibus coronatum fuisse. 1. exponit uberius, quid in Caesaris nece desideret; sublato enim tyranno tyrannida manere. 2—6.

CICERO ATTICO S.

Iteradum eadem ista mihi. Coronatus Quintus

ORELLI. „dass Du dem zarten Knaben solche Meinungen eindrückest, einprägest. — *residere,* es glömmen noch. — *concertationes,* Händel. Sic Margo Crat. Vict. 1. 2. Bos. Seqq. (E Md. nulla varietas notatur.) *intentiones* Oxon. 2. *contentiones* Asc. 1. Crat. Lamb.

5. *quae tua pot. est, ea.* S. Ramsh. §. 159, 3, c. — *puero q. hoc a me dabis;* eleganter, tamquam beneficium meum. E re pecuniaria ductum est, in qua dicimur ab aliquo dare, solvere. *ERNESTI.* „so wirst Du, sofern Du es für gut findest, dem iungen Clodius es von der Seite vorstellen, als ob ich auch ihm damit hätte einen Gefallen thun wollen." Vgl. App. A. §. 3. — *videbitur, ut animum eius conciliatum reddas* Asc. pr. Crat. ex interpol. *ORELLI.* — *non quo* (Lamb. *quod*) = nicht als ob. — *extimescat.* Cicero weiset dem Antonius seine Beherztheit von Ferne, wie dieser App. A. §. 3 ihn leise bedrohet hatte. — *interp. . . inimicitiis,* denn so lange diese Feindseligkeiten zwischen uns (mir und Clodius) lagen. — *Illud extremum,* Das noch zuletzt! zum Schlusse! — *quaeque ad te pertinere arb.,* „was meiner Meinung nach zu Deinem wahren Interesse gehören dürfte." Das konnte Cicero wohl versprechen!

1. *Iteradum . . mihi* „Nein! Das musst Du mir zweimal sagen! Was? *Iterandum* Asc. Crat. Vict. 1. (*istaec,* ut dedit Bothe in fragm. Ilionae Ennianae, volebat iam Faërnus. Reiicit Kühner ad *Tuscul.* 2. §. 44.) *ORELLI.* Verba e Pacuvii Ilione. cf. Acadd. II, 27. — *coronatus.* Coronati enim cum tibiis et cymbalis Parilia ce-

noster Parilibus! Parilibus. Solusne? *[Solus]* Etsi addis Lamiam; quod demiror equidem; sed scire cupio, qui fuerint alii: quamquam satis scio nisi improbum neminem. Explanabis igitur hoc diligentius. Ego autem casu quum dedissem ad te literas VI. Kalend. satis multis verbis, tribus fere horis post accepi tuas et magni quidem ponderis. Itaque ioca tua plena facetiarum de haeresi Vestoriana et de Pherionum more Puteolano risisse me satis nihil est necesse rescribere. *Πολιτικώτερα*

---

lebrabant. Vid. Athen. Deipnos. VIII. *MANUT.* Die Parilien od. Palilien wurden pro partu pecoris der Göttinn Pales zu Ehren am 21, nach Ovid. Fast. IV, 721 ff. Drack. ad Liv. XL. 1. am 20. April gefeiert. Allein schon im vorigen Iahre hatte man sie zugleich zu Ehren des Cäsars wegen der Abends zuvor angekommenen Nachricht von seinem Siege über die Pompeianer celebrirt; und diessmahl gab der iunge Octavius während dieses Festes auf seine Kosten zur Ehre Cäsars und zu eigener Empfehlung dem Volke öffentliche Spiele (s. Dio libr. XLV.). Dass aber sein Neffe Quintus sogar bekränzt einem solchen zur Ehre des Unterdrückers Römischer Freiheit gemissbrauchten Feste beiwohnte, das konnte einem Cicero durchaus nicht gefallen. Vgl. die Antwort, die iener seinem Vater gab, als dieser ihn darüber zur Rede stellte, in ep. 701, 3. — *[Solus]*. Recepi ingeniosum Lamb. suppl. om. *solus* Cett. *ORELLI.* — L. Aelium *Lamiam.* Er bewarb sich ietzt um die Prätur. S. Plin. VII, 52. Valer. Max. I, 8. Warum Cicero sich wundert, ergibt sich aus ep. ad Attic. XIII, 45. Famil. XI, 16. 17. XII, 29. — *nisi impr. neminem* adfuisse, dass kein Gutdenkender darunter sein konnte. — *Explanabis.* „Alii" in m. 1584 *explorabis.* *ORELLI.* — *VI. Kal.*, am 26. April. S. den 692. Br. §. 3. — *de haeresi Vestoriana,* „über die neue Vestorianische Schule" der Geldmäkler nämlich, die das arithmetische Talent, kleine Geldsäcke in grosse zu verwandeln, nach Art einer Philosophenschule ordentlich in formam artis gebracht hätten und an deren Spitze Vestorius stände, wie ein Plato an der Spitze seiner Akademie. Quia, quum ego ad te scripsissem, Vestorium a dialecticis remotum, in arithmeticis satis exercitatum, (ep. 692.) ipse eos, qui pecuniae studiosiores essent quam doctrinae, haeresim Vestorianam appellasti. *MANUT.* — *de Pherionum more Puteolano.* Sic Md. Oxon. 1. (*ferionum* Oxon. 2.) Edd. praeter Oliv. et Lall., qui de Iacob. Gronovii susp.: *Phetriorum.* I. F. Gronov. susp. *pharionum* sive *farionum* (piscis id genus). *ORELLI.* *Phetria* = phratria i. e. loca, in quibus, qui sunt eiusdem curiae seu sodalitatis, conveniunt, maxime sacrorum causa. Vid. Inscript. ap. Gruter. p. 214. 215. *Pharionum* (Rheinlachs. Vid. Auson. Mosell. *v.* 128.) si legas, agatur de more eorum emendorum et vendendorum. Graevius coniiciebat *de Vestorianorum Puteolano* putabatque Atticum allusisse similitudine soni ad *puteal* feneratorum. Legendum putarim *de feneratorum more Puteolano,* quasi e schola Vestorii Puteolani nova eorum disciplina exierit. — *rescribere.* Sic Md. Oxon. 1. 2. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. *nec me rescribere* Asc. sec. Iu. Crat. *nec scribere* Asc. pr. Grut. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *Πολιτ. illa vid.*, wir wollen

2 illa videamus. Ita Brutos Cassiumque defendis, quasi eos ego reprehendam, quos satis laudare non possum. Rerum ego vitia collegi, non hominum. Sublato enim tyranno tyrannida manere video. Nam, quae ille facturus non fuit, ea fiunt, ut de Clodio: de quo mihi exploratum est illum non modo non facturum, sed etiam ne passurum quidem fuisse. Sequetur Rufio Vestorianus, Victor, nunquam scriptus, ceteri, quis non? Cui servire ipsi non potuimus, eius libellis paremus. Nam Liberalibus quis potuit in senatum non venire? Fac id potuisse aliquo modo: num, etiam quum venissemus, libere potuimus sententiam dicere? Nonne omni ratione veterani, qui armati aderant, quum praesidii nos nihil haberemus, defendendi fuerunt? Illam sessionem Capitolinam mihi non placuisse tu testis es. Quid ergo? Ista culpa Brutorum? Minime illorum quidem, sed aliorum brutorum, qui se cautos ac sapientes putant: quibus satis fuit laetari, nonnullis, etiam gratulari; nullis, permanere.
3 Sed praeterita omittamus: istos omni cura praesidioque

---

also zu den Puncten übergehen, die ein politisch höheres Interesse haben.

2. *Rerum*, des Verfahrens. — *tyrann. manere*, wie ep. 691, 1: interfecto rege liberi non sumus; ep. 689, 2: vivit tyrannis, tyrannus occidit? S. Ramsh. §. 197, 4, b. — *fact. non fuit* st. fuerit, fuisset. — *de Clodio* exsule ab Antonio ex falsis Caesaris commentariis restituto. Cf. ep. 693. — *sed etiam*. del. *etiam* censet Beier *Offic.* T. 2. p. 322. *ORELLI.* — *Rufio Vestorianus.* De eo vid. ep. 185. *SCH.* Cfr. *Milon.* §. 60. „*Heus tu, Rufio. ORELLI.* — *nunquam scriptus,* dessen Name in Cäsars Commentarien (Denkbuch) gar nicht zu finden ist. Fuitne *spectatus?* de quo in gladiatoribus verbo sollemni cfr. *Inscript.* meas *Lat.* Vol. 2. p. 377. *ORELLI.* — *quis non?* Wer nicht alle? d. i. die gerichtlich Verbannten alle. — *libellis*, commentariis. — *Liberal.*, „Wer durfte es wagen, an den Liberalien nicht im Senat zu erscheinen?" Es bezieht sich diess auf eine Behauptung des Attikus, dass sich der Senat in den Liberalien entweder gar nicht hätte versammeln oder strengere Massregeln nehmen sollen. S. ep. 690, 1 in der Mitte. — *modo fieri* Aso. Crat. ex interpol. — *defendendi fuerunt?* S. Philipp. II, 35 extr. — *sessionem Capit.* Reprehendit Brutum et Cassium, qui illo ipso primo Capitolino die senatum in Capitolium non vocarint, sed otiosi tempus consumpserint. *MANUT.* S. ep. 690, 1. — *Ista culpa Brut.?* liegt die Schuld an den Brutussen? dem M. u. D. Brutus, den Mördern Cäsars. — *quidem* scil. culpa est. — *brutorum,* welche Das sind, was dieser Name an sich bedeutet, nämlich Dummköpfe. Vgl. Liv. I, 56. Ovid. Fast. II, 717. — *quibus satis fuit,* die sich damit begnügten. — *nullis, permanere,* aber Keiner wollte bleiben, Stand halten.

3. *istos*, nostros, Brutos, Cassium, ceteros. — *aditum ad cae-*

tueamur; et, quemadmodum tu praecipis, contenti Idibus
Martiis simus: quae quidem nostris amicis, divinis viris,
aditum ad caelum dederunt, libertatem populo Romano
non dederunt. Recordare tua. Nonne meministi cla-
mare te omnia perisse, si ille funere elatus esset? Sa-
pienter id quidem. Itaque, ex eo quae manarint, vides.
Quae scribis Kalendis Iuniis Antonium de provinciis re- 4
laturum, ut et ipse Gallias habeat et utrisque dies pro-
rogetur: licebitne decerni libere? Si licuerit, libertatem
esse recuperatam laetabor: si non licuerit, quid mihi
attulerit ista domini mutatio praeter laetitiam, quam
oculis cepi iusto interitu tyranni? Rapinas scribis ad 5
Opis fieri: quas nos quoque tum videbamus. Nae nos
et liberati ab egregiis viris nec liberi sumus. Ita laus
illorum est, culpa nostra. Et hortaris me, ut historias
scribam? ut colligam tanta eorum scelera, a quibus
etiam nunc obsidemur? Poterone eos ipsos non laudare,
qui te obsignatorem adhibuerunt? Nec mehercule me
raudusculum movet: sed homines benevolos, qualescun-
que sunt, grave est insequi contumelia. Sed de omnibus 6

---

lum. Vgl. ep. 691, 1. — *Record. tua,* erinnere Dich nur an Deine eigene Vorhersagung. — *elatus esset?* Vgl. ep. 690, 1. — *id quidem* a te dictum erat.

4. *utrisque* Galliis Cisalpinae et Transalpinae *dies prorogetur,* „und dass ihm beide Gallien auf längere Zeit als gewöhnlich zuerkannt werden sollten.“ Wirklich setzte Antonius diess durch. S. Philipp. II, 42. — *decerni* a senatoribus, wird da wol ieder Senator sein Votum frei ablegen können? — *praeter laetitiam.* Cicero hatte iedoch die Ermordung Cäsars weder veranlasst, noch daran Theil genommen.

5. *ad Opis* aedem, templum. Hier war die Schatzkammer des Staats. Antonius Caesaris pecunias in Opis templo positas ad se transtulit et, quum diceret in actis Caesaris esse, ut ea pecunia distribueretur, his tribuit ex libidine sua, quibus voluit et quantum voluit; Dolabellamque aere alieno oppressum, data ei grandi pecunia, quasi in actis Caesaris ita scriptum esset, in suas partes facile traduxit. Cfr. Philipp. I. c. 7. II. c. 42. *MANUT.* — *tum videb.,* „damahls voraussahen“; wenn es sich nicht auf Cäsars ähnliches Verfahren bezieht, in welchem Falle man übertragen müsste: damals erlebten. — *et . . . nec* = einer Seits . . . und doch anderer Seits nicht. — *qui te obsign. adhib.,* die Dich zum Besiegeln ihrer Testamente gebraucht haben? S. ep. 682, 2. — *nec me raudusculum movet,* „wahrlich nicht, dass hier die Paar Pfennige in Betracht kämen, die sie mir schuldig sind, so dass ich, wenn ich sie nicht lobte, fürchten müsste, sie würden mir nicht bezahlen.“ Es bezieht sich diess wol hauptsächlich auf Dolabella, der Cicero's Schuldner, aber trotz alles Vorgefallenen noch sein Freund war. Vgl. ep. 701. 704. — *contumelia,* mit Schmach.

meis consiliis, ut scribis, existimo exploratius nos ad Kalendas Iunias statuere posse: ad quas adero; et omni ope atque opera enitar, adiuvante me scilicet auctoritate tua et gratia et summa aequitate causae, ut de Buthrotiis senatus consultum, quale scribis, fiat. Quod me cogitare iubes, cogitabo equidem: etsi tibi dederam superiore epistola cogitandum. Tu autem, quasi iam recuperata re publica, vicinis tuis Massiliensibus sua reddis. Haec armis, quae quam firma habeamus ignoro, restitui fortasse possunt, auctoritate non possunt.

EPISTOLA DCXCV. (ad Div. VI. 17.)

Scr. Puteolis mense Aprili A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Significat gratum sibi fuisse, quod Bithynicus constituta re publica secum victurum esse ostenderat. 1—2.

CICERO BITHYNICO.

Quum ceterarum rerum causa cupio esse aliquando rem publicam constitutam, tum velim mihi credas accedere id etiam, quo magis expetam promissum tuum, quo in literis uteris. Scribis enim, si ita sit, te mecum esse
2 victurum. Gratissima mihi tua voluntas est; facisque nihil alienum necessitudine nostra iudiciisque patris tui de me, summi viri. Nam sic habeto, beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus valuerunt, ut valeant, coniunctiores tecum esse, quam me; necessitudine nemi-

---

6. *explorat. . . stat.*, Etwas zuverlässigeres bestimmen. — *adero* Romae. — *de Buthrotiis.* S. zu ep. 691, 2. 692, 1. — *vicinis tuis Massiliensibus.* Massilienses vicini dicuntur Attici, vel quod Atticus praedium aliquod in Allobrogibus aut Gallia propter Massiliensium fines possideret, vel, quod magis puto, quod Massiliensium legati in vicinia aedium Attici in urbe versarentur et domum conductam haberent. *GRONOV.* — *sua reddis* i. e. ita de iis scribis, quasi propediem futurum sit, ut illis adempta a Caesare Senatus consulto restituantur. Vid. Philipp. XIII, 15. *GRONOV.* — *auctoritate* senatus, nostra.

BITHYNICO. S. zu ep. 679 im Anf.

1. *cupio.* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *percupio.* — *accedere id etiam.* Md. *accedere.* Vict. 2. Lamb. Graev. *accidere.* Sch. con. Lün. *id quo.* *ORELLI.* Schütz: nisi malis *accedere etiam, id quo magis expetam,* scil. rem publicam aliquando constitutam.

2. *ut valeant* hoc sensu: „beneficiis te magis coniunxerunt secum, ut amplius valeant, sicut antea temporibus (durch die Zeitumstände) valuerunt.“ Sic Md. Benedict. sententia admodum arguta. *valuerunt aut valeant* Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Mart.-Lag. *va-*

nem. Quamobrem grata mihi est et memoria tua nostrae coniunctionis et eius etiam augendae voluntas.

EPISTOLA DCXCVI. (ad Div. XVI. 23.)

Scr. Puteolis ante Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Breviter de domesticis quibusdam, de Antonii amicitia conservanda paucisque aliis. 1—2.

TULLIUS TIRONI S.

Tu vero confice professionem, si potes: etsi haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat. Verumtamen . . . ! Balbus ad me scripsit tanta se ἐπιφορᾷ oppressum, ut loqui non possit, Antonius de lege quid egerit. Liceat modo rusticari! Ad Bithynicum scripsi. De Servilio tu videris, qui senectutem non contemnis. 2
Etsi Atticus noster, quia quondam me commoveri πανικοῖς

---

luerunt aut valent Sch. Lün. del. *ut valeant* Ern. *ORELLI.* Die von der Cäsarischen und Antoniussischen Partei werden gemeint. Cicero lässt durchscheinen, dass er dem zur Cäsarischen Partei übergetretenen Bithynicus doch eben nicht traue.

1. *confice professionem.* Antonius legem tulisse videtur, qua lege quisque edere apud magistratum deberet pecuniae, quam haberet in bonis, summam, ut apud censores ante. Tiro dubitabat de parte pecuniarum Ciceronis an profitenda esset, quod ipsi non videbatur. Cicero consuluerat Balbum super ea re. Is quum nollet facere, quod Antonium posset offendere, scripsit se non posse dicere, quid rei esset, simulque de morbo oculorum, quod Cicero ad iocum confert, unde intelligat Tiro Balbum potuisse sibi de ea re respondere. *SCH.* — *Verumtamen . . .! Balbus.* Sic distinxerunt Vict. 2. Lamb. Bened. *Verumtamen Balbus* Cett. *ORELLI.* — ἐπιφορᾷ. Graece scripsi = *epiphora* Cett. *ORELLI.* „Schnupfenthränendes Auge." — *oppr.*, behaftet, befallen. — *de lege.* „Was er mit dem Gesetze eigentlich wolle." Ceteri iungunt cum voce *loqui.* Ego distinxi cum Vict. Lamb.: *possit. Antonius,* ut suppleatur: „scribe, Antonius quid egerit." *delegem* Md. Videtur corruptum etiam *de lege.* Fuitne *de legionibus quattuor,* quod per compendium scriptum DELEGGIIII. facile in *delegem* corrumpi poterat. *ORELLI.* S. ep. 694, 2: veterani, qui aderant. 684, 2. exercitus. — *rusticari,* quando in urbe cum dignitate per Antonium esse non licet. — *ad Bithyn.* S. vorig. Brief.

2. *De Servilio* Isaurico, qui tum, ut est apud Dion. libr. 45, diem suum senex obierat. Fortasse Tiro similem longaevitatem sibi optaverat. Itaque Cicero respondet, de Servilii longaevitate consequenda tu videris, qui senectutem non contemnis, qui ad senectutem usque vivere cupis. *SCH.* — *Etsi* particula refertur ad sententiam a Cicerone suppressam, sed facile supplendam. „Tu, inquit, senectutem non contemnis. At ego contemno nec diutius vivere cupio; itaque tranquillior sum. Etsi (Gleichwohl) Atticus me putat ut olim panicis terroribus commoveri. *SCH.* Über πανικ.

intellexit, idem semper putat nec videt, quibus praesidiis philosophiae saeptus sim: et hercle, quod timidus ipse est, θορυβοποιεῖ. Ego tamen Antonii inveteratam sine ulla offensione amicitiam retinere sane volo scribamque ad eum, sed non ante, quam te videro. Nec tamen te avoco a syngrapha: γόνυ κνήμης. Cras exspecto Leptam et n! ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est. Vale.

EPISTOLA DCXCVII. (ad Att. XIV. 15.)

Scr. in Puteolano Kal. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Laetatur Dolabellae severitate seditiosam plebem coërcentis, et sperat res melius ituras, quam fuerint. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Epistola brevis, quae postea a te scripta est, sane mihi fuit iucunda, de Bruti ad Antonium et de eiusdem ad te literis. Posse videntur esse meliora, quam adhuc fuerunt. Sed nobis, ubi simus et quo iam nunc nos con-
2 feramus, providendum est. O mirificum Dolabellam

---

s. ep. 682, 1. — *idem semp.*, es sei noch immer so. — *θορυβ.*, tumultum excitat i. e. ipse terretur et alios terret. — *inveter.*, vieljährige, eingealterte. — *avoco a syngr.*, ich will Dich nicht von Ausfertigung des Schulddocuments abgehalten haben. Thu das nur, ie eher, ie lieber! in meiner Abwesenheit. — *γόνυ κνήμης.* Proverbium *genu tibia propius*, pro quo Latini: *tunica pallio propior* (das Hemd liegt näher als der Rock). Significat antiquius sibi esse, ut pecuniam Tiro sibi e syngrapha debitam exigat, quam ut cum eo de epistola ad Atticum scribenda deliberet. — *Leptam.* S. zu ep. 521 im Anf. 631. — *et n! ad cuius.* Sic Md. (*et CN.* Basil.) Patet in hoc latere vel notam nominis alicuius hominis, quod nomen omnibus literis scribere nolebat; vel etiam reticentiam aliquam, veluti alibi *etsi, sed tamen, verumtamen.* Del. notam inextricabilem Cdd. aliq. Sch. Lün. *etenim* prorsus corrupte Crat. Vict, 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. *ORELLI.* Es scheint *et natum* oder *cum nato* zu bedeuten. Der Vater wollte sein Söhnlein dem Cicero vorstellen, damit er ihm so gute Lehren geben möchte, wie ep. 521, 3 u. am Ende. — *ad cuius rutam . . utendum est*, dessen etwas zu stark mit Raute gewürzte Conversation ich ohne den Polei der Deinigen nicht wohl geniessen kann. Amaritudo, inquit, sermonis Leptae sermonis tui suavitate quasi ruta pulegio conditur. Lepida similitudo! *MANUT.* Über ruta s. meine Flora class. Seit. 110; über *puleg.* das. Seit. 151.

1—2. *esse* = fieri. „Alles scheint noch besser werden zu können. Haec: *Epistola . . . providendum est* coniungit cum Ep. praeced. Crat. et XV. incipit VV. *O mirificum:* eaque divisio videtur requiri a V. *postea. ORELLI.* Der vorhergeh. Brief ist der

meum! Iam enim dico meum; antea, crede mihi, subdubitabam. Magnam ἀναθεώρησιν res habet: de saxo; in crucem; columnam tollere; locum illum sternendum locare. Quid quaeris? ἡρωϊκά! Sustulisse mihi videtur simulationem desiderii, adhuc quae serpebat in dies et inveterata, verebar, ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. Nunc prorsus assentior tuis literis speroque me- 3
liora: quamquam istos ferre non possum, qui, dum se pacem velle simulant, acta nefaria defendunt. Sed non possunt omnia simul. Incipit res melius ire, quam putaram. Nec vero discedam, nisi quum tu me id honeste putabis facere posse. Bruto certe meo nullo loco deero: idque, etiam si mihi cum illo nihil fuisset, facerem propter eius singularem incredibilemque virtutem. Piliae 4
nostrae villam totam quaeque in villa sunt, trado, in Pompeianum ipse proficiscens Kalend. Maiis. Quam velim Bruto persuadeas, ut Asturae sit.

---

694. dieser Ausg. — *iam*, nun, ietzt. — *ἀναθεώρ. res habet* s. considerationem, admirationem i. e. magnum et praeclarum facinus edidit Dolabella, hominum spectatione et admiratione dignissimum. *SCH.* Indess vermochte Dolabella nicht, den Antonius niederzudrücken, der die Veteranen des Cäsars gewonnen und in die Nähe von Rom geführt hatte. Überdiess zu sehr verschuldet liess er sich bald von Antonius bestechen und ging von der Partei der Optimaten zu ihm über. — *de saxo* subaudi praecipitare eos, qui Caesari columnam erexerant et impunita quadam licentia. *in crucem* suppl. tollere servos; nam liberos homines Dolabella de saxo Capitolino deiecit. *columnam tollere*, dass er Cäsars Bildsäule mit der Inschrift CAESARI PARENTI PATRIAE wegschaffen liess. S. Sueton. — *locum . . locare*, dass er die Stelle, wo sie stand, zu pflastern verdingte. — *ἡρωϊκά*! Heldenthaten sind das. Graece scripsi: Latine Cett. Eadem dubitatio est de v. *tyrannoctonis*. Infra tamen est *tyrannoctoni* gen. sing.; nisi id quoque corruptum ex τυραννοκτόνου. *ORELLI.* — *desiderii* Caesaris, quo se plebs illa seditiosa agi simulabat. „Völlig gehoben zu haben scheint er dadurch iene erheuchelte Sehnsucht des Pöbels nach Cäsar.“ — *et* quae *ne inveterata peric. n. tyr. esset, verebar*, und von der ich besorgte, sie möchte bei längerer Fortdauer unseren Tyrannentödtern gefährlich werden.

3—4. *istos*, Antonius und Consorten. — *acta* Caesaris vera et falsa. — *Nec vero* = darum auch nicht. — *honeste*, mit Ehren, unbescholten. — *si mihi . . fuisset*, wenn auch nie ein näheres Verhältniss zwischen uns bestanden hätte. — *villam* Cumanam. S. folg. Br. §. 1. — *Asturae*, einem kleinen Eilande nicht weit von Rom auf der Küste. Cicero wollte den Brutus grade nicht sprechen — denn er dachte ia nach seinem Gute bei Pompeii zu reisen — sondern ihn nicht fern von Rom und doch in Sicherheit wissen. Auch entschloss Brutus sich endlich dazu. S. ep. 732. Wenn gleich Cicero ihn zwischen dem 18. und 22. Mai auf seiner Rückreise sprach (s. ep. 711.); so geschah diess erst auf eine nach-

EPISTOLA DCXCVIII. (ad Att. XIV. 16.)

Scr. Puteolis in hortis Cluvianis V. Non. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Laudat Dolabellam; addit de itinere suo in Graeciam; Atticoque negotium Tullii Montani commendat. 1—4.

CICERO ATTICO S.

V. Non. conscendens ab hortis Cluvianis in phaselum epicopum has dedi literas, quum Piliae nostrae villam ad Lucrinum, villicos, procuratores tradidissem. Ipse autem eo die in Paeti nostri tyrotarichum imminebam; perpaucis diebus in Pompeianum: post in haec Puteolana et Cumana regna renavigaro. O loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine
2 paene fugienda! Sed ad rem ut veniam, o Dolabellae nostri magnam *ἀριστείαν*! quanta est *ἀναθεώρησις*! Equidem laudare eum et hortari non desisto. Recte tu omnibus epistolis significas, quid de re, quid de viro sentias. Mihi quidem videtur Brutus noster iam vel coronam auream per forum ferre posse. Quis enim audeat violare, proposita cruce aut saxo? praesertim tantis
3 plausibus, tanta approbatione infimorum? Nunc, mi At-

---

herige ausdrückliche Bitte des Brutus, der ihn vor dem allen Optimaten wichtigen 1. Iunius zu sprechen wünschte, wozu Cicero am 17. Mai noch nicht fest entschlossen war.

1. *V. Non.*, am 3. Mai. — *Cluvianis*, die von Cluvius ererbten Parks bei Pozzuol. S. ep. 689, 1. — *epicōpum*, *ἐπίκωπον*, mit Rudern versehen; also kein Segel- sondern nur ein Ruderboot. Er wollte nach dem Pompeianum fahren. S. vorig. Br. — *villam ad Lucrinum* i. e. villam Cumanam ad lacum Lucrinum sitam. *SCH.* S. ep. 693, 5 ad lacum. — *tradidissem*, nämlich zum Besitz. — *Ipse*, Ern. susp. *Ipso.*, ich selbst gedenke an diesem nämlichen Tage unsern Freund Pätus bei seinem Käsepudding zu überraschen; ad Paetum in eius villam ire cogitabam, qui me solet tyrotaricho pascere. *SCH.* S. ep. 450, 9. — *renavigaro.* Sic Cod. Decurt. Bos. Graev. Sch. Est illud futurum exactum, quod frequentissimum apud Comicos actionis praemeditatae celerrimam ac veluti nunc ipsum iamiam effectam perfectionem significat. *renavigaturus* Lamb. coni. *renavigare* Priores et Ern. Lün. cum Md. Oxon. 1. 2. Cd. in m. 1584. *ORELLI.* — *ceteroqui*, in ieder andern Hinsicht. — *interpell.*, der störenden Besucher.

2. *ἀριστείαν*, praeclarum facinus. Vid. ep. praeced. — *hortari*, aufzumuntern. — *coronam auream* velut triumphum agens. *ERNESTI.* — *per* = über. — *violare*, sich an ihm zu vergreifen. *laudare* Md. a pr. m. Cdd. Bosii Bos. Grut. Ortum hoc est ex: *laedere:* quod restituendum censeo. *ORELLI.* — *proposita*, da . . . darauf steht; wie Dolabella gezeigt hat. — *infimorum.* Cicero scheint diess nur aus Schonung gegen Attikus, der ihm sein fortdauerndes Misstrauen verwiesen hatte, zu schreiben. Denn er sagt

tice, me fac ut expedias. Cupio, quum Bruto nostro affatim satisfecerim, excurrere in Graeciam. Magni interest Ciceronis vel mea potius vel mehercule utriusque me intervenire discenti. Nam epistola Leonidae, quam ad me misisti, quid habet, quaeso, in quo magno opere laetemur? Nunquam ille mihi satis laudari videbitur, quum ita laudabitur: *Quomodo nunc est.* Non est fidentis hoc testimonium, sed potius timentis. Herodi autem mandaram, ut mihi *κατὰ μίτον* scriberet: a quo adhuc nulla litera est. Vereor, ne nihil habuerit, quod mihi, quum cognossem, iucundum putaret fore. Quod ad 4
Xenonem scripsisti, valde mihi gratum est. Nihil enim deesse Ciceroni quum ad officium, tum ad existimationem meam pertinet. Flammam Flaminium audio Romae esse. Ad eum scripsi me tibi mandasse per literas, ut de Montani negotio cum eo loquerere: et velim cures epistolam, quam ad eum misi, reddendam; et ipse, quod commodo tuo fiat, cum eo colloquare. Puto, si quid in homine pudoris est, praestaturum eum, † ne pro se quodam modo dependatur. De Attica pergratum mihi fecisti, quod curasti, ut ante scirem recte esse quam non belle fuisse.

---

videtur Brutus u. s. w. und wiederholt bald darauf den Wunsch, dieser möchte sich nach Astura begeben; erneuert auch sein Verlangen nach Griechenland. Vgl. ep. 693, 4.

3. *exped.*, hilf mir fort. — *excurrere,* einen Ausflug machen. — *me intervenire discenti,* dass ich ihn bei seinen Studien zu Athen überrasche. — *Leonidae,* in qua Ciceronem filium ita laudaverat, ut diceret: „*quomodo nunc est,* videtur de eo bene sperandum." *MANUT.* Leonidas princeps Atheniensium tempore Ciceronis. Vid. ad Famil. XVI, 21, 5. ad Attic. XV, 16. 18. XVI, 16. — *Herodi,* ebenfalls Einem der ersten Männer Athens. S. ad Attic. II, 2. der ad Attic. VI, 1. 14. 16. 18. XV, 27 erwähnte scheint ein libertus des Attikus zu sein. — *κατὰ μίτον*, singula quaeque, tamquam telae licia percurrendo, i. e. diligentissime. *SCH.*

4. *ad Xenonem scripsisti,* ut Athenis Ciceroni filio suppeditaret. *MANUT.* S. ep. 748, 5. u. 755, 2. — *ad exist. pertinet,* wie ep. 687, 2. — *Flaminium Flammam,* ein sonst unbekannter Schuldner Ciceros, vielleicht ein Freigelassener aus der gens Flaminia. — *de Montani negotio.* Cf. ep. 582. — *cures ep. . . reddendam,* lass den Brief, den ich beigeschlossen habe, ihm einhändigen. — *ne . . dependatur,* dass Montanus nicht am Ende für ihn bezahlen müsse. Sic Vict. coni. admodum incertâ. Seqq. *quodam modo* merito displicebat Ernestio. *ne spero quodam modo* Md. Oxon. 1 2. Ball. Helmst. *nec sero quodam modo* Asc. 1. Crat. Lego: *ne sero cum damno* (Montani) *dependatur. ORELLI.* — *recte . . . belle fuisse,* dass sie sich wieder wohl befinde, als dass sie unpässlich gewesen sei.

EPISTOLA DCXCIX. (ad Att. XIV. 17.)

Scr. in Pompeiano IV. Non. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Respondet Attici literis a Demetrio acceptis. 1—6.

CICERO ATTICO S.

In Pompeianum veni V. Nonas Mai., quum pridie, ut antea ad te scripsi, Piliam in Cumano collocavissem. Ibi mihi coenanti literae tuae sunt redditae, quas dederas Demetrio liberto prid. Kal., in quibus multa sapienter, sed tamen talia, quemadmodum tute scribebas, ut omne consilium in fortuna positum videretur. Itaque
2 his de rebus ex tempore et coram. De Buthrotio negotio, utinam quidem Antonium conveniam! Multum profecto proficiam. Sed non arbitrantur eum a Capua declinaturum: quo quidem, metuo, ne magno rei publicae malo venerit. Quod idem L. Caesari videbatur, quem pridie Neapoli affectum graviter videram. Quamobrem ista nobis ad Kal. Iun. tractanda et perficienda sunt.
3 Sed hactenus. Q. filius ad patrem acerbissimas literas misit, quae sunt ei redditae, quum venissemus in Pompeianum: quarum tamen erat caput, Aquiliam novercam non esse laturum. Sed hoc tolerabile fortasse; illud vero: „se ab Caesare habuisse omnia, nihil a patre, reliqua sperare ab Antonio" —! O perditum hominem!
4 Sed μελήσει. Ad Brutum nostrum, ad Cassium, ad Dola-

---

1. *V. Non.* Mai., am 3. Mai. — *in Cum. colloc.*, „in den Besitz des Cumanischen Guts eingewiesen, eingesetzt hatte." S. vorig. Br. im Anf. — *coenanti* = inter cenam, über Tisch. — *prid. Kal.* Mai., am 30. April. — *sapienter* suades. — *ut omne cons.*, dass ieglicher Plan auf den Zeitereignissen zu beruhen scheint. — *ex temp.*, nach Erfordern der Umstände.

2. *utinam . . conveniam*, „könnt' ich nur den Antonius darüber sprechen!" S. ep. 690, 3. 691, 2. 692, 1 u. s. w. — *non arbitr.* cet., „aber seine Leute glauben nicht, dass er von der Strasse nach Capua ablenken werde." Er ging dahin um Cäsars Veteranen zu gewinnen, denen in dieser herrlichen Gegend Ländereien durch ienen zugetheilt waren. — *quo* = quem in locum, wohin, dahin. — *L. Caesari*, qui consul fuerat cum C. Figulo a. u. c. 690. Eius sororis filius erat M. Antonius. *SCH.* Dieser Cäsar war ein eifriger Aristokrat. — *graviter affectum*, schwer krank. *videre*, besuchen. — *ista* Buthrotia, iene Angelegenheit. — *ad Kal. Iun.*, an welchem Tage Antonius von Capua zurück sein musste, um als Consul in der Senatssitzung des Monaths zu präsidiren. S. ep. 694, 4. — *Sed hactenus.* Forte: *Sed haec hactenus. ORELLI.*

3. *Aquiliam*, quam falso rumore audiverat Q. patrem uxorem ducere velle. Cfr. ep. 693. — *fortasse* sit. — *illud vero . . .* scil. qui tandem feras! — *reliqua sper. ab Ant.*, seine Hoffnungen für die Zukunft beruheten auf Antonius. — *Sed μελήσει*, aber er

bellam epistolas scripsi. Earum exempla tibi misi, non
ut deliberarem, reddendaene essent — plane enim iudico
esse reddendas — sed quod non dubito, quin tu idem
existimaturus sis. Ciceroni meo, mi Attice, suppeditabis 5
quantum videbitur, meque hoc tibi onus imponere pa-
tiere. Quae adhuc fecisti, mihi sunt gratissima. Li- 6
brum meum illum ἀνέκδοτον nondum, ut volui, perpolivi.
Ista vero, quae tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen exspectant. Ego autem — credas mihi velim — minore periculo existimo contra illas nefarias partes vivo tyranno dici potuisse quam mortuo. Ille enim nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter: nunc, quacunque nos commovimus, ad Caesaris non modo acta, verum etiam cogitata revocamur. De Montano, quoniam Flamma venit, videbis. Puto rem meliore loco esse debere.

EPISTOLA DCC. (ad Div. IX. 14.)

Scr. in Pompeiano IV. Non. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Laudat Dolabellam ob severitatem animadversionis in homines seditiosos et adversus libertatem tumultuantes. 1—8.

CICERO DOLABELLAE COS. SUO S.

Etsi contentus eram, mi Dolabella, tua gloria satisque ex ea magnam laetitiam voluptatemque capiebam: tamen non possum non confiteri cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. Neminem conveni — convenio autem quotidie plurimos: sunt enim permulti optimi viri, qui

---

soll daran denken! d. i. es soll ihm nicht ungeahndet hingehen!

4. *exempla.* S. den 700. Brief als App. *A.* — *misi* = mitto.

5. *Ciceroni.* Vgl. ep. 698, 4.

6. *ἀνέκδοτον*, ineditum librum *de temporibus suis*, quem filius demum mortuo patre edidit. *ERNESTI.* Diese schätzbare Schrift ist nicht auf uns gekommen. — *quae tu contexi vis*, Was Du damit verwebt, hinzugesetzt sehen möchtest. — *exsp.*, das erfordert. — *partes*, Partei. — *Ille*, Caesar. — *ferebat me*, war gegen mich bis zum Verwundern duldsam. — *revocamur*, werden wir auf . . . verwiesen. — *De Montano.* S. ep. 698, 4. — *videbis*, suche Rath zu schaffen. — *mel. loc. esse*, besser stehen.

SUO S. Eadem epistola *ad Div.* 9. 14. in multis correctior legitur (quam *ad Attic.* 14, 17.); unde hoc exemplar a peioribus Cdd. nobis traditum correximus. Notamus D. *ORELLI.* Cfr. ep. 697, 2. 698, 2. inpr. 389. princip.

1. *quod . . tuis laudibus*, dadurch, dass die öffentliche Meinung keinen geringen Theil Dessen, was Du preiswürdiges ge-

valetudinis causa in haec loca veniant, praeterea ex municipiis frequentes necessarii mei — quin omnes, quum te summis laudibus ad caelum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant. Negant enim se dubitare, quin tu meis praeceptis et consiliis obtemperans praestantissi-
2 mum te civem et singularem consulem praebeas. Quibus ego quamquam verissime possum respondere te, quae facias, tuo iudicio et tua sponte facere nec cuiusquam egere consilio: tamen neque plane assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis a meis consiliis profecta videatur: neque valde nego: — sum enim avidior etiam, quam satis est, gloriae: — et tamen non alienum est dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni, regum regi, fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiundis Nestorem: mihi vero gloriosum te iuvenem consulem florere laudibus quasi
3 alumnum disciplinae meae. L. quidem Caesar, quum ad eum aegrotum Neapolim venissem, quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen ante, quam me plane salutavit, „O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, quum tantum vales apud Dolabellam, quantum si ego apud sororis filium valerem, iam salvi esse possemus. Dolabellae vero tuo et gratulor et gratias ago: quem quidem post te consulem solum possumus vere consulem dicere:“ deinde multa de facto ac de re gesta: tum ni-

---

than, auf meine Rechnung setzt. — *in haec loca veniant*, in die Gegend von Pompeii, wo Cicero sich auf seinem Gute aufhielt. Sic D. Lamb. Ern. Sch. Lün. *in his locis conveniunt* Md. Vict. 1. 2. Bos. Graev. Ortum hoc e syll. praec. geminata. *ORELLI.* — *quin* = quî non, ohne dass. S. Ramsh. §. 185, 2. Grotef. §. 404, 3. Anm. 1. Sic D. Lamb. Sch. Lün. *qui* vel *quia* Cett. *ORELLI.* — *agant.* Sic D. Lamb. Ern. Sch. Lün. *agunt* Cett. cum Md. *ORELLI.* Eigentlich hätte der Satz lauten sollen: *Neminem conveni . . quin* (ohne dass er), *quum te s. l. a. c. extulit, mihi c. m. gr. agat.* Aber Cicero schiebt aus dem collectivischen *neminem* in Bezug auf die Parenthese den Begriff *omnes* ein. Das Praesens *agant* aber steht für *egerint* od. *agerent,* weil *conveni* = loquor cum als tempus continuum (s. Ramsh. §. 164, 6, b.) gebraucht ist. Es liegt also auch die Figur des Antecedens pro conseq. darin. — *obtemperans* kurz statt quod obtemperes.

2. *Et tamen non alienum est.* Sic edidi nunc etiam ad Div. Ibi vulgo: *Est tamen non alienum. ORELLI.* „und doch thut Deiner Würde keinen Abbruch, Was u. s. w.

3. *L. Caesar.* S. ep. 699, 2. — *quam me plane salutavit,* ehe er mich noch recht gegrüsst hatte. *salutaret* Cd. Oxon. 2. *salutaverat* Sch. susp. *ORELLI.* — *inquit*, rief mir entgegen. — *apud sororis fil.*, Marcum Antonium. — *iam*, ietzt schon. — *possumus.* Sic D. Oxon. 1. Oliv. *possum* Cett. cum Md. Oxon. 2. *ORELLI.* — *de re gesta,* von der Art der Ausführung. Suppl. locutus est. — *tum* dixit.

hil magnificentius, nihil praeclarius actum unquam, nihil rei publicae salutarius. Atque haec una vox omnium est. A te autem peto, ut me hanc quasi falsam heredi- 4
tatem alienae gloriae sinas cernere meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiare. Quamquam, mi Dolabella — haec enim iocatus sum — libentius omnes meas, si modo sunt aliquae meae laudes, ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. Nam quum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti: tum his tuis factis sic incensus sum, ut nihil unquam in amore fuerit ardentius. Nihil est enim, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amavi, ut scis, M. Bru- 5
tum, propter eius summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque constantiam. Tamen Idib. Martiis tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Quare quid est, quod ego te horter, ut 6
dignitati et gloriae servias? Proponam tibi claros viros, quod facere solent, qui hortantur? Neminem habeo clariorem, quam te ipsum: te imitere oportet, tecum ipse certes. Ne licet quidem tibi iam, tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod quum ita sit, hortatio non 7
est necessaria, gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas animadversionis non modo non invidiosa, sed etiam popularis esset et quum bonis omnibus, tum infimo cuique

---

4. *cernere*, dass ich antrete, mir anmaasse. — *in soc. . . venire*, im gewissen Sinne Antheil an Deinem Lobe nehme. — *ad te transfuderim*, möcht' ich Dir zuströmen lassen, auf Dich übertragen. — *exhauserim*, an mich ziehen möchte. — *Nam quum* = wiewohl. — *tum*, von dem Augenblicke an, wo ich davon hörte. Sonst möchte man *dilexi* vorschlagen. — *his.* Asc. 1. Crat. Vict. 1. *iis.*

5. *Semper*, mit kleinen Ausnahmen während seiner Statthalterschaft in Cilicien. — *dilexisse*, hochgeachtet zu haben.

6. *Proponam*, soll ich Dir . . . zu Mustern vorstellen? *tant. r. gest.* = quum tantas res gesseris. — *non tui simil. esse*, „Dir selbst nicht gleich zu bleiben." Da trifft es Cicero, der ihn kannte!

7. *quod haud scio an nemini* contigerit, Was vielleicht Keinem anderen bisher gelang. S. Ramsh. §. 174, 2, N. 3. Grotef. §. 345. — *animadv.* der Ahndung. — *popularis*, volkgefällig. — *infimo cuique*, der untersten Volksklasse; versteht sich von der

gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuae: sed contigit magnitudine quum animi, tum etiam ingenii atque consilii. Legi enim concionem tuam. Nihil illa sapientius. Ita pedetentim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animadvertendi omnium concessu daret.
8 Liberasti igitur et urbem periculo et civitatem metu: neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes in te positam esse rem publicam, tibique non modo tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediem, ut spero. Tu quoniam rem publicam nosque conservas, fac ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias.

EPISTOLA DCCI. (ad Att. XIV. 19.)

Scr. in Pompeiano Nonis Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Respondet binis literis ab Attico acceptis. 1—6.

CICERO ATTICO S.

Non Mai. quum essem in Pompeiano, accepi binas a te literas, alteras sexto die, alteras quarto. Ad superiores igitur prius. Quam mihi iucundum, opportune tibi Barnaeum literas reddidisse. Tu vero cum Cassio,

---

Pompeianischen Partei. — *fortuna*, durch einen Glücksfall, Zufall. — *grat. felic. t.*, so würd' ich Dich als einen besonderen Günstling der Glücksgöttinn mit Wünschen begrüssen. — *concionem*, Rede an's Volk. — *Ita pedetentim tum* cet. „mit so gemessenem Schritt gehst Du in Deiner Rede bald auf die Sache ein, bald ziehst Du Dich zurück, dass das Factum selbst von Dir vorgestellt mit Einwilligung aller Zuhörer den zur Bestrafung gereiften Augenblick Dir zuwenden, einhändigen musste.“ Eine vom Krieg entlehnte Metapher, wo man oft einen Rückzug macht, um desto besser vorzurücken. Valer. Max. III, 6, 1: Vegeta ingenia quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. *ita pedet.* In exemplo huius ep. ad Div. additur *et gradatim*. *LÜN.* — *consensu* Asc. 1. Crat. Lamb.

8. *ad tempus*, für den Augenblick, auf eine Zeit lang. — *ad exempl.*, in Hinsicht des Beispiels. *ad ex. facti. Intelligere* Oxon. 1. Oliv.; ut olim legebatur in D. Nunc constat e Md. *facto* ibi quoque restituendum fuisse *quo facto*. *ORELLI.* *Quo facto* significat *quod quum ita feceris*. — *ornand. esse*, dass Du auch nach Verdienst auszeichnen müssest. —

1. *Non. Mai.*, am 7. Mai. — *sexto die* scil. ante scriptas, sechs Tage alt. — *cum Cassio* ita egisti, *ut cetera*, Deine Unterredung mit Cassius war so, wie ich von Dir gewohnt bin. —

ut cetera. Quam commode autem, quod id ipsum, quod me mones, quatriduo ante ad eum scripseram exemplumque mearum literarum ad te miseram. Sed quum ex Dolabellae ἀτισίᾳ — sic enim tu ad me scripseras — magna desperatione affectus essem; ecce tibi et Bruti et tuae literae. Ille exilium meditari: nos autem alium portum propiorem huic aetati videbamus: in quem mallem equidem pervehi, florente Bruto nostro constitutaque re publica. Sed nunc quidem, ut scribis, non utrum vis. Assentiris enim mihi nostram aetatem a castris, praesertim civilibus, abhorrere. Antonius ad me tantum 2
de Clodio rescripsit, meam lenitatem et clementiam et sibi esse gratam et mihi voluptati magnae fore. Sed Pansa furere videtur de Clodio itemque de Deiotaro; et loquitur severe, si velis credere. Illud tamen non belle, ut mihi quidem videtur, quod factum Dolabellae vehementer improbat. De coronatis, quum sororis tuae filius 3
a patre accusatus esset, rescripsit se coronam habuisse honoris Caesaris causa; posuisse luctus gratia: postremo se libenter vituperationem subire, quod amaret etiam mortuum Caesarem. Ad Dolabellam, quemadmodum tibi 4
dicis placere, scripsi diligenter. Ego etiam ad Siccam. Tibi hoc oneris non impono. Nolo te illum iratum ha-

---

Quam commode i. e. percommode accidit. — *quod* ante *id* suspectum Ernest. — *quatriduo ante,* nempe IV. Non. Maii. Cfr. ep. 699. — *ex Dolabellae ἀτισίᾳ,* i. e. defectu solutionis, Insolvenz, d. i. weil Dolabella das letzte Drittel von der Mitgift der verstorbenen Tullia dem Cicero noch immer schuldig blieb. Sic Bos. Seqq. *atisia* Cd. Decurt. *aritia* Md. Ox. 1. 2. Asc. 1. Crat. *avaritia* Vict. 1. 2. Man. Lamb. Vocabulum ἀτισίᾳ hoc uno loco niti videtur. Possis suspicari ἀπιστίᾳ vel ἀπορίᾳ. Nihil tamen certi video. *ORELLI.* — *sic,* nämlich eum solvere non posse. — *literae* afferuntur. — *Ille,* Brutus, *exsilium meditari,* iener gedenkt in's Exsil zu gehen. Infinit. historicus. S. ep. 702, 4 *ut scribit ipse.* — *prop. h. aetati* i. e. mortem. Cf. Tusc. Quaest. I. c. 49 extr. — *pervehi,* einfahren, einlaufen. — *non utrum vis* i. e. non datur optio, sed necessario faciendum est alterum, scil. ut bello abstineam. *SCH.* — *assentiris enim mihi;* in eo quod scripserat ep. 693.

2. *de Clodio.* S. ep. 693. App. A. u. B. — *de Deiotaro.* S. ep. 692, 1. — *severe,* wie der strengste Republicaner. — *non belle* facit. — *factum Dolabellae,* de quo ep. 700.

3. *de coronatis* scil. quod inter coronatos fuisset Q. filius. Nisi potius Cicero scripsit *de corona* scil. Parilibus in honorem Caesaris gestata. Cf. ep. 694. *SCH.* — *accus.* i. e. vituperatus *esset.* — *subire,* er lasse sich gefallen. — *mortuum* i. e. post mortem.

4. *ad Siccam* scripsi. Entweder in Bezug auf ep. 548, 1; oder vielmehr auf ep. 759, 1. vgl. mit 556, 1: wo denn *illum* wol

bere. Servii orationem cognosco: in qua plus timoris video quam consilii. Sed, quoniam perterriti omnes sumus, assentior Servio. Publilius tecum tricatus est. Huc enim Caerellia missa ab istis est legata ad me: cui facile persuasi mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere. Antonium si videro, accurate
5 agam de Buthroto. Venio ad recentiores literas; quamquam de Servio iam rescripsi. „Me facere magnam πρᾶξιν Dolabellae.“ Mihi mehercule ita videtur: non potuisset maior tali re talique tempore. Sed tamen, quidquid ei tribuo, tribuo ex tuis literis. Tibi vero assentior maiorem πρᾶξιν eius fore, si mihi, quod debuit,
6 dissolverit. Brutus velim sit Asturae. Quod autem laudas me, quod nihil ante de profectione constituam, quam, ista quo evasura sint, videro: muto sententiam. Neque quidquam tamen ante, quam te videro. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego to-

---

auf den Antonius ginge. Beim Sicca hatte Cicero immer eine Ausflucht gefunden. — *cognosco.* De Ern. susp. Sch. Lün. *agnosco.* Nisi tamen Cdd. lectio hoc significat, quod optime sic dixeris Italice: „*orora son dietro a legger il discorso di S. mandatomi da te* i. e. nunc ipsum lego Servii orationem a te mecum communicatam, ac perspicio, quae eius sit sententia.“ Nihil muto. *ORELLI* Orationem Servii, quam tecum habuit, intelligo consentire cum ingenio eius meticuloso. *GRONOV.* Über diesen Serv. Sulpicius Rufus s. zu ep. 365 im Anf. Als nach Cäsars Tode Antonius noch viele Decrete von ienem vorbrachte und gültig machen wollte, stimmte dieser dahin: ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Caesaris aut beneficii figeretur. S. Philipp. I, 1. — *Publilius,* der Bruder der zweiten bereits wieder verstossenen Gemahlinn Cicero's. Es scheint, die Familie der iüngeren Frau hätte sie gern wieder mit ihm ausgesöhnt. S. ep. 633, 2. u. s. w. — *tricatus est* i. e. perplexe locutus (verfänglich geredet). Egisse enim videtur de sorore sua Publilia, quam Cicero dimiserat, in eius matrimonium reducenda. *SCH.* — *Caerellia.* S. 513, 1. 581, 3. 613, 5. 614, 3. Sie war eine Verehrerinn des Cicero. — *legata.* Lamb. *allegata.* Sed tum delendum erat *missa.* Consulto autem hoc veluti ridiculo usus est: „femina missa legata est.“ — *ne . . quidem, non modo.* S. Ramsh. §. 181. B, 1, Not. — *de Buthroto.* S. ep. 692, 1.

5. „*Me facere . . Dolabellae.*“ Scil. ais vel scribis. „Ich mache auch gar zu Viel Aufhebens, meinst Du, von der That des Dolabella.“ — *non potuisset . . tempore,* weniger hätt' ich doch wohl in Betracht der Sache selbst und der Zeit und Umstände nicht aus ihr machen können. *potuisset* Iunius, ut volebat Gronovius, Graev. Ern. Sch. Lün. *potuisse* Cett. cum Md. *ORELLI.* — *quod debuit,* Was er mir noch immer schuldig geblieben ist = debitum suum. *debet* de Malasp. coni. Lamb. — *Asturae.* S. ep. 697, 4. 691, 1.

6. *ista quo evas. sint,* „wo Alles hinaus wolle.“ Vor muto

tam villam cellamque tradidi; eamque cogitabam V. Idus videre. Tu Atticae salutem dices. Nos Piliam diligenter tuebimur.

EPISTOLA DCCII. (ad Att. XIV. 18.)

Scr. in Pompeiano a. d. VIII. Id Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De Dolabella ob rem gestam a se laudato, ob pecuniam vero non solutam odioso; de aliis rebus maximam partem domesticis. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Saepius me iam agitas, quod rem gestam Dolabellae nimis in caelum videar efferre. Ego autem, quamquam sane probo factum, tamen, ut tanto opere laudarem, adductus sum tuis et unis et alteris literis. Sed totum se a te abalienavit Dolabella, ea de causa, qua me quoque sibi inimicissimum reddidit. O hominem pudentem! Kal. Ian. debuit; adhúc non solvit, praesertim quum se maximo aere alieno Faberii manu liberarit et opem ab eo petierit. Licet enim iocari, ne me valde conturbatum putes. Atque ego ad eum VIII. Idus literas dederam bene mane: eodem autem die tuas literas vesperi acceperam in Pompeiano, sane celeriter, tertio abs te die. Sed, ut ad te eo ipso die scripseram, satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi: quae si nihil profecerint, puto fore,

---

sententiam suppl. scito. Zum vorhergeh. *ante* ergänze constituam. — *cellam*, Vorrathskammer. S. ep. 697, 4. — *cogitabam* = cogito. — *V. Idus* Mai., am 11. dieses.

1. *Saep. . . agitas*, gar zu oft neckst Du mich, machst Du Dich über mich lustig. — *se a te*, Sch. Lün. de. Ern. susp. *te a se. ORELLI.* „Aber nun hat Dolabella seine Liebe bei Dir eingebüsst.“ — *pudentem* ironice dictum. *impudentem* Cd. Tornaes. Crusell. Iens. Asc. 1. Crat. Lamb. Emendatum est iam in Crat. *ORELLI.* — *debuit*, musste er zahlen. S. d. vorig. Br. §. 5. — *praesert. quum* cet., obgleich noch obendrein Faberius mit etlichen Federstrichen und mit Hülfe der Göttinn Ops ihm die ungeheure Schuldenlast abnahm. Nempe ab Antonio Dolabella aliquam partem pecuniae, quae erat in Opis aede reposita, acceperat, quasi id esset in Caesaris commentariis scriptum, quos Antonius pro lubitu Faberii scribae manu vitiare et interpolare solebat. *SCH.* S. ep. 694, 5. — *opem ab eo petierit.* Sch. susp. *et Opis opem ab eo petierit.* Dolabella enim aere alieno obrutus opem Opis i. e. pecuniam in eius aede a Caesare repositam non ab ipsa dea sed a Faberio petiit, qui Antonio iubente in commentariis falso scripsit istam pecuniam Dolabellae donari. — *VIII. Id.* Mai., am 8. Mai. — *satis aculeatas*, ziemlich gestachelt, einen ziemlichen Stichelbrief.

2 ut me praesentem non sustineat. Albianum te confecisse arbitror. De Patulciano nomine, quod mihi suppetiatus es, gratissimum est et simile tuorum omnium. Sed ego Erotem ad ista expedienda factum mihi videbar reliquisse: cuius non sine magna culpa vacillarunt. Sed
3 cum ipso videro. De Montano, ut saepe ad te scripsi, erit tibi tota res curae. Servius proficiscens quod desperanter tecum locutus est, minime miror; neque ei
4 quidquam in desperatione concedo. Brutus noster, singularis vir, si in senatum non est Kalend. Iuniis venturus, quid facturus sit in foro, nescio. Sed hoc ipse melius. Ego ex his, quae parari video, non multum Idibus Martiis profectum iudico. Itaque de Graecia quotidie magis et magis cogito. Nec enim Bruto meo exsilium, ut scribit ipse, meditanti video quid prodesse

---

2. *Albianum*, das Geschäft mit dem Sabinus Albius. S. ep. 607 und ep. 704, 2. Er war ein coheres Ciceronis. — *suppetiatus es*, dass Du mir in Hinsicht der Patulcischen Schuld ausgeholfen hast u. s. w. Suppetiatus erat Atticus in exigenda a Patulcio pecunia aut pecuniam de suo dederat tantundemque se scripserat a Patulcio, qui Ciceroni debebat, exacturum. *SCH.* Sic de Montagnani coni. Sch. Lün. Recte, ut opinor; etsi est voc. Appuleianum (Metam. VIII. post med. p. 210, 31. Elm. et III. p. 147, 9. et VII, p. 190, 36.). Talia enim vel obsoleta vel, ut hoc videtur, e consuetudine vulgari in Epp. scribendis etiam a Tullio interdum arrepta, alias cum elegantioribus hominibus ab eodem repudiata, renovare solet Appuleius. Qui hoc reiecturi sunt, ii legant: *suppetias tulisti.* Md. a pr. m. Tornaes. *suspendiatus est.* Md. a sec. m. *suppeditatus es* (vi deponentis), ut Edd. praeter Lamb., qui coni. *mihi abs te suppeditatum est. ORELLI.* Forte fuit Q. Patulcius, quaestor anni 705. — *simile t. omn.*, ein neuer Beleg zu allen Deinen sonstigen Gefälligkeiten. — *Sed ego . . . vacillarunt,* ich hatte freilich geglaubt wunder! was für einen zur Besorgung solcher Geschäfte ganz gemachten Mann ich in (meinem Freigelassenen) Eros zurückliesse; der dennoch sicher viel Schuld daran hat, dass der Handel noch wankt, noch Nichts fest steht. — *videro,* ich werde es ausmachen.

3. *De Montano.* S. ep. 699, 6. 698, 4. — *Servius.* S. ep. 701, 4. 5. Er entfernte sich aus Missmuth und Besorgniss aus Rom. — *desperanter,* aus einem so hoffnungslosen Tone.

4. *singularis,* einzige d. i. wie es Keinen mehr gibt. — *Kalend. Iun.* S. ep. 699, 2. 694, 4. — *quid facturus sit in foro,* Was er auf dem Foro beim Volke ausrichten sollte. — *melius* intellexerit, viderit, das möge er selbst besser wissen. — *parari,* machen und nicht machen; ienes von der Cäsarischen Partei, dieses von Brutus und seinem Anhange, mit dessen Unthätigkeit Cicero schlecht zufrieden war. — *de Graecia.* S. ep. 693, 4. — *scribit.* Sic dedi de Corrad. susp. Cfr. Ep. seq.: *et Bruti et tuae literae. Ille* (scribit se) *exilium meditari.* Praeterea alibi nunquam est: *ut*

possim. Leonidae me literae non satis delectarunt. De Herode tibi assentior. Saufeii legisse vellem. Ego ex Pompeiano VI. Idus Mai. cogitabam.

EPISTOLA DCCIII. (ad Div. XVI. 24.)

Scr. mense Maio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Domestica quaedam Tironis curae mandat postulatque, ut de publicis rebus scribat. 1-2.

TULLIUS TIRONI S.

Etsi mane Harpalum miseram, tamen, quum haberem, cui recte darem literas, etsi novi nihil erat, iisdem *de* rebus volui ad te saepius scribere: non quin confiderem diligentiae tuae; sed rei me magnitudo movebat. Mihi prora et puppis, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares. Ofillio et Aurelio utique satis fiat. A Flamma, si non potes omne, partem aliquam velim extorqueas: in primisque, ut expedita sit pensio Kalendis Ian. De attributione conficies. De repraesentatione videbis. De do-

---

scribis ipse, sed simpliciter *ut scribis*. *ORELLI*. — *Leonidae*. S. ep. 698, 3. — *De Herode*. S. ep. 698, 3. — *Saufeii* librum. S. ep. 711, 2. Der Epikurer L. Saufeius war ein fleissiger Gelehrter u. Freund des Attikus. S. ep. 8. 109. 755. — *VI. Id.*, am 10. Mai. — *cogitabam* = cogito proficisci, abire.

1. *Harpalum*, servum, *miseram* cum literis ad te. — *recte*, mit Sicherheit. — *de* est ex suppl. om. Md. *ORELLI*. — *non quin* = nicht als ob ich nicht. — *prora et puppis* = mein erster u. letzter Beweggrund; summa mei consilii. — *explic.*, dass Du meine Rechnungen in's Reine bringen solltest. — *Ofillio et Aur. ut. satisf.*, Ofillius und Aurelius müssen sofort befriedigt werden. Offilius vielleicht derselbe mit dem Iuristen A. Offilius ep. 621, 4. 859 und Digest. LV, 1. *Aurelius* ab Hirtio Germaniae praepositus wird ad Attic. XIV, 9 u. ein procurator Montani des Namens ebendas. XVI, 15. erwähnt. — *omne* = Alles, das Ganze. Crat. Vict. 1. *omnem* contra Md. — *partem*, debiti. S. ep. 699, 6. 698, 4. — *ut expedita sit*, dass ohne Zögerung geleistet, berichtigt sei. — *Kalendis Ian.* Nisi hanc epistolam in mensem Decembrem huius anni reiiciendam putemus, quod fieri non potest, legendum videtur *Kalendis Iuniis*. *SCH*. — *de attributione*, de solutione per delegationem; nostri eine Assignation, Anweisung; de *repraesentatione* i. e. quae nostri dicunt baare Zahlung. *SCH*. „Die Anweisung wirst Du richtig machen: wie weit Du mit der baaren Zahlung reichen könnest, wirst Du sehen. — † *eius*. Sic corrupte Md. Asc. 1. *rebus* pro *eius* ex antiqua coni. Neap. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. del. *eius* Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *OR*.

2 mesticis † eius hactenus. De publicis omnia mihi certa: quid Octavius, quid Antonius; quae hominum opinio; quid futurum putes. Ego vix teneor, quin accurram. Sed st! literas tuas exspecto: et scito Balbum tum fuisse Aquini, quum tibi est dictum, et postridie Hirtium. Puto utrumque ad aquas. Sed quid egerint. . . . Dolabellae procuratores fac ut admoneantur. Appellabis etiam Papiam. Vale.

EPISTOLA DCCIV. (ad Att. XIV. 20.)

Scr. in Neapolitano Luculli V. Id. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Tribus Attici epistolis respondet. 1-5.

CICERO ATTICO S.

E Pompeiano navi advectus sum in Luculli nostri hospitium VI. Idus, hora fere III.; egressus autem e navi accepi tuas literas, quas tuus tabellarius in Cumanum attulisse dicebatur, Nonis Mai. datas. A Lucullo postridie eadem fere hora veni in Puteolanum. Ibi accepi

---

2. *De publicis* (rebus) *omnia mihi certa* nuntia. — *Octavius*, Caesaris heres. — *Antonius* egerit, agat. — *hom. op.*, die öffentliche Meinung. — *Sed st!* ex emend. Cd. Ursini et Manutii (prob. Victorio). Graev. Seqq. *sed si* Md. Vict. 1. 2. *sed scilicet* Lamb. *ORELLI.* — *ad aquas* scil. Baianas Aquino oppido Apuliae profectos esse. — *Sed quid egerint* Aquini. Sic scripsi, ut sit aposiopesis: „sed quid egerint, nescio.“ *aquas, seu quid egerint* Bened. *aquas. Sciemus, quid egerint* Sch. Lün. *ORELLI.* — *ut* del. contra Md. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* *admoneantur* de pecuniae solutione. Vid. ep. 702, 1. — *Appell. et. Pap.*, „auch bei der Papia wirst Du vorklopfen.“ Eine unbekannte Schuldnerinn des Cicero. In Orat. Cluent. c. 9. wird eine Papia als Gemahlinn des Oppianicus erwähnt.

1. Gn. *Luculli*, quem L. Luculli filium infra familiarem suum vocat ep. 707. — *hospitium*, Neapolitanum. Cfr. Acad. Quaest. IV. c. 3. extr. *SCH.* — *VI. Id.* Mai., am 10. dieses. — *in Cumanum*, wo Pilia sich aufhielt. — *Non. Mai. dat.*, vom 7. Mai. — *A Lucullo . . . Lanuvio datas.* Sic Margo Crat. prob. Corrad. Lectiones autem Marg. Crat. desumptae sunt plerumque ex optimo Cd. familiae Gallicae: nec vero haec potest esse e coni. Immo etiam Md. monstrat plura excidisse e vulgata omittens ante v. *hora*; et v. *qua* vulgatae insertum est, quo occultaretur defectus. Una difficultas restat in nostra lectione, quod duae epistolae *Nonis Maiis* dicuntur esse datae; sed saepe duas uno atque eodem die scriptas memorari videmus, vel excidit numerus ante prius *Nonis*. Edd. ante Sch. cum Md. (nisi quod is om. *qua*) *accepi tuas literas, quas tuus tabellarius attulisse dicebatur, Nonis Maiis datas; a Lucullo postridie eadem fere hora, qua veni, VII. Idus Lanuvio datas.* Quae parum con-

duas epistolas, alteram Nonis, VII. Idus Lanuvio datas. Audi igitur ad omnes. Primum, quae de re mea gesta 2
et in solutione et in Albiano negotio, grata. De tuo autem Buthroto, quum in Pompeiano essem, Misenum venit Antonius: inde ante discessit, quam illum venisse audissem: a quo in Samnium. Vide, quid speres. Romae igitur de Buthroto. L. Antonii horribilis concio, Dolabellae praeclara. Iam vel sibi habeat nummos, modo numeret Idibus. Tertullae nollem abortum. Tam enim Cassii sunt iam quam Bruti serendi. De regina velim atque etiam de Caesare illo. Persolvi primae epistolae: venio ad secundam. De Quintis, Buthroto, quum venero, 3
ut scribis. Quod Ciceroni suppeditas, gratum. Quod errare me putas, qui rem publicam putem pendere e Bruto, sic se res habet: aut nulla erit aut ab isto istisve servabitur. Quod me hortaris, ut scriptam concionem mittam, accipe a me, mi Attice, καθολικὸν θεώρημα earum rerum, in quibus satis exercitati sumus. Nemo unquam neque poëta neque orator fuit, qui quemquam me-

---

cinna, immo absurda esse vidit Rubenius, cuius coni.: *accepi duas literas* recepit Sch. Lün. *OR.* — *VII. Idus*, vom 9. Mai. — *ad omnes* quae respondi.

2. *in Albiano neg.* S. ep. 702, 2. — *grata*, zuerst empfange meinen Dank für Das, was Du in Hinsicht meiner ökonomischen Angelegenheiten sowohl bei der bewussten Bezahlung als auch beim Albianischen Geschäfte gethan hast. — *Buthroto*, worüber er mit dem Consul Antonius mündlich sprechen wollte, nach ep. 701, 4 am Ende. — *in Samnium* profectus est. Wollt' ich ihm aber auch bis dahin nachreisen, so würd' ich ihn doch nicht mehr antreffen. — *vide, quid speres.* Hoc non ad Buthrotum, sed ad rem publicam refertur. Nam Antonius cursabat huc illuc, ut agros veteranis divideret, quibus beneficio devinctis uteretur ad omnia (ep. 699). *MANUT.* De hac Antonii percursatione vide infra ep. 705 et Philipp. II. c. 39. *SCH.* — *de Buthroto* cum Antonio agam. — *L. Antonii*, qui tribunus plebis erat, Marci frater. — *horribilis concio* de agro Pomptino dividundo, cui Dolabella repugnavit. — *habeat* Dolabella, qui Ciceroni debuit. Vid. ep. 702. — *Idibus* usuras. — *Tertullae* s. Tertiae, Cassii uxoris, Bruti sororis. — *serendi*, gignendi nach Griech. Sprachgebrauch. Man kann ietzt der Brutusse wie der Cassiusse nicht genug haben. — *de regina . . . Caesare illo* i. e. velim mihi scribas de Cleopatra Caesarisque ex ea filio, quem Cleopatra Caesarionem vocabat. *SCH.* Vid. ep. 688, 1. 728, 2. — *Persolvi* = respondi.

3. *De Quintis* d. i. von meinem u. dessen Sohne scil. loquamur. S. ep. 693, 5. bes. ep. 699, 3. — *Ciceroni*, filio meo. S. ep. 699, 5. — scito, *sic se res habet*, es verhält sich wirklich so. — *nulla erit* res publica. — *scriptam concionem*, quam Attici rogatu Cicero scripserat, ut ea Brutus uteretur ad populum dicturus. *SCH.* — *καθολ. θεώρημα*, praeceptum s. dogma generale, ein allgemei-

liorem quam se arbitraretur. Hoc etiam malis contingit. Quid tu Bruto putas, et ingenioso et erudito? De quo etiam experti sumus nuper in edicto. Scripseram rogatu tuo. Meum mihi placebat, illi suum. Quin etiam, quum ipsius precibus paene adductus scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari. Quare sine quaeso sibi quemque scribere.

Suam cuique sponsam, mihi meam; suum cuique amorem, mihi meum.

Non scite. Hoc enim Attilius, poëta durissimus. Atque utinam liceat isti concionari! Cui si esse in urbe tuto licebit, vicimus. Ducem enim novi belli civilis aut ne-
4 mo sequetur aut ii sequentur, qui facile vincantur. Venio ad tertiam. Gratas fuisse meas literas Bruto et Cassio gaudeo. Itaque iis rescripsi. Quod Hirtium per me meliorem fieri volunt: do equidem operam, et ille optime loquitur; sed vivit habitatque cum Balbo, qui item bene loquitur. Quid credas, videris. Dolabellam valde placere tibi video: mihi quidem egregie. Cum Pansa vixi in Pompeiano. Is plane mihi probabat se bene sentire et cupere pacem. Causam armorum quaeri plane video. Edictum Bruti et Cassii probo. Quaeris, ut susci-

---

ner Grundsatz. — *Quid . . . erudito*, wie kannst Du glauben, dass mit Brutus, einem so geistreichen und gelehrten Manne, der Fall anders sein werde? — *in edicto* praetorio, cuius mentionem faciunt Brutus et Cassius in epist. ad Antonium XI, 2 (h. ed. 713). — *Scrips. rog. t.*, ich hatte auf Dein Begehren auch so Etwas aufgesetzt. — *de opt. gen. dic.* S. ep. 453, 2. 474, 4. 521, 3. 713. — *non probari.* S. zu 641, 2. — *Suam . . meum*, ein trochaïc. tetramet. — *durissimus.* In quo tandem insit *non scitum* istud, exputare nunquam potui. Sententia ipsa enim eadem est ac Tullii, ut ipse scribit: verba autem nihil habent nec molesti nec inepti neque rusticani: immo, ni magno opere fallor, nec Plautum neque Terentium huius puderet versiculi. Meliora tamen edoceri pervelim. Interea, ut in re admodum lubrica, triplex occurrit ratio huic, quam nunc legimus, fortasse praeferenda: *Non inscite hoc quidem Attilius*, (ceterum) *poëta dur.* vel *Non scite! Hoc tamen Att., poëta dur.* vel *Nosti cetera* (ut saepissime in similibus). *Hoc enim Att., poëta dur.* (quem tu ipse trivisti). *ORELLI.* Über den Dichter Attilius s. G. I. Vossius de poëtis Latinis p. 232. Cicer. Tuscul. Dispp. IV, 11. de Finibb. I, 2. — *concionari*, übrigens wollte Gott, dass Brutus Reden an das Volk halten dürfte!

4. *ad tertiam* epistolam. — *Hirtium.* S. zu ep. 720 im Anf. — *meliorem*, besserer Gesinnung. — *egregie* placet. — *Pansa* und Hirtius hatten bei Cäsar Viel gegolten und waren von ihm zu Consuln für das Iahr 711 ernannt. — *Causam.* Davor erg. *at.* — *Edictum Bruti.* S. ob. §. 3. Antonius musste nun Wort halten, oder er verlor alle Achtung. Diess kitzelte den Cicero. — *Quaeris, ut susc.*

piam cogitationem, quidnam istis agendum putem: consilia temporum sunt; quae in horas commutari vides. Dolabellae et prima illa actio et haec contra Antonium concio mihi profecisse permultum videtur. Prorsus ibat res. Nunc autem videmur habituri ducem: quod unum municipia bonique desiderant. Epicuri mentionem facis 5
et audes dicere, μὴ πολιτεύεσθαι! Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret? Quintus filius, ut scribis, Antonii est dextella. Per eum igitur, quod volemus, facile auferemus. Exspecto, si, ut putas, L. Antonius produxit Octavium, qualis concio fuerit. Haec scripsi † citatim. Statim enim Cassii tabellarius. Eram continuo Piliam salutaturus: deinde ad epulas Vestorii, navicula. Atticae plurimam salutem.

---

cog., Du verlangst, ich sollte darüber nachdenken. *Quod rogas* vel *Quod hortaris* Lamb. susp. Si quid mutandum, mallem equidem: *Quid quaeris! Suscipiam . . .! ORELLI.* — *consil. temp. sunt*, guter Rath hängt von den Zeitumständen ab. — *in horas*, mit ieder Stunde, stündlich. — *haec contra* L. *Antonium concio*, seine neuliche Rede gegen L. Antonius. S. zu §. 2. — *videtur.* An *videbatur? ORELLI.* — *ibat*, ging vorwärts, bekam einen tüchtigen Schwung.

5. *μὴ πολιτεύεσθαι*, „man müsse sich nicht in Staatssachen einlassen;“ wie Epikur anrieth. — *est dextella*, ist des Antonius rechte Hand. Significatur Quintum filium adeo se in Antonii familiaritatem insinuasse, ut per eum quidvis ab illo impetrari possit. *SCH.* Vgl. ep. 699, 3. om. *Antonii* Md. Oxon. 1. 2. Asc. utraq. Vict. 1. 2. Unde mihi nata est aliquando suspicio Ciceronem scripsisse: *Q. F. ILLIUS VT SCRIBIS EST DEXTELLA. OR.* — *L. Antonius produxit Octavium*, wenn L. Antonius den Octavius dem Volke vorgestellt und als Volkstribun ihm die Erlaubniss ertheilt hat, die Rednerbühne auf dem Foro zu besteigen. — *qualis* Octavii *concio fuerit*, ich bin sehr neugierig, was für eine Rede dann Octavius halten wird. De concione per tribunum Octavio data agitur, quia concionem habere privato non licebat, nisi esset a magistratu aliquo productus. *SCH.* — † *citatim.* Sic cod. Crusell. Bos. Sqq. E supplemento arbitrario fluxisse videtur illud *citatim*, quo vocabulo nusquam alias utitur Cicero. Exciditne potius: *summatim?* ut Libr. 15, 4. in fine: *summatim adhuc ad te:* ita ut fuerit: *scripsi summatim.* *Statim* cet. *ORELLI.* — *Statim enim* abiturus est. — *salutaturus*, ich bin im Begriff Deine Gemahlinn Pilia auf dem Cumano zu begrüssen, bei ihr vorzusprechen. S. ep. 697, 4. — *ad epulas Vestorii* scil. Puteolos. *ERNESTI.* S. zu ep. 694, 2. 692, 3.

EPISTOLA DCCV. (ad Att. XIV. 21.)

Scr. Puteolis V. Id. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Refert, quae Balbus secum locutus sit, seque postridie ad Hirtium iturum denuntiat. 1-4.

CICERO ATTICO S.

Quum paullo ante dedissem ad te Cassii tabellario literas, v. Idus venit noster tabellarius, et quidem, portenti simile, sine tuis literis. Sed cito conieci Lanuvii te fuisse. Eros autem festinavit, ut ad me literae Dolabellae perferrentur, non de re mea — nondum enim meas acceperat — sed rescripsit ad eas, quarum exemplum tibi miseram, sane luculente. Ad me autem, quum Cassii tabellarium dimisissem, statim Balbus. O dii boni, quam facile perspiceres timere otium! Et nosti virum, quam tectus; sed tamen Antonii consilia narrabat: illum circumire veteranos, ut acta Caesaris sancirent idque se facturos esse iurarent, ut rata omnes haberent eaque duumviri omnibus mensibus inspicerent. Questus est etiam de sua invidia; eaque omnis eius oratio fuit, ut amare videretur Antonium. Quid quaeris? Nihil sinceri. Mihi autem non est dubium, quin res spectet ad castra. Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. Quis enim hoc non vidit, regni heredem relictum? Quid autem absurdius:

---

1. *V. Id.* Maii, am 11. Mai. — quod *portenti simile* est. — *conieci*, ich schloss daraus. — *non de re mea* i. e. de pecunia, quam Dolabella Ciceroni debebat. Cf. ep. 702, 1. — *meas*, nämlich über diese Geldangelegenheit. — *exemplum*, huius editionis epistolam 700.

2. *dimisiss.*, abgefertigt hatte. — *Balbus venit* Asc. Crat. ex interpol. *ORELLI.* — eum *timere otium*, dass ihm vor einem ruhigen Zustande der Dinge bange ist; eum ad bellum spectare. — *tectus*, verdeckt, verschlossen, zurückhaltend. — *circumire veteranos*, er reise bei den Veteranen (des Cäsars, die in Italien, besond. in Campanien Landeigenthum erhalten hatten) herum. — *fact. esse* om. *esse* Asc. 1. Crat. An *effecturos? ORELLI.* — *ut rata o. h.*, dass Iedermann sie für gültig erkennte. — *duumviri.* Nempe sicut Tarquinius Superbus duumviros creaverat libris Sibyllinis inspiciendis, sic Antonium Balbus narrabat duumviros creare velle, qui Caesaris acta (Staatspapiere) commentariis comprehensa omnibus mensibus inspicerent. *SCH.* — *inspicerent*, einzusehen hätten, um anzugeben, Was daraus bereits befolgt oder noch zu befolgen sei. — *de sua invidia*, dass er so viele Verfolger habe. — *eaque* = et talis. — *Nihil sinceri* in eo. Es ist Nichts zuverlässiges an dem ganzen Menschen.

3. *quin res sp. ad castra*, dass es zum Kriege kommen werde. — *illa res*, die That am 15. März; Cäsars Ermordung. — *consilio p.*, mit knäblicher Unbesonnenheit. — *relictum* esse, nempe Octavium.

hoc metuere, alterum in metu non ponere? — Quin etiam hoc ipso tempore multa ὑποσόλοικα. Pontii Neapolitanum a matre tyrannoctoni possideri! Legendus mihi saepius est Cato maior ad te missus. Amariorem enim me senectus facit. Stomachor omnia. Sed mihi quidem βεβίωται. Viderint iuvenes. Tu mea curabis, ut curas. Haec scripsi seu dictavi, apposita secunda mensa, 4
apud Vestorium. Postridie apud Hirtium cogitabam: et quidem πεντέλοιπον. Sic hominem traducere ad optimates paro. Λῆρος πολύς. Nemo est istorum, qui otium non timeat. Quare talaria videamus. Quidvis enim potius quam castra. Atticae salutem plurimam velim dicas.

— *Hoc met. . . . ponere*, „als die Monarchie zu fürchten und von dem Erben derselben Nichts zu besorgen." Ein Iamb. senar. — ὑποσόλοικα i. e. subabsurda et secum pugnantia fiunt, spectantur, conspiciuntur. Vid. ep. 685, 2. — *Pontii Neap.*, fundum Pontii Aquilae apud Neapolim. Is exosus Caesari, quod triumphanti et subsellia tribunitia praetervehenti non assurrexisset. Idem postea in Caesarem coniuravit; et legatus Decimi Bruti in Mutinensi proelio cecidit. *POPMA.* Vid. ad Attic. V, 2. 3. 4. I, 2. VII, 2. ad Famil. X, 33. Philipp. XIII, 2. Sueton. Iul. c. 78. — *a matre tyrannoctoni*, Servilia, Bruti matre. Vgl. ep. 685, 1. am Ende. 690, 2. Über den Infinit. affectvoller Frage s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311. Anm. Servilia war seit vielen Iahren Cäsars Vertraute gewesen, die von ihm unter andern eine Perle von 6,000,000 Sestertien = 600,000 Gulden an Werth zum Geschenk erhielt. Höchst auffallend war es, dass die Mutter eines Brutus die Frechheit hatte, die ihr von Cäsar geschenkten Güter eines seiner Mitverschworenen noch beizubehalten. — *Legendus*, wovor attamen zu ergänzen. — *mihi . . . βεβίωται*, vita transacta est, ich habe ausgelebt. Über den Dativ. Graec. s. Ramsh. §. 124. — *Vid. iuv.*, mögen die iungen Leute sich um Dergleichen bekümmern! Wer die iuvenes, s. folg. Br. §. 2.

4. *apud Vestorium* Puteolis. S. ep. 704 am Ende. — *apud Hirtium* esse *cogitabam* = cogito. — πεντέλοιπον, und zwar als dem einzigen von den Fünfen; wie ep. 709, 4. Si vera est lectio, nihil aliud significare potest quam Hirtium unum esse reliquum e quinque (Balbo, Hirtio, Pansa, Octavio, Philippo epist. 691), quos scil. ad optimates traducere cuperet. *SCH.* Vid. ep. 704, 4. Sic Cdd. noti, Asc. pr. Vict. seq. παντελιπόν Iunta. πᾶν τελικόν Asc. sec. Crat. *ORELLI.* Schütz schlägt δειπνολόγον, lautitias in epulis amantem earumque gnarum existimatorem nach ep. 450 vor. Wiel. Gräter παντέλικον von παντελής, den vollendeten Cäsarianer d. i. mit welchem, wenn man ihn zur Partei der Optimaten herüber ziehen könnte, Alles (πᾶν τέλος) gewonnen wäre. Vgl. ad Divers. XI, 1. ad Attic. XV, 5. — *Sic* d. i. so sehr Viel liegt mir daran ihn zu gewinnen. Sch. erklärt inter cenam. — Λῆρος πολύς, mit den Anderen den Versuch zu machen, würde eine grosse Posse sein. — *otium*, pacem. — *talaria videamus* i. e. paremus, ut hinc abeamus. *MANUT.* „Darum wollen wir uns auch nach Flügelschuhen (wie Merkur trägt) umsehen. — *Quidvis* . .

Exspecto Octavii concionem, et, si quid aliud; maxime autem, ecquid Dolabella tinniat, an in meo nomine tabulas novas fecerit.

EPISTOLA DCCVI. (ad Att. XIV. 22.)

Scr. in Puteolano Id. Mai. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Scribit se mox Arpinum discessurum significatque Caesarianos otium timere et ad bellum spectare. 1-2.

CICERO ATTICO S.

Certior a Pilia factus mitti ad te Idibus tabellarios, statim hoc nescio quid exaravi. Primum igitur scire te volui me hinc Arpinum XVI. Kalend. Iun. Eo igitur mittes, si quid erit posthac: quamquam ipse iam iamque adero. Cupio enim ante, quam Romam venio, odorari diligentius, quid futurum sit. Quamquam vereor, ne nihil coniectura aberrem. Minime enim obscurum est, quid isti moliantur — meus vero discipulus, qui hodie apud me coenat, valde amat illum, quem Brutus noster sauciavit: — et, si quaeris — perspexi enim plane — timent otium: ὑπόθεσιν autem hanc habent eamque prae se ferunt, virum clarissimum interfectum, totam rem publicam illius interitu perturbatam; irrita fore, quae ille egisset, simul ac desistemus timere: clementiam illi malo

---

castra, „denn Alles in der Welt lieber als noch einmahl im Lager zu stehen!“ Cicero hatte das im Lager des Pompeius satt bekommen. — *Oct. conc.* S. ep. 704, 5. — *ecquid Dol. tinniat*, ob Dolabella noch Nichts klingeln lasse; i. e. an pecuniam mihi debitam annumeret, quae tinnire ac sonare solet. *GRONOV.* — *an . . . fecerit*, oder ob er, um meiner Schuld los zu werden (sich zu erledigen) neue Gesetze zur Schulderlassung erwirkt habe; an de hac pecunia mecum sic agat, quasi novas tabulas fecerit, quibus pecuniae creditorum debitoribus condonantur. *SCH.*

1. *Ibid.* Mai., am 15. Mai. — *exaravi*, scripsi. — *XVI. Kalend. Iun.*, am 17. Mai. Ergänze profecturum esse. — *iam iamque*, bald bald, in Kurzem. — *enim* = δὲ, doch. — *quid futurum sit*, Was uns bevorstehen werde. — *ne nihil coni. aberr.*, dass ich mich in meiner Vermuthung gar nicht irren dürfte. *ne a coniectura* Crat. sola. cfr. Hand ad *Wopkens* p. 190. *ORELLI.* — *Minime*, Asc. pr. *Nemini. ORELLI.* — *discipulus* Hirtius, quia utebatur Cicerone declamandi magistro. *SCH.* S. ep. 471. Philipp. I, 15. XII, 4. — *amat illum*, Caesarem. — *si quaeris*, wenn Du es wissen willst; mit einem Worte. S. Ramsh. §. 190, Anm. 1. a. — *perspexi.* S. ep. 707, 3. — ὑπόθεσιν, argumentum sermonis; „ihr ewiges und lautes Gespräch dreht sich um den Punkt.“ — *egisset*, gethan und verordnet hätte = eius acta. — *desistemus*, pro quo *desisteremus*

fuisse; qua si usus non esset, nihil ei tale accidere potuisse. Mihi autem venit in mentem, si Pompeius cum 2
exercitu firmo veniat, quod est εὔλογον, certe fore bellum. Haec me species cogitatioque perturbat. Neque enim iam, quod tibi tum licuit, nobis nunc licebit. Nam aperte laetati sumus. Deinde habent in ore, nos ingratos. Nullo modo licebit, quod tum et tibi licuit et multis. Φαινοπροσωπητέον ergo et ἰτέον in castra? Millies mori melius, huic praesertim aetati. Itaque me Idus Martiae non tam consolantur quam antea. Magnum enim mendum continent. Etsi illi iuvenes

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον.

Sed, si tu melius quippiam speras, quod et plura audis et interes consiliis, scribas ad me velim simulque cogites, quid agendum nobis sit super legatione votiva. Equidem in his locis moneor a multis, ne in senatu Kalendis. Dicuntur enim occulte milites ad eam diem comparati, et quidem in istos; qui mihi videntur ubivis tutius, quam in senatu, fore.

Faërni susp. prob. Ursin. *desistamus* de Ern. susp. Sch. Lün. Deberet esse *destiterimus*. *ORELLI.* — *potuisse* emendavit Crat. pro *potuisset* Md. Oxon. 1. 2. Asc. utraq. *ORELLI.* So sprachen Hirtius und Consorten.

2. *Pompeius.* „Alii" in M. 1584. *si Sextus.* — εὔλογον, probabile. — *certe.* Ern. Sch. Lün. *certo. ORELLI.* — *species cogitatioque* st. cogitatio speciosa, dieser Gedanke, der sich wohl hören lässt, Viel für sich hat. Eine Hendiadys. — *quod tibi tunc licuit,* ut neutram partem sequereris in bello civili, Caesaris et Pompeii. — *aperte* = apertius, zu sichtbar. S. Ramsh. §. 203. II, a, 2. *laetati sumus* Idibus Martiis. — *nos ingratos* in Caesarem fuisse. — *Nullo* igitur *modo.* — *multis* aliis. — Φαινοπρ., vultus ostendendus i. e. voluntas ostendenda est, ich sollte mich also gradezu erklären u. in's Lager wandern müssen? — *huic,* meae. — *Magn.. . continent,* denn er trägt einen grossen Fehler in sich. — *Etsi . . ψόγον,* gleichwohl weisen unsere iungen Freunde (Brutus u. s. w.) durch ihre anderweitigen Verdienste diesen Tadel zurück. Daher kein Wort weiter davon! — ἀπωθοῦνται, amoliuntur. Sophocleum videtur Valckenario Diatr. ad Eurip. p. 192. — *super legatione votiva* vel libera, quam petere cogitabat discessionis causa. cf. Philipp. I. c. 2. *MANUT.* S. ep. 693, 4. 719, 1. u. s. w. Die legatio votiva bestand in dem Gesandschaftstitel, den sich ein Römischer Senator ertheilen liess, damit er unter dem Vorwande, irgend ein Gelübde in einer Provinz erfüllen zu wollen, mit Ehren sich aus Rom auf eine Zeitlang entfernen und dem Staate entziehen dürfte. S. ad Attic. IV, 2 extr. u. XV, 11 extr. — *Kalendis* Iuniis adsim, appaream. S. ep. 699, 2. 694, 4. — *comparati,* bestellt, bereit sein. *comparari* de Corrad. susp. Sch. in Ed. mai. Lün.; ut ep. 719, 2. — *in istos,* Brutum et Cassium ceterosque Caesaris interfectores.

EPISTOLA DCCVII. (ad Att. XV. 1. A.)

Scr. in Puteolano a. d. XVI. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Alexionis mortem dolet; exponit, quid cum Hirtio egerit; et quid sibi de Antonio et de Bruto videatur; denique addit quaedam domestica. 1-5.

CICERO ATTICO S.

O factum male de Alexione! Incredibile est, quanta me molestia affecerit; nec mehercule ex ea parte maxime, quod plerique mecum: „Ad quem igitur te medicum conferes?“ Quid mihi iam medico? aut, si opus est, tanta inopia est? Amorem erga me, humanitatem suavitatemque desidero. Etiam illud: quid est, quod non pertimescendum sit, quum hominem temperantem, summum medicum tantus improviso morbus oppresserit? Sed ad haec omnia una consolatio est, quod ea conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recu-
2 sare debeamus. De Antonio iam antea tibi scripsi non esse eum a me conventum. Venit enim Misenum, quum ego essem in Pompeiano: inde ante profectus est, quam ego eum venisse cognovi. Sed casu, quum legerem tuas literas, Hirtius erat apud me in Puteolano: ei legi, et egi. Primum quod attinet, nihil mihi concedebat: deinde ad summam, arbitrum me statuebat non modo huius rei, sed totius consulatus sui. Cum Antonio autem sic agemus, ut perspiciat, si in eo negotio nobis satisfecerit, totum me futurum suum. Dolabellam spero domi esse.

---

1. *O factum male de Alexione*, o des harten Geschickes, den Alexio so schnell verloren zu haben! Hic Alexio, qui fuerat medicus Ciceronis, alius esse videtur, atque ille, qui in Epiro Attici negotia curabat (ep. 618). Sch. S. ad Attic. VII, 2. (293). XV, 2. (709, 4). 3. (710, 2). — *ex ea parte*, und in der That nicht grade am Meisten von der Seite her d. i. desswegen. — *mecum* loquuntur. — *te . . conferes*, wirst Du nun Deine Zuflucht nehmen? — *medico* opus est? wie könnte es mir noch um einen Arzt zu thun sein? — *inopia* medicorum, Mangel an Ärzten. — *Amorem* Alexionis. — *suavit.*, reizenden Umgang. — *Etiam illud* me non maxime molestia afficit, quod plerique mecum loquuntur: *quid est* cet. — *Sed . . est*, haben wir doch. — *recusare*, abweisen. Vgl. Tuscul. III, 16, 34 u. das. Moser.

2. *non esse . . conventum*, ich hätte ihn nicht getroffen. S. ep. 699, 2. 704, 2. — *et egi* cum eo de re Buthrotia. S. ep. 692, 1. — *Primum quod attinet*, gleich anfangs. — *nihil mihi concedebat*, gab er mir im Eifer für diese Angelegenheit Nichts nach i. e. rem Buthrotiam aeque atque ego videbatur cupere. *MANUT.* Vgl. zu *conced.* ep. 592 *non concedit Camillo.* — *deinde*, hernach ernannte er mich sogar. — *ad summam*, überhaupt. — *arbitrum*, zum Gebieter über. — *tot. cons.* proximo anno gerendi. — *in eo* Buthrotiorum *negotio*. Vgl. ep. 704. — *domi esse*, „er werde einmahl zu

Redeamus ad nostros: de quibus tu bonam spem te significas habere propter edictorum humanitatem. Ego autem perspexi, quum a me XVII. Kal. de Puteolano Neapolim Pansae conveniendi causa proficisceretur Hirtius, omnem eius sensum. Seduxi enim et ad pacem sum cohortatus. Non poterat scilicet negare se velle pacem; sed non minus se nostrorum arma timere quam Antonii: et tamen utrosque non sine causa praesidium habere; se autem utraque arma metuere. Quid quaeris? *Οὐδὲν ὑγιές.* De Q. filio tibi assentior: patri quidem certe gratissimae et bellissimae tuae literae fuerunt. Caerelliae vero facile satisfeci; nec valde laborare mihi visa est: et, si illa, ego certe non laborarem. Istam vero, quam tibi molestam scribis esse, auditam a te esse omnino demiror. Nam quod eam collaudavi apud amicos, audientibus tribus filiis eius et filia; *οὐ ταὐτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.* Quid est

3 (margin, beside "Redeamus ad nostros") — 4 (margin, beside "utraque arma metuere ... De")

Hause sein" d. i. mir bezahlen. Denn schlechte Schuldner verläugnen sich gern.

3. *ad nostros*, Brutum et Cassium. — *edictorum*. S. zu 704, 3. u. 4. — *XVII. Kal. Iun.*, am 16. Mai. S. ep. 706, 1. — *seduxi*, ich zog ihn bei die Seite. — *sed* dixit, Was in *negavit* versteckt liegt. S. Ramsh. §. 205, 3, c. — *praesidium*, beide liessen sich nicht ohne begründete Ursache von Leibwachen begleiten. — *utraque*, et nostrorum et Antonii. — *metuere*. Denn Waffen auf beiden Seiten lassen immer einen Ausbruch des Krieges befürchten. Man sieht, dass es beiden kein Ernst mit dem Frieden ist. — *Οὐδὲν ὑγιές*, nihil sanum; ich ahne Nichts Gutes.

4. *De Q. filio*. S. ep. 704, 3. 699, 3. — *bellissimae*. Sic Oxon. 2. si fides collatori. Bos. Seqq. *gratissimae et bellae* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Man. Lamb. *gratissima et bella* Oxon. 1. Malim *gratissimae bellissimae tuae literae*. Non enim dicitur *bellus alicui*. *ORELLI*. Allein bloss *gratissimae* bezieht sich auf *patri* und *bellissimae* ist das Urtheil unseres Cicero: „und wirklich war Dein Brief allerliebst." Man supplire hinter *et* das Wörtchen sane. — *Caerelliae*, quae a Publilia et matre fuerat legata ad Ciceronem, ut de reconciliatione ageret (Vid. ep. 701, 4). *POPMA*. — *facile satisfeci* i. e. ei persuasi, mihi Publiliam dimissam in matrimonium recipere nec libere nec licere. *SCH*. — *laborare*, sich Viel darum zu kümmern, daraus zu machen. — *si illa* laborarit. — *Istam vero*. Intelligunt Publiliae matrem. Verum ei, quae sequuntur, parum conveniunt. Accipio de alia muliere, quae, quum Cicero eam collaudasset, sibi persuaserat eum sui amore captum esse, Atticumque rogaverat, ut Ciceroni scriberet, ne ambagibus uteretur, sed plane se eius matrimonium ambire ostenderet. *SCH*. — *aud. a te esse*, dass Du ihr überhaupt Gehör vergönnt hast. — *οὐ ταὐτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ*, non idem ex eodem sequitur; denn es folgt nicht immer daraus, dass man Absichten hat. Potest interdum fieri, ut aliquis mulierem collaudans idem sit eius amator; ridiculum autem esset, quicunque eam collaudaverit, eum continuo procum eius putare. *SCH*. Sic Bos. coni. incerta. Legi forte possit: *τί ἐστι τοῦτο;*

hoc? Quid est autem, cur ego personatus ambulem? Parumne foeda persona est ipsius senectutis? Quod Brutus rogat, ut ante Kalendas; ad me quoque scripsit: et fortasse faciam. Sed plane, quid velit, nescio. Quid enim illi afferre consilii possum, quum ipse egeam consilio, et quum ille suae immortalitati melius quam nostro otio consuluerit? De regina, rumor exstinguetur. De Flamma, obsecro te, si quid potes.

EPISTOLA DCCVIII. (ad Att. XV. 1. B.)

Scr. in Sinuessano a. d. XV. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De Piliae bona valetudine; de Bruti oratione Capitolina. 1-2.

CICERO ATTICO S.

Heri dederam ad te literas exiens e Puteolano, di-

---

ut, quod sequitur, fuerit interpretatio quaedam adiecta: *quid est hoc?* Nam in Md. Vict. *TOECTOTOT.* in Crusell. *TO EK TOT TOT. ORELLI.* — *quid est hoc?* Was will das eben sagen? Was beweiset das? quod istam mulierem collaudavi apud amicos eius, audientibus filiis et filia, quis inde colligere possit, me eius matrimonium appetere? *SCH.* Dieser stellt mit Lünem. die Worte so: *filia; quid est hoc? οὐ ταὐτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.* — *cur ego personatus ambulem* (ambiam?) i. e. si velim huius mulieris nuptias appetere, cur ambagibus utar et quasi personam induam? *SCH.* — *Parumne . . senectutis?* i. e. At ipsius senectus iam satis foeda persona est, quae me ab eius nuptiis absterrere possit, ut necesse non sit mihi quoque personam dissimulati amoris induere. *SCH.* Cicero sah auch auf Schönheit (S. ep. 515); u. bei Plutarch in Vit. Cic. c. 41. wirft Terentia ihm vor, er habe die Publilia ἔρωτι τῆς ὥρας geheirathet.

5. *ut ante Kalendas* scil. ad se veniam. — *nostro otio*, als für unsere Ruhe. Denn es hatte ihm ganz an einem Plane gefehlt, Was nach Cäsars Ermordung zu thun sei, um den Staat wieder herzustellen. — *De regina* Cleopatra. Sie war nach Rom gekommen, den Cäsarion zu Cäsars Thronerben zu machen; aber nach Cäsars Ermordung wieder nach Ägypten entflohen. S. ep. 704, 2. 688, 1. — *De Flamma* i. e. de Flaminio Flamma, obsecro te, si quid potes, age; id est ne Montanus pro eo dependat. *MANUT.* Vid. ep. 581 u. 698, 4. Asc. 1. u. Crat. haben *De Flavia.* S. ad Divers. XIII, 31 (499 dies. Ausg.).

1. *Heri.* Novae epistolae initium hic statuunt Cdd. Iunii, Oxon. 1. 2. Lall. Sch. in Ed. Mai. Lün. *Here* habent Margo Md. Cdd. Malasp. Cdd. Regii. Margo Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. Lall. = *Heri* Ern. Sch. Lün. *Hercle* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. cfr. Priscianum T. 1. p. 622. *Krehl. ORELLI.* S. Quinctilian. I, 7, 22. vgl. mit I, 4, 7. G. Fr. Grotef. gröss. Lat. Grammat. 2. Bd. §. 167. über *here* u. *heri.* — *literas*, nempe epistolam 707. — *bene*

verteramque in Cumanum. Ibi bene valentem videram Piliam. Quin etiam paullo [post] Cumis eam vidi. Venerat enim in funus: cui funeri ego quoque operam dedi. Cn. Lucullus, familiaris noster, matrem efferebat. Mansi igitur eo die in Sinuessano: atque inde mane postridie Arpinum proficiscens hanc epistolam exaravi. Erat au- 2
tem nihil novi, quod aut scriberem aut ex te quaererem; nisi forte hoc ad rem putas pertinere: Brutus noster misit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina; petivitque a me, ut eam, nec ambitiose corrigerem ante, quam ederet. Est autem oratio scripta elegantissime sententiis: verbis, ut nihil possit ultra. Ego tamen, si illam causam habuissem, scripsissem ardentius. Ὑπόθεσις vides quae sit [et] persona dicentis. Itaque eam corrigere non potui. Quo enim in genere Brutus noster esse vult et quod iudicium habet de optimo genere dicendi, id ita consecutus est in ea oratione, ut elegantius esse

---

val., wieder hergestellt. — *[post] Cumis eam vidi.* Sic Lamb. 1566 coni. Rursus de Ern. susp. Sch. *etiam paullo Cumis eam v.* Cdd. Tornaes. Crusell. *paullo deinceps eam v.* de Graeteri coni. vix Latina Lünem. *ORELLI.* — *in funus*, „um einem Leichenbegängnisse beizuwohnen." Über die Wiederholung dieses Worts nach dem Relativ. s. Ramsh. §. 159, 3, d, N. 2. — *Cn. Lucullus.* S. ep. 704, 1. *matrem effer.*, liess seine Mutter bestatten. — *in Sinuessano*, bei Sinuessa, einer Röm. Kolonie im Lande der Aurunci in Latium an der Grenze von Campanien nahe am Meere.

2. *ad rem pertinere*, dahin gehören. — *Capitolina.* Appianus Libr. II. recitat orationem habitam a Bruto et Cassio ad populum in Capitolio statim a Caesaris nece. Cuius ὑπόθεσις sive argumentum de tyranno interfecto et patria liberata. *POPMA.* Non in ipso Capitolio habita est oratio, sed M. Brutus cum Cassio descendit in forum. Nec ipsam Bruti orationem Appianus (libr. II. de B. Civil. c. 122. p. 345 ed. Schweigh.) recitat, sed argumentum tantum eorum, quae Brutus et Cassius dixerint, breviter exponit. Hanc orationem suam Brutus postea demum, ut saepe factum scimus, conscripsit, non qualem habuit — subito enim tum dixerat — sed qualem habere potuisset. *SCH.* — *nec ambitiose* i. e. severa lege, sine assentatione. *SCH.* „und zwar ohne Schmeichelei, strenge." — *sententiis*, was die Gedanken, Kernsprüche betrifft; *verbis* ita, *ut nih. p. ultra*, den Worten nach so, dass Nichts darüber geht. — *causam* = ὑπόθεσιν, hätt' ich den Gegenstand zu behandeln gehabt." Schütz strich *causam* und setzte an dessen Stelle ὑπόθεσιν, was er nachher ausliess. So Lünem. — *Ὑπόθεσις vides quae sit [et] pers. dic.* Schütz u. Lünem. *Vides, quae sit p. dicentis* i. e. Vides Brutum esse auctorem orationis, qui aliud genus dicendi probat et in ea re a me dissentit. Er liebte den Stil der Redner, welche behaupteten, die Wahrheit bedürfe keines Schmucks der Einkleidung zu Erregung von Gemüthsbewegung. — *genere dicendi*, „denn den Stil, worin Brutus sich nun einmahl nach sei-

nihil possit. † Sed ego solus alius sum; sive hoc recte sive non recte. Tu tamen velim orationem legas, nisi forte iam legisti, certioremque me facias, quid iudices ipse. Quamquam vereor, ne cognomine tuo lapsus, *ὑπεραττικὸς* sis in iudicando. Sed si recordabere *Δημοσθένους* fulmina, tum intelliges posse et *ἀττικώτατα* gravissime dici. Sed haec coram. Nunc nec sine epistola nec cum inani epistola volui ad te Metrodorum venire.

EPISTOLA DCCIX. (ad Att. XV. 2.)

Scr. XV. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De Buthrotiorum negotio ac L. Antonii et Octavii concionibus breviterque de aliis rebus. 1-4.

CICERO ATTICO S.

xv. Kalend. e Sinuessano proficiscens quum dedissem ad te literas devertissemque a Cumis, in Vescino accepi a tabellario tuas literas; in quibus nimis multa de Bu-

---

nem Ideal von Beredsamkeit umherbewegen will, hat er . . . in dem Grade erreicht, dass. — *solus alius.* Sic corrupte Edd. meae praeter Lallem., qui de Malasp. et Urs. sententia: *totus alius* prob. Spalding. ad *Quintil.* 9, 4, 1. *solus aliud* Md. Oxon. 2. *ὅλος alius* Tunstall. p. 205. *scilicet alius* de Ern. susp. Sch. Lün. Latet nescio quid de Atticismo Apollonii Molonis, scite temperato cum genere Rhodio, quem Atticismum nimis tenui illi et exsangui imitatorum Lysiae anteferebat Tullius. Itaque coniicere possis: *ego Molonianus sum.* Sed in *solus aliud* aeque Graecum v. latere potest atque mox in Medicei *hyperaticus ὑπεραττικός*, in eiusdem *Attico tota* (Asc. I. Crat.) *ἀττικώτατα. ORELLI.* Über Molon s. Brut. c. 90. ad Attic. II, 1. extr. Quintil. III, 1, 14. XII, 6, 7. — *ὑπεραττικός* scil. secundum eam opinionem, quae tum erat vulgo de genere Attico scribendi, quam refellit Cicero pluribus locis v. c. Orat. c. 10. *ERN.* „Gleichwohl besorg' ich, Du mögest durch Deinen Beinamen verleitet auch ein wenig zu Attisch in Deinem Urtheile sein.“ Cicero suchte seine Zuhörer zu ergreifen, unbekümmert um iene Schlichtheit des Attischen Vortrags, die Brutus in Schutz nahm; daher man ihm vorwarf, er sei parum Atticus. Was für Vorwürfe hätte er vollends von den Stoïkern zu erwarten gehabt, die allen Rednerschmuck verwarfen! — *fulmina, βέλη*, Blitzstrahlen, womit z. B. Cicero den Catilina niederdonnerte. — *posse . . dici,* dass mit den grössten Attischen Schönheiten der höchste Nachdruck vereinbar sei. — *et graviss.* Lamb. Placet. *OR.* — *Metrodorum.* S. ep. 662. Er war Cicero's libertus u. Arzt.

1. *XV. Kal.* Iun., am 18. Mai. — *e Sinuessano.* S. vorig. Br. §. 1. — *in Vescino* agro inter Massicum montem et Lirim fluvium. Vid. Martial. XIII, 31. Lucan. II, 425. Liv. X, 20. — *nimis multa* scripsisti; mehr als nöthig. — *de Buthroto.* S. zu ep. 692, 1.

throto. Non enim tibi ea res maiori curae aut est aut erit quam mihi. Sic enim decet te mea curare, tua me. Quamobrem id quidem sic susceptum est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius. L. Antonium concionatum esse 2
cognovi tuis literis et aliis sordide: sed, id quale fuerit, nescio. Nihil enim scripsisti. De Menedemo, probe. Quintus certe ea dictitat, quae scribis. Consilium meum a te probari, quod ea non scribam, quae tu a me postularis, facile patior: multoque magis id probabis, si orationem eam, de qua hodie ad te scripsi, legeris. Quae de legionibus scribis, ea vera sunt. Sed non satis hoc mihi videris tibi persuasisse, † quid de Buthrotiis nostris

---

— *susceptum est mihi*, ich habe mich der Sache angenommen. Über den Dativ. Graec. s. Ramsh. §. 124. — *antiquius*, theurer.

2. *L. Anton.*, triumviri fratrem. S. ep. 704, 5. — *sordide*, iämmerlich. — *quale*, welches Inhalts. — *De Menedemo, probe.* „Was Du vom M. schreibst, hat meinen ganzen Beifall.“ Menedemus sine dubio hic est, quem Antonius hospitem Caesaris et civitate ab eo donatum scripserat in literis ad Hirtium et Octavium, quam Cicero in Philipp. XIII. in senatu recitatam perstringit. Ibi eum Cicero *nequissimum Graeculum* vocat. Antonius autem eum securi percussum esse questus erat. Videtur igitur iam paullo ante, quam hanc epistolam Cicero scriberet, aliquid de hoc Menedemo eiusque nequitia eique intentata caede percrebuisse, quod Cicero his verbis ut bonum factum probat; epistola autem 711, 4. quum id falsum fuisse rescisset, scribit: *de Menedemo vellem verum fuisset. SCH.* Ein ähnliches Subiect war Herophilus Pseudo-Marius ep. 579, 1. 685, 1. — *dictitat*, sagt Das überall; nämlich, dass er des Antonius rechte Hand sei. S. ep. 704, 5. — *quae tu a me postularis* i. e. historias sui temporis (Vid. ep. 694, 5). *ERN.* — *orationem* Bruti. — *scripsi.* ep. 708, 2. — *de legionibus* ab Antonio e Macedonia in Italiam vocatis. *ERN.* S. ep. 765, 2. Cäsar hatte dem Antonius die Verwaltung von Macedonien bestimmt; dieser wollte aber ietzt Gallien zur Provinz und liess desshalb die Legionen aus Macedonien zurückkommen. Das hielt nun Attikus für ein glückliches Ereigniss in Betreff seines Buthrotums, das einen Theil des Macedonischen Verwaltungsdistricts ausmachte, und in welchem Cäsar den Soldaten Ländereien angewiesen hatte. — *sed non satis . . . . te non fallet.* „Aber eben dadurch, dass Du von dem Abzuge der Legionen aus Macedonien so viel Gutes für die Buthroter Dir versprichst, scheinst Du zu verrathen, dass Du noch keinen überzeugenden rechten Glauben an Das hast, was Du doch wohl für die Buthroter als durch den Senat erwirkbar erwarten könntest. Dass aber ihr Gesuch durch den Senat könne erwirkt werden (de Buthrotiis confici posse), glaub' ich noch immer. Denn so Viel sehe ich, siegen werden wir freilich nicht; aber, wenn auch diese Hoffnung des Sieges über Antonius fehlschlägt, so wird doch Deine Hoffnung in Hinsicht der Buthroter nicht fehlschlagen. Vgl. 694. u. 737. u. 711. I am Ende. Locus corruptus. Sic Cdd. plerique (Md.) et Edd. praeter Lall. et Sch. Distinctio nostra est in Grat. et Ernest. 1.

per senatum speres confici posse; quod puto. Tantum enim video, non videmur esse victuri. Sed, si etiam nos
3 hoc fallat, de Buthroto te non fallet. De Octavii concione idem sentio, quod tu: ludorumque eius apparatus, et Matius ac Postumius mihi procuratores non placent. Saserna collega dignus. Sed isti omnes, quemadmodum sentis, non minus otium timent quam nos arma. Balbum

---

Ceteri, Vict. Man. Lamb. Bos. Graev. *posse. Quod puto — tantum enim video — non videmur e. v.* Praeterea pro *quid de B.: qui de B.* Cdd. Lamb. Regii. Lall. Pro *non videmur* Lamb. volebat *nos videmur.* I. F. Gronov. susp. *Sed non satis haec* (quae de legionibus scribis) *mihi videris tibi persuasisse, qui de B. nostris per senatum speres confici posse. Haud puto. Quantum video, non videmur victuri* (sed armis Antonii perituri). Sch. coni. in Ed. min. cum Lallem. (Lün.) *Sed n. s. hoc m. v. t. p., quid de B. nostris per senatum speres; confici posse puto. Quantum enim video, nos videmur esse victuri* (i. e. effecturi a v. *vincere*). Ego sic dedi: *qui de B. . . posse. Quod puto — tantum enim video — non videmur esse victuri.* Iam prior pars Ern. lectionis et distinctionis congruit cum historia; cfr. *Lib.* 16, *Ep.* 16; et rectius *quod puto* iungitur cum vv. *confici posse,* ut saepe sic postponitur *quod puto, quod credo* v. c. *Lib.* 15. Ep. 4, 1. Sed nullam tum video coniunctionem sententiarum in v. *Tantum enim video* cet.; *enim* certe abesse deberet. Ex lectione Lall. Cicero tunc temporis dubitasset, an res per senatum confici posset: et magno opere nunc displicet: *Quod puto* pro *quantum puto:* sed *tantum enim video* habet, quo referatur: totaque ratio proxime accedit ad eam sententiam, quam sua coniectura exprimere volebat Gronov. In Sch. coni. id prorsus falsum videtur, quod Cicero bonos victores fore sperat. Quoties enim in his epistolis et de victoria et de vita desperat! Malim nunc: *qui de B. . . posse. Haud puto. Tantum enim video: non videmur esse victuri. ORELLI.* — *Sed, si etiam nos fallat,* inquit, ut senatus consultum non obtineamus. *SCH.* In hoc, quod putem nos Antonii armis perituros esse, si vanus sum vates. *GRONOV.* — tamen *de Buthroto te non fallet* scil. spes tua, quoniam si non per senatum, tamen alio modo res conficietur: id quod factum esse videmus per Dolabellam. Cf. ep. 737. *SCH.*

3. *De Octavii concione.* S. zu ep. 704, 5. — *ludorumque.* Intelligit eos ludos, quos Caesaris victoriae sive ex voto Caesaris ob victoriam Pharsalicam Veneri Genetrici Octavius s. Caesar adolescens fecit, de quibus Sueton. in Oct. c. 10. et Matius in ep. ad Cic. b. ed. 717, 6. *SCH.* Iulius Cäsar gab vor, durch Iulius, den Sohn des Äneas, von der Venus abzustammen. Diese Spiele der Venus Genetrix dem Gelübde gemäss zu feiern war er durch seine Ermordung behindert worden. *Matius* (s. zu ep. 356 im Anf.), *Postumius* (s. ep. 514.) und *Saserna* (s. de Bell. Afric. c. 9.) waren die eifrigsten Anhänger Cäsars gewesen. Es konnte daher dem patriotischen Cicero nicht gefallen, dass Octavius diesen sein Vertrauen schenkte und durch sie iene Spiele besorgen liess. S. ep. 716 u. 717. — *dignus* illis. Ironie! — *Balbus* maior (s. zu ep. 339)

levari invidia per nos velim: sed ne ipse quidem id fieri posse confidit. Itaque alia cogitat. Quod prima dispu- 4
tatio Tusculana te confirmat, sane gaudeo: neque enim ullum est perfugium aut melius aut paratius. Flamma quod bene loquitur, non moleste fero. Tyndaritanorum causa, de qua † causa laborat, quae sit, ignoro. Hos tamen. *Πεντέλοιπον* movere ista videntur, in primis erogatio pecuniae. De Alexione doleo; sed, quoniam inciderat in ita gravem morbum, bene actum cum illo arbitror. Quos tamen secundos heredes, scire vellem, et diem testamenti.

---

war als gewesener Cäsarianer den Verschworenen verdächtig. — *levari invidia*, dass . . . von Verdacht und Blame befreiet würde. — *alia cogitat*, er muss also doch auf Anderes sinnen.

4. *te confirmat* scil. ad mortem contemnendam. *CORRAD.* — *paratius*, kräftigeres Mittel gegen die Laune des Schicksals, als die Kunst den Tod zu verachten. — *Flamma quod b. loq.*, dass Flamma ietzt gute Worte gibt. S. ep. 698, 4. — *Tyndaritanorum* urbem *Tyndarida* Siciliae incolentium. Eine Küstenstadt im nördlichen Sicilien am Fl. Helicon, den Liparischen Inseln gegenüber. S. Verrin. III, 65. V, 49. Plin. H. N. II, 9. III, 8. Als Syrakusische Kolonie durch Dionysius nach Tyndarus, dem Vater des Castors u. Pollux, benannt. Wahrscheinlich hatte sie sich zu patriotisch bewiesen. — *laborat.* Locus corruptus. Sic Md. Cod. Crusell. Asc. 1. Crat. Vict. 2. *de qua Pansa laborat* Cd. Ursin. Margo 1584. Haud displicet. *de qua laboras* Man. Lamb. *de qua tam laboras* Helmst. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *Hos tamen* scil. *defendemus*, si opus erit. Eine Ellipse, wie *Quos ego.* — *Πεντέλοιπον*, Hirtium, ut supra ep. 705, 4. — *ista*, quae Antonius agit ad Caesarianos sibi conciliandos, Was Antonius thut, um die alten Cäsarianer zu bestechen und zu gewinnen. — *movere*, wankend zu machen. Cicero fürchtet, Antonius möchte ihn auch durch seine Spenden gewinnen. — *erogatio pecuniae* publicae, a Caesare ad Opis aedem depositae, quam Antonius avertit et ad arbitrium suum erogavit. Vid. Philipp. I, 7. II, 37. et ep. 794, 5. hui. edit. — *De Alexione.* S. ep. 707, 1. — *ita*, Md. a pr. m. *ira*, a sec. m. *tam. ORELLI.* — *heredes* fecerit Alexion. Die vornehmen Römer hatten nach Appian die Gewohnheit ihren Erben sogleich noch andere (secundos) als Nachfolger beizuschreiben, falls iene bei Eröffnung des Testaments nicht mehr leben oder nicht fähig sein sollten, die Erbschaft anzutreten. — *vellem.* Lege *velim*; ut semper in hac formula. *OR.* — *diem*, an welchem sein Testament unterzeichnet ist.

EPISTOLA DCCX. (ad Att. XV. 3.)

Scr. in Atinati XI. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Respondet duabus Attici epistolis. 1 — 2.

CICERO ATTICO S.

xi. Kalend. accepi in Atinati duas epistolas tuas, quibus duabus meis respondisti. Una erat xv. Kal., altera xii. data. Ad superiorem igitur prius. Accurres in Tusculanum, ut scribis, quo me vi. Kal. venturum arbitrabar. Quod scribis parendum victoribus: non mihi quidem, cui sunt multa potiora. Nam illa, quae recordaris, Lentulo et Marcello consulibus acta in aede Apollinis, nec causa eadem est nec simile tempus, praesertim quum Marcellum scribas aliosque discedere. Erit igitur nobis coram odorandum et constituendum, tutone Romae esse possimus. Novi conventus habitatores sane movent. In magnis enim versamur angustiis. Sed [si] ista parvi:

---

1. *xi. Kal. Iun.*, am 22. Mai. — *in Atinati* campo, agro, auf meinem Landgute bei Atina, einer Stadt im Lande der Volsci nahe bei Arpinum. — *xv. Kal.* vom 18.; *xii.* vom 21. — *prius* respondebo. — *vi. Kal.*, am 27. Mai. — *arbitrabar* = arbitror. — *non mihi quidem* ita videtur, so ist diess wenigstens nicht meine Partie. — *potiora*, „da ich vieles Andere lieber ergreifen würde; nempe exsilium, mortem et quidvis aliud servituti antepono. *MANUT.* — *illa* quod attinet *acta in aede Apollinis* i. e. illud senatusconsultum, ut omnes boni cives Romam concurrerent, viderentque consules, ne quid detrimenti capiat res publica, initio belli civilis. *ERN.* Damals nämlich, als Cäsar seine Armee nicht entlassen wollte. — *nec causa . . . tempus.* Tum agebatur de iure Caesaris e lege populi, ut absens consul creari posset; nunc agitur de ipsa libertate, quam ereptum eunt Caesariani; et tum meliora tempora, nullum periculum capitis; nunc nulla securitas est Romae nobis. *ERNESTI.* Cäsar hatte den ganzen Senat gegen sich; in Rom also nur eine Partei. Ietzt ihrer drei. Die eine begünstigte den Antonius, die andere den Octavius, die dritte den Brutus und dessen Anhang und Sache. Mehre Consulen waren schon weggeschafft und der Rest bestand aus Bösewichten oder Schwachköpfen. — *Marcellum.* S. zu ep. 216 im Anf. — *coram odorandum*, wir werden persönlich d. i. in der Nähe auswittern und entscheiden müssen. — *tutone*, da man Soldaten nach Rom kommen lässt. *tutine R.* Cd. in m. 1584. *ORELLI.* — *Novi conv. . . . movent*, die neuen vertragsmässigen Bewohner Campaniens setzen mich in einige Unruhe; d. i. die vor wenigen Tagen in den Ager Campanus vom Antonius eingewiesenen Veteranen. S. Philipp. II, c. 39. *Novi conventus*, des neuesten Vertrages d. i. die neulich durch einen Vertrag zu Bewohnern Campaniens gemacht sind. — *angustiis*, quod iam neque in his locis videor tuto esse posse propter novos habitatores Antonio benevolos; neque Romae propter milites non solum Antonii sed etiam Octavii, quorum neutri σκοπὸς est salus rei publicae. *MANUT.* Vid. ep.

quin et maiora contemnimus. Calvae testamentum cognovi, hominis turpis ac sordidi. Tabula Demonici quod tibi curae est, gratum. De Mario scripsi iam pridem ad Dolabellam accuratissime: modo redditae literae sint. Eius causa et cupio et debeo. Venio ad propiorem. 2
Cognovi de Alexione, quae desiderabam. Hirtius est tuus. Antonio, quam est, volo peius esse. De Q. filio, ut scribis *A* M. C. De patre coram agemus. Brutum omni re, qua possum, cupio iuvare: cuius de oratiuncula idem te, quod me, sentire video. Sed parum intelligo, quid me velis scribere, quasi a Bruto habita oratione,

---

707 et 724. 684, 2. — [si] Sic Md., in quo *si* ortum videtur ex geminat. literarum seqq. *is*. Quocirca [ ]. *sed sint ista parvi* Vict. Man. Lamb. Bos. Graev. *sed sunt* Rom. Margo 1584. Ern. Sch. Lün. *sed si ista parvipendimus, certe et maiora cont.* ex interpol. Iens. Asc. 1. Crat. *ORELLI*. „Doch darüber muss man sich hinwegsetzen; verachten Wir doch noch weit Grösseres.“ — *Calvae*. Is videtur fuisse cliens quidam Ciceronis, qui non grate pieque testamento eum prosequutus erat, ut loquitur Suetonius in Octav. c. 66. *GRAEV*. — *cognovi*, hab' ich eingesehen, gelesen. — *Tabula.. est, gratum*, „für Deine Bemühung wegen des Verkaufs der Güter des Demonikus dank' ich Dir.“ Intellige de auctione alicuius obscuri hominis Demonici. *ERNESTI*. *De tabula*, de Manut. susp. prob. Graev. Sch. in Ed. mai. Lün. *ORELLI*. — *De Mario*. Videtur esse M. Marius, ad quem sunt epistolae hui. ed. 126. 182. 452. 458. *SCH*. — *Eius causa et cupio et debeo*, denn ich bin wirklich um ihn so besorgt, als es meine Pflicht ist.

2. *propiorem* epistolam im Gegens. von *superiorem* §. 1. *posteriorem* Md. a. sec. m. et Mureti susp., ut est v. c. *Lib*. 16. *Ep*. 11. Sed *Lib*. 16. *Ep*. 13. *breviori propiorique*. *OR*. — *de Alexione*. S. ep. 709, 4. — *Hirtius est tuus*, auf Hirtius kannst Du zählen, nämlich in Hinsicht der Buthrotischen Sache. S. ep. 692, 1. 694, 6. 697, 2. — *peius esse*, „dem Antonius möge es immerhin noch schlimmer gehen, als es ihm ergeht.“ Octavius gewann eine ansehnliche Partei; die Optimaten versteckten sich hinter ihn und suchten ihn zu benutzen: wenn er nur nicht zu schlau gewesen wäre. — *De Q. filio* cet. Über den Neffen Quintus bin ich Deiner Meinung. S. ep. 699, 3. 704, 5. 707, 4. 709, 2. — *A. M. C.* Sic Md. Vict. 2. Sunt haec scil. vestigia notarum, quibus in rebus occultioribus interdum utebatur Cicero. Del. has notas Ern. Sch. Lün. *ORELLI*. Bosius e vestigiis Cod. Crusell. coni. *quod scribis*, Ἰλιὰς scil. κακῶν (wie ep. 334, 3); Gronovio placebat: *de Q. filio ἅλις*; mihi *M. Antonii Dextella* scil. est. Wir können ihn also benutzen. — *De patre* eius. Der hatte Schulden, sich von der Pomponia geschieden, musste die Mitgift herausgeben u. s. w. — *de orat.* S. ep. 708, 2. — *quid me velis . . oratione*, „Was ich Deinem Verlangen gemäss so aufsetzen solle, als ob es die von Brutus gehaltene Rede wäre.“ *habitam orationem* de I. F. Gronovii susp. Sch. Lün. Sed Cdd. lectio ipsa significat: „quid me velis scribere orationem, quae quasi a Bruto (in Capitolio) habita sit.“ *ORELLI*

quum ille ediderit. Quî tandem convenit? An sic, ut in tyrannum iure optimo caesum? Multa dicentur, multa scribentur a nobis; sed alio modo et tempore. De sella Caesaris, bene tribuni: praeclaros etiam xiv. ordines. Brutum apud me fuisse gaudeo: modo et libenter fuerit et sat diu.

EPISTOLA DCCXI. (ad Att. XV, 4.)

Scr. in Atinati X. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Duabus Attici epistolis respondet. 1—5.

CICERO ATTICO S.

x. Kalend. hora viii. fere a Q. Fufio venit tabellarius. Nescio quid ab eo literularum, uti me sibi restituerem: sane insulse, ut solet: nisi forte, quae non ames, omnia videntur insulse fieri. Scripsi ita, ut te probaturum existimo. Mihi duas a te epistolas reddidit, unam

---

Cf. ep. 708, 2. 711, 3. — *Quî tand. conv.*, wie in aller Welt würde sich Das thun lassen? würde Das räthlich sein? — *An sic* scil. dicturus, scripturus sum, *ut* cet., etwa so, dass ich darin bewiese, dass der Usurpator mit Recht ermordet sei? *Sane sic . . . caesum, multa dicentur* cet. Sch. coni. Lünem. Sententia haec est: „Quid? num hoc ipso puncto temporis, quum rei publicae de Antonio nondum plane desperandum est, sic scribere convenit, ut in tyr. opt. iure caesum? Minime, etsi re vera fuit tyrannus;" potius quam: „Quid? num Brutus illa scripsit sic, ut in t. o. i. caesum? Minime. Ego alio modo scribam." *ORELLI.* — *bene tribuni*, „dass die Tribunen Cäsars goldenen Sessel nicht im Theater geduldet haben, ist wohl gethan." Recte factum a tribunis, qui Caesaris sellam in spectaculis apponi vetuerunt. Quamquam vetuisse Antonium consulem, non tribunos, Appianus de B. Civ. III, 28 tradit; sed credendum potius Attico praesenti. De hac sella Suetonius in Iul. c. 76. *SCH.* — *xiv. ordines.* Scil. equites in theatro studium erga rem publicam significantes. *MANUT.* Die Ritter hatten ienen Befehl der Tribunen laut gebilligt. — *apud me.* Wahrscheinlich zu Astura. S. ep. 697, 4. — *et sat diu*, und für mich lange genug.

1. *x. Kal. Iun.*, am 23. Mai, ungefähr um 2 Uhr Nachmittags. — *Q. Fufio* Caleno, Ciceronis inimico iam inde a temporibus Clodianis. Vid. Ascon. in Milon. Postea Ciceroni acerbe Antonium in senatu accusanti non minus acerba oratione respondit, quam recitat Dio libro XLVI. *MANUT.* — *ab eo* scil. accepi. — *uti* (= *ut* Vict. 1. Lamb.) *me sibi restit.*, ich möchte ihm meine Freundschaft wieder schenken. — *insulse* id fecit. — *quae.* Sic Bos. tacite Seqq. *quem* Priores cum Md. *ORELLI.* Erwartet hätte man *nisi forte ab eo, quem* cet. — *existimo.* Sic Md. Oxon. 1. 2. eadem constructione, ut *Lib.* 16. Ep. 16. *f.* in fine: *res ita est firma, ut debet esse.* Edd.

xi., alteram x. Ad recentiorem prius † et leniorem. Laudo. Si vero etiam Carfulenus: ἄνω ποταμῶν. Antonii consilia narras turbulenta: atque utinam potius per populum agat quam per senatum! quod quidem ita credo. Sed mihi totum eius consilium ad bellum spectare videtur, si quidem D. Bruto provincia eripitur. Quoquo modo ego de illius nervis existimo, non videtur fieri posse sine bello. Sed non cupio; quoniam cavetur Buthrotiis. Rides? At ego doleo non mea potius assiduitate,

---

meae omnes *existimem*. *ORELLI.* — x. Kalendas (Asc. 1. Crat. Lamb.) datam. — † *et leniorem. Laudo.* Haec corrupta. Sic Cd. Tornaes. Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *prius et longiorem. Laudo* Tunstall. p. 199. cfr. *ad Attic.* 15, 13. *longiori epistolae superiorique respondi.* Sed erat h. l. potius *et pleniorem*, ut *ad Divers.* II, 12, 1. *unam brevem . . duas pleniores.* Vel sic tamen a v. *pleniorem* absorptum est nomen rei vel personae, quam *laudat.* Lamb. *prius. De Lenio, rem laudo.* Bos. coni. Graev. Ern. *prius. Et legio? Rem laudo.* Sch. Lün. partim ex Ern. susp., partim e lect. librorum Popmae *probo* pro *laudo* coni. *De legione, probe. ORELLI.* Equidem verius puto: *de legione, probe*; sicut epist. 709 *de Menedemo, probe.* Agitur autem de legione Marcia, quam Atticus vel iam defecisse ab Antonio vel mox defecturam esse nuntiaverat. *SCH.* „Wie? eine ganze Legion ist von Antonius abgefallen? Schön! Über die legio Martia s. ep. 825. — *Carfulenus* scil. ab Antonio ad Caesarem Octavium transiit, ἄνω ποταμῶν (ἱεραὶ χωροῦσι παγαὶ ex proverbio) i. e. tum vero flumina etiam retro ibunt i. e. omnia fient. D. Carfulenus senator, legatus Pansae interiit in proelio Mutinensi duce Pansa. Vid. ad Famil. X, 33. Philipp. III, 9. — *turbulenta*, Ruhe störend. — *per populum agat*, sicut egit. Nam corruptis tribunis plebis populi suffragiis Galliam provinciam D. Bruto antea decretam a senatu obtinuit. Vid. Appian. de B. Civ. lib. III, 27. *MANUT.* — *ita* scil. facturum eum esse. Cicero hoffte, dass er sich dadurch dem Senate ganz verhasst machen sollte. — *prov. erip.* Gallia citerior a Caesare olim data et per senatum confirmata. Vid. Sueton. Oct. c. 10. *CORRAD.* — *nervis*, Streitkräfte des Brutus. — *fieri*, abgehen. — *Sed non cupio* fieri sine bello, *quoniam cavetur B.*, h. e. bello consulitur Buthrotiis, bellum cedet in commodum et bonum Buthrotiorum. Nam si bellum fiet, effugient Buthrotii, nec ager illorum assignabitur militibus, qui non morabuntur agros, quum habebunt optatum bellum. *GRONOV.* — *Rides* tanquam rem inexspectatam, quum tu ipse Buthrotiis bene velis et eis caveri, eorum bono aliquid fieri optes? — *At ego doleo* iis *sic* caveri et consuli; cupio enim aliter iis consultum, nempe causam illorum agendo apud senatum. *GRONOV.* „Du lächelst, freuest Dich?“ (nämlich darüber, dass so den Buthroten durch Krieg werde geholfen werden.) Ich aber betrübe mich, wenn Deine Wünsche für die Buthroter durch Krieg und nicht vielmehr durch meine Ausdauer, sorgfältige Verwendung und durch meinen Einfluss sollten durchgesetzt werden!“ Cicero, der gleichfalls den Krieg wünscht, will seinem Attikus nur

2 diligentia, gratia perfici. Quod scribis te nescire, quid nostris faciundum sit: iam pridem me illa ἀπορία sollicitat. Itaque stulta iam Iduum Martiarum est consolatio. Animis enim usi sumus virilibus; consiliis, mihi crede, puerilibus. Excisa enim est arbor, non evulsa. Itaque, quam fruticetur, vides. Redeamus igitur, quoniam saepe usurpas, ad Tusculanas disputationes. Saufeium per te celemus. Ego nunquam indicabo. Quod te a Bruto scribis; ut certior fieret, quo die in Tusculanum essem futurus: ut ad te ante scripsi, VI. Kal.; et quidem ibi te quam primum per videre velim. Puto enim nobis Lanuvium eundum, et quidem non sine multo
3 sermone. Sed μελήσει. Redeo ad superiorem: ex qua praetereo illa prima de Buthrotiis; quae mihi sunt inclusa medullis: sit modo, ut scribis, locus agendi. De oratione Bruti, prorsus contendis, quum iterum tam mul-

---

zu verstehen geben, wie gerne er sich ein Verdienst um ihn erwerben möchte.

2. *ἀπορία*, dubitatio, Ungewissheit. — *Iduum Mart.*, an welchem Cäsar ermordet war. S. ep. 706, 2 in. 702, 4. mal. Früher sagte er das Gegentheil. — *pueril.*, wie ep. 705, 3. 694, 3. 691, 1. 689, 2. — *evulsa*, entwurzelt. — *quam frut.*, wie er Schossen treibe. — *usurpas*, Dich darauf berufst. Vgl. ep. 709, 4. — *Tuscul. disp.* d. i. zu dem Gedanken, dass der Tod kein Übel sei. — *Saufeium per te celemus*, „doch Dein Saufeius soll Deinetwegen Nichts davon erfahren.“ Sic Cd. Crusell. Bos. Sqq. *pete: celemus* Md. Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *propter te c.* Tunstalli susp. *si pote, cel.* Sch. susp. *ORELLI.* i. e. si fieri potest, celemus Saufeium Epicureum, te, qui ipse adhuc Epicuri partibus favisti, Tusculanarum libro primo delectari, in quo contra Epicureos disputatur animos esse immortales. *SCH.* Im Scherz macht Cicero den Attikus zum Stoïker. Über Saufeius s. ep. 8. 34. 702 am Ende. 711. 755. — *indic.*, verrathen, angeben. — *scribis* rogatum. „Vel excidit vel intelligendum est: *rogari. SCH. requiri scribis* suppleverunt Ascens. 1. Crat. *Quod de Br. scribis* Graev. susp. *ORELLI. a Bruto* = abseiten des Brutus, Bruti nomine, iussu. — *futurus.* C2d. Malasp. Oxon. 1. Lamb. Graev. *venturus.* cfr. Wolf ad *Suet. Oct.* 16. *in conspectum fuisse* (al. *venisse*). *ORELLI.* — *VI. Kal.* Iun., am 27. Mai. Scil. venturus sum. — *per videre velim.* Tmesis, ut Ep. 361 *per mihi gratus.* Sic divise de I. F. Gronovii sententia Ern. Sch. Lün. *pervidere velim* Priores. *ORELLI.* — *Lanuvium* ad Brutum et Cassium *eundum* esse. — *sermone*, Nachrede; Caesarianorum scilicet de nobis, qui ad Brutum Caesaris interfectorem iverimus. *CORRAD.* — *μελήσει*, curae erit, doch wir wollen es noch in Überlegung nehmen.

3. *super.* epistolam. — *illa prima*, ienen ersten Punkt. — *inclusi*, der mir tief in mein Herz geschrieben ist. — *locus agendi* d. i. könnt' ich nur ohne Gefahr in den Senat gehen und für Deine Buthroter selbst sprechen! — *prorsus contendis*, Du bestehst

tis verbis agis. Egone ut eam causam, quam is scripsit? Ego scribam non rogatus ab eo? Nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior. At, inquis, Ἡρακλείδειον aliquod. Non recuso id quidem; sed et componendum argumentum est et scribendi exspectandum tempus maturius. Licet enim de me, ut libet, existimes — velim quidem quam optime — si haec ita manant, ut videntur — feres, quod dicam — me Idus Martiae non delectant. Ille enim nunquam revertisset: nos timor confirmare eius acta non coëgisset: aut, — ut in Saufeii eam relinquamque Tusculanas disputationes, ad quas tu etiam Vestorium hortaris — ita gratiosi eramus apud illum, quem dii mortuum perduint! ut nostrae aetati, quoniam interfecto domino liberi non sumus, non fuerit dominus ille fugiendus. Rubeo, mihi crede. Sed iam scripseram; delere nolui. De 4
Menedemo, vellem verum fuisset. De regina, velim

darauf, dass ich eine Rede in Brutus Namen, wie vom Brutus gehalten, aufsetzen solle. S. ep. 710, 2. — *causam* agam, ich soll den nämlichen Gegenstand behandeln? Ergänze postulas. — *Nulla . . . contumeliosior,* nein, wahrlich Nichts kann beleidigender sein, als ein solcher Eingriff in fremdes Werk. Hoc enim significaret me Bruti orationem improbare meque tanquam aemulum eius laudi detrectare velle, quo nihil fieri posset in eum contumeliosius. *SCH.* — Ἡρακλειδεῖον, opus de re publica, quod assequatur praestantiam librorum, quos Heraclides Ponticus, doctus ille Platonis auditor, scripserat. *SCH.* Über Heracl. Pont. s. Tuscul. V, 3. de Nat Deor. I, 3. de Legg. III, 6. de Divin. I, 23. zu Ἡρακλ. ep. 770, 3. Sic h. l. et alibi scrib. erat ex *Attic.* 16, 12. *de Ἡρακλειδείῳ Varronis*, ubi semel recte legitur in Edd. anterioribus. Ἡρακλείδιον Cett. *ORELLI.* — *comp. arg. est,* es muss Stoff und Plan entworfen werden. — *si haec ita manant* nempe ad perniciem rei publicae, ut videntur manare; wenn die Dinge so fortgehen. Sic Md. Iens. Asc. 1. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Sch. Lün. cfr. *Catil.* 2. §. 11. *ad Divers.* 12, 1. *manent* Ball. Asc. 2. Crat. Graev. Ern. *maneant* Rom., ut volebat Graev. *ORELLI.* — *Ille enim n. revert.,* si non puerilibus consiliis usi fuissemus; denn, hätten wir uns am 15. März anders benommen, so wäre Cäsar nicht wieder in der Person des Antonius auferstanden. *ille enim aut nunquam rev.* Sch. coni. Lün. nempe e bello Parthico, ad quod Caesar exire cogitabat. — *confirmare,* rata habere, ut iubet Antonius. — *in Saufeii* supple αἵρεσιν, nisi forte quid tale excidit. *ORELLI.* „um in die Grundsätze des Sauf. einzugehen" d. i. wie die Epikurer zu denken, die nur das Vergnügen, das physische Wohlsein im Auge haben. — *ad quas* legendas. — *Vestorium,* argentarium. S. ep. 791, 2. — *apud illum,* Caesarem. — *nostrae aetati* = mihi hac aetate, in diesem Alter. Abstr. pro Concreto. — *Rubeo,* ich erröthe fast so zu sprechen.

4. *De Menedemo.* S. ep. 709, 2. — *De regina* Cleopatra. S. zu ep. 707, 5. am Ende. Vielleicht ging das Gerücht, sie wolle den

verum sit. Cetera coram, et maxime, quid nostris faciendum sit; quid etiam nobis, si Antonius militibus obsessurus est senatum. Hanc epistolam si illius tabellario dedissem, veritus sum, ne solveret. Itaque misi dedita opera. Erat enim rescribendum tuis. Quam vellem, Bruto studium tuum navare potuisses! Ego igitur ad eum literas. Ad Dolabellam Tironem misi cum mandatis et literis. Eum ad te vocabis; et, si quid habebis, quod placeat, scribes. Ecce autem de transverso L. Caesar, ut veniam ad se, rogat, in Nemus; aut scribam, quo se venire velim: Bruto enim placere se a me conveniri. O rem odiosam et inexplicabilem! Puto me ergo iturum, et inde Romam; nisi quid mutaro. Summatim adhuc ad te. Nihildum enim a Balbo. Tuas igitur exspecto, nec actorum solum, sed etiam futurorum.

Antonius, wie nachher wirklich geschah, durch ihren Liebeszauber fesseln und so durch ihn für sich u. ihren Cäsarion alle Pläne ihres Ehrgeizes durchsetzen. Von einer solchen Diversion hoffte Cicero Vieles. — *quid etiam nobis* faciendum sit. — *obsessurus est* Kalendis Iuniis. Vid. ep. 694, 4. — *illius*, Antonii, *tab.* — *dedita opera*, durch einen Expressen, eigenen Boten.

5. *Quam.* Novae epistolae initium hic statuit Mongaltius, prob. Lall. *ORELLI.* Est ist Postscript. — *literas* dabo, te studium tuum ipsi navare non potuisse nec posse. — *mand.*, mit mündlichen Aufträgen. — *de transverso . . rogat*, kommt mir mit der Bitte in die Queere. — *L. Caesar*, M. Antonii avunculus. S. ep. 700, 3. — *in Nemus*, in praedium L. Caesaris Nemorense apud lucum Dianae sacrum in agro Aricino. *SCH.* Diess Landhaus führte den Namen *Nemus* wegen der Nähe des Dianenhains. — *se* i. e. L. Caesarem *a me convĕniri*, dass ich ihn sprechen solle. — *odiosam*, quia cogar aliud dicere, aliud in pectore clausum habere; *inexplicabilem*, quoniam vix fieri posse video, ut e colloquio cum Antonii avunculo undique tutus discedam nec titubem aut aliquid offendam. *SCH.* „o! wie ärgerlich und doch wie schwer, mich glücklich da herauszuwickeln d. i. mich davon loszumachen, dass ich nicht zu ihm zu gehen brauche. Denn es folgt *ergo.* — *Summ.*, diess nur im Allgemeinen an Dich. — *a Balbo* accepi. S. ep. 709, 3.

EPISTOLA DCCXII. (ad Div. XII. 1.)

Scr. exeunte Maio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Factum Dolabellae, quo aram Caesaris evertit et in seditiosos homines animadvertit, laudat; deinde sublato rege regnum superesse questus Cassium hortatur, ut cum Bruto rem publicam omni perturbatione liberet. 1—2.

CICERO CASSIO S.

Finem nullam facio, mihi crede, Cassi, de te et de Bruto nostro, id est, de tota re publica cogitandi, cuius omnis spes in vobis est et in D. Bruto. Quam quidem iam habeo ipse meliorem, re publica a Dolabella meo praeclarissime gesta. Manabat enim illud malum urbanum et ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem et urbi et otio diffiderem urbano. Sed ita compressum est, ut mihi videamur omne iam ad tempus ab illo dumtaxat sordidissimo periculo tuti futuri. Reliqua magna sunt ac multa: sed posita omnia in vobis. Quamquam primum quidque explicemus. Nam, ut adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur: interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Neque vero id solum, sed etiam, quae ipse ille, si viveret, non faceret, ea nos quasi cogitata ab illo probamus. Nec eius quidem rei

---

CASSIO. S. zu ep. 241 im Anf.

1. *nullam.* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. *nullum* contra Md. cfr. *Lib.* 10. *Ep.* 32. §. 5. *OR.* — *de Bruto nostro* i. e. de M. Iunio Bruto. — *Quam* spem — *praecl. gesta.* Nempe quum columnam a perditis hominibus in foro Caesari statutam evertisset, locum sternendum locasset, in seditiosos autem ac tumultuantes ita severe animadvertisset, ut servos in crucem tolleret, liberos de saxo Tarpeio deiiceret. *SCH.* S. ep. 697, 2. „Da mein Dolabella die Sache des Freistaates rühmlichst verfochten hat." — *Manabat,* latius serpebat. — *malum,* pestis illa, seditio. — *compressa* Md. Crat. Vict. 1. Exciditne *res* post v. *compressa? OR.* — *dumtaxat* = wenngleich nur. — *sord. per.,* quod ab infima plebe atque a servis etiam impendebat bonis viris. *MAN.* „vor einem so . . . pöbelhaften Anfalle; ne opprimamur ab hominibus sordidis et plebeiis." *tuti.* Md. *tute.* Volebatne *tuto?* ut *ad Divers.* 14, 3 et alibi. Cfr. tamen *ad Divers.* 11, 2. *Attic.* 15, 18. Cicero videtur dixisse *tutus sum* vel *sum in tuto* (L. 12, 2, 3.) loco non indicato: contra *tuto sum alicubi,* etsi fluctuant Mss., ut in talibus semper. *ORELLI.* — *multa* pericula, mala, expedienda. — *Quamquam . . . explicemus,* iedoch wollen wir uns eine nach der andern vom Halse schaffen. *explic.* = expediamus, ut paullo post: *haec omnia vobis sunt expedienda. SCH.* — *nutus tuemur,* „denn ungeachtet der König getödtet ist, sehen wir doch nur königliche Winke;" insofern Antonius die acta ex commentariis Caesaris als Befehle aufdrang und unter diesem Vorwande willkührlich herrschte. — *ipse,* Caesar. — *quasi cogitata ab illo,* a Caesare, „als ob es aus seinem Geiste noch her-

finem video. Tabulae figuntur: immunitates dantur: pecuniae maximae describuntur: exsules reducuntur: senatus consulta falsa referuntur: ut tantummodo odium illud hominis impuri et servitutis dolor depulsus esse videatur, res publica iaceat in iis perturbationibus, in quas
2 eam ille coniecit. Haec omnia vobis sunt expedienda: nec hoc cogitandum, satis iam habere rem publicam a vobis. Habet illa quidem tantum, quantum nunquam mihi in mentem venit optare; sed contenta non est, et pro magnitudine et animi et beneficii vestri a vobis magna desiderat. Adhuc ulta suas iniurias est per vos interitu tyranni: nihil amplius. Ornamenta vero sua quae reciperavit? an quod ei mortuo paret, quem vivum ferre non poterat? cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? — At enim ita decrevimus. — Fecimus id quidem, temporibus cedentes, quae valent in re publica plurimum: sed inmoderate quidam et ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum haec propediem et multa

---

flösse." Antonius schob falsche acta Caesaris unter. — *probamus,* lassen wir uns gefallen, genehmigen wir. — *tabulae figuntur.* Aereas tabulas in publico figebat (liess er öffentlich aufhängen, publiciren) Antonius, decretum aliquod Caesaris aut beneficium continentes, quasi scriptum id esset in Caesaris Commentariis. *MANUT.* S. Philipp. V, 4: *Decreta falsa vendebat* cet. — *immun. dantur,* man befreiet vom Tribut; scil. homines et populi stipendiarii et vectigales tributis liberantur. *GRONOV.* — *pec. m. describ.* (Md. Vict. 2. *discribuntur.* Crat. *distribuuntur.*), grosse Geldsummen werden angewiesen. Philipp. V, 8: *quorum bona . . statim comitibus suis compotoribusque descripsit.* — *exsules,* ut Sex. Clodius, P. filius. Vid. ep. 693. Anlage A. B. — *referuntur.* Fortasse *deferuntur*; cfr. ad Divers. 12, 30. Philipp. 5. c. 4. *OR.* — *tantummodo,* ne ipsum amplius videre et audire summa indignatione cogamur. — *impuri* = *impudici* Caesaris. Man denke nur an Cleopatra's Umgang. — *depulsus esse* scil. nece Caesaris. — *in iis.* Sic Neap. Lamb. *his* Cett. cum Md. *OR.*

2. *nunquam . . in m. venit.* Also war Cicero kein Mitverschworener gewesen. — *beneficii,* Eures geleisteten Dienstes. *officii* Marg. Crat. *OR.* — *nihil amplius* fecit. S. Ramsh. §. 205, 3, b. — *Ornamenta . . sua,* seine würdevollen Vorrechte; ut iudicia, comitia, cetera. — *ei mortuo* = post mortem. — *cuius aera ref. deb.,* dessen Gesetztafeln wir hätten abreissen sollen. *aera* = leges in aeras tabulas incisas; *refigere* = rescindere. — *chirographa,* commentarios, hinterlassene Denkzettel. — *decrevimus* senatu in aedem Telluris convocato, in quo Cicero ipse suasit, ut memoria discordiarum oblivione deleretur pacisque et otii causa leges Caesaris servarentur. Cfr. Philipp. I. c. 1 et 7. *SCH.* Ergänze te dicentem audio. Equidem respondeo: *Fecimus* cet. Est figura obiectionis. — *in re p.,* in Sachen der Politik. — *facil.,* Nachgiebigkeit. — *abutuntur* Antonius eiusque comites. — *propediem* inter nos col-

alia coram. Interim velim sic tibi persuadeas, mihi quum rei publicae, quam semper habui carissimam, tum amoris nostri causa maximae curae esse tuam dignitatem. Da operam, ut valeas. Vale.

EPISTOLA DCCXIII. (ad Div. XV. 20.)

Scr. mense Maio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Oratoris sui exemplum Trebonio mittit eumque rogat, ut crebras literas mittat. 1—3.

M. CICERO S. D. C. TREBONIO.

Oratorem meum — sic enim inscripsi — Sabino tuo commendavi. Natio me hominis impulit, ut ei recte putarem: nisi forte candidatorum licentia hic quoque usus hoc subito cognomen arripuit. Etsi modestus eius vultus sermoque constans habere quiddam a Curibus videbatur. Sed de Sabino satis. Tu, mi Treboni, quoniam 2
ad amorem meum aliquantum olim discedens addidisti; quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui, crebris nos literis appellato: atque ita, si idem fiet a nobis. Quamquam duae causae sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debeas, quam nos; primum, quod olim solebant, qui Romae erant, ad provinciales amicos de re

---

loquemur. — *Interim velim.* om. *velim* Gebh. Ern. Sch. Lün. *velim.* cfr. *ad Divers.* 12. *Ep.* 6 et Ep. 7. bis. *ORELLI.* Wie steht der Patriot Cicero frei und offen da!

TREBONIO. S. zu ep. 430 im Anf. Er war gerade nach Asien abgegangen, um die Verwaltung der dortigen Provinz zu übernehmen. S. ep. 715.

1. *Oratorem* ad M. Brutum superiore anno scriptum. — *Sabino tuo* servo, tabellario. Saepe servi a patria nominabantur. — *commendavi* i. e. ad te perferendum tradidi, commisi tibi reddendum. — *Natio* st. Bona opinio de popularibus *hominis,* die gute Meinung, die ich von seinen Landsleuten hege. Die Sabiner in gutem Rufe! Quia est ex gente Sabina, ideo puto esse fidum hominem. — *ut ei recte put.,* dass ich glaubte diess Werk seinen Händen sicher anvertrauen zu können. — *candidat.,* qui magistratum petentes interdum quaesita fictis cognominibus gratia se commendant. *MANUT.* „sich die Freiheit der Candidaten herausgenommen und.“ — *subito,* mit einem Mahle, wie aus der Luft. — *quiddam a Curibus,* „Etwas von dem alten Schrote und Korne der Einwohner von Cures.“ Diess war die Hauptstadt der Sabiner. Vgl. Liv. I, 18. *Suopte ingenio* cet. vom Numa; Virgil. Aen. VIII, 638.

2. *quoniam,* wie ep. 700, 8. — *olim,* iüngst. — *appellato,* sprich mir zu mit. — *fiet.* Gebh. Ern. Sch. Lün. *fiat* contra Md. *ORELLI.* *freq. in isto* scribendi *off.,* d. i. fleissiger im Schreiben. — *Res*

publica scribere: nunc tu nobis scribas oportet. Res enim publica istic est: deinde, quod nos aliis officiis tibi absenti satisfacere possumus: tu nobis nisi literis
3 non video qua re alia satisfacere possis. Sed cetera scribes ad nos postea. Nunc haec primo cupio cognoscere: iter tuum cuiusmodi sit; ubi Brutum nostrum videris; quamdiu simul fueris; deinde, quum processeris longius, de bellicis rebus, de toto negotio, ut existimare possimus, quo statu simus. Ego tantum me scire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Cura, ut valeas meque ames amore illo tuo singulari.

EPISTOLA DCCXIV. (ad Div. XI. 2.)

Scr. Lanuvii mense Maio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Petunt Brutus et Cassius, ut Antonius se certiores faciat, utrum putet se Romae in tanta frequentia veteranorum tutos fore. 1—3. Epistola plena simulationis.

BRUTUS ET CASSIUS PRAETT. M. ANTONIO COS.

De tua fide et benevolentia in nos nisi persuasum esset nobis, *non* conscripsissemus haec tibi: quae profecto, quoniam istum animum habes, in optimam partem accipies. Scribitur nobis magnam veteranorum multitudinem Romam convenisse iam et ad Kalendas Iunias futuram multo maiorem. De te si dubitemus aut vereamur, simus nostri dissimiles. Sed certe, quum ipsi in tua potestate fuerimus tuoque adducti consilio dimiseri-

---

enim p. istic est, denn die eigentliche Republik ist bei Dir; nicht zu Rom unter Antonius und den andern Feinden des Freistaats. Der wahre Freistaat ist nur in den Provinzen, die der Senat Euch Befreiern, Dir, dem Cassius, M. und D. Brutus zuerkannt hat. — *offic. satisfacere,* einen Freundschaftsdienst erweisen.

3. *primo.* Margo Crat. *prima.* — *simul,* bei ihm. — *neg.,* Vorhaben. — *existimare,* abschätzen, beurtheilen, berechnen. — *scire,* wirklich zu wissen glauben, also für wahr halten. — *illo,* bekannten, quem novimus.

1. *non* excidit e Md. Hinc: *non scripsissemus* Alii Cdd. Graev. *ORELLI. haec* = has literas. — *quoniam,* wie 713, 2. — *animum hab.,* Gesinnung hegst. — *ad Kal. Iun.* S. ep. 694, 4. Falsa erat illa persuasio; nam Antonius dictatura sublata et fugitivo illo, qui in Marii nomen invaserat, necato Caesaris interfectoribus illuserat. Verum Kalendis Iuniis mutata omnia Antoniusque animum iis, qui sibi libertatis recuperatae auctores videbantur, infestum, adhuc simulatione tectum aperuit. Cfr. Cic. Philipp. I. c. 2. *SCH.* — *nostri dissimiles* i. e. qui ante de te bene sensimus, faceremus *praeter* nostrum institutum. — *potestate fuerimus* h. e. quum tibi obse-

mus ex municipiis nostros necessarios, neque solum edicto, sed etiam literis id fecerimus, digni sumus, quos habeas tui consilii participes, in ea praesertim re, quae ad nos pertinet. Quare petimus a te, facias nos certio- 2
res tuae voluntatis in nos: putesne nos tutos fore in tanta frequentia militum veteranorum, quos etiam de reponenda ara cogitare audimus: quod velle et probare vix quisquam posse videtur, qui nos salvos et honestos velit. Nos ab initio spectasse otium nec quidquam aliud libertate communi quaesisse exitus declarat. Fallere nemo nos potest, nisi tu: quod certe abest ab tua virtute et fide: sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos; tibi enim uni credidimus et crediturі sumus. Maximo 3
timore de nobis afficiuntur amici nostri: quibus etsi tua fides explorata est, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum facilius impelli ab aliis quolibet quam a te retineri posse. Rescribas nobis ad omnia rogamus. Nam illud valde leve est ac nugatorium, ea re denuntiatum esse veteranis, quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses. Quem enim impedimento fu-

---

cuti fuerimus fecerimusque, quod velles. *GRAEV.* — *edicto,* durch einen öffentlichen Anschlag, worin Brutus und Cassius bekannt machten: ihre Anhänger sollten, da Antonius ihnen seinen Schutz versprochen habe, unbesorgt um sie aus einander gehen. S. ep. 704, 4: *Edictum* Bruti et Cassii probo. — *digni sumus, quos* = ut nos. S. Grotef. §. 403. Ramsh. §. 184, 5. — *tui consilii,* dass Du uns aus Deinem Vorhaben kein Geheimniss machest.

2. *de repon. ara,* daran denken, Cäsars Altar wieder aufzurichten; quam Dolabella everterat. Cicero columnam appellat Philipp. I, 3. Eam simulatus ille Marius Caesari tanquam deo erexerat. *SCH.* S. zu ep. 712, 1. — *qui nos s. et h. velit,* der unser Leben und unsere Ehre nicht gefährdet wünscht. — *neque quid aliud libertate c.,* und Nichts als die allgemeine Freiheit; nos nihil aliud quam libertatem communem quaesisse. Sic Md. *a lib.* Neap. Lamb. cfr. Hand *Tursell.* I. p. 42, *ORELLI.* Üb. den Ablat. nach *aliud* s. Ramsh. §. 155. Anm. 1. So Plato Menon. c. 24: *Σοὶ δοκεῖ μὴ ἐπιστήμη εἶναι, ἀλλ' ἄλλο ἐπιστήμης.* — *ab tua.* Sic Md. Vict. 2. = *a tua* Cett. — *fid.,* von Deinem gegebenen Versprechen fern ist. *abest* = abhorret, alienum est.

3. *timore de nobis.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *de nobis timore* Lamb. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *ab aliis quolibet.* Sic Md. a pr. manu. Vict. 1. Graev. ut in Ep. seq. *nos quoquam impelli.* Md. a sec. m. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. Ern. Bened. Sch. Lün. *ab alio quolibet. ORELLI.* — *leve,* in quo nihil est ponderis, grundlos und geschwätzartig. — *ea re . . . veteranis,* die Veteranen seien desswegen in die Stadt berufen, weil Du im Monath Iunius auf ihre Belohnungen antragen wollest. Zu *denunt. esse* erg. Manut., ut in urbem frequentes convenirent. — *imped.*

turum putas, quum de nobis certum sit nos quieturos? Non debemus cuiquam videri nimium cupidi vitae, quum accidere nobis nihil possit sine pernicie et confusione omnium rerum.

EPISTOLA DCCXV. (ad Div. XII. 16.)

Scr. Athenis a. d. VIII. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Ciceroni patri Trebonius gratulatur de filio, quem optimis studiis deditum Athenis offenderat. 1 — 2. Versiculos mittit in Antonium, quibus aliquod Ciceronis dictum incluserat. 3. Petit, ut Cicero sibi locum det in dialogis, quos scripturus esset. 4.

TREBONIUS CICERONI S.

S. V. B. Athenas veni a. d. xi. Kal. Iun. atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum, deditum optimis studiis summaque modestiae fama. Qua ex re quantam voluptatem ceperim, scire potes, etiam me tacente. Non enim nescis, quanti te faciam et quam pro nostro veterrimo verissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil adolescente tuo atque adeo nostro — nihil enim mihi a te potest esse seiunctum — aut amabilius omnibus iis, qui Athenis sunt, est aut studiosius earum artium, quas tu maxime amas, hoc est, optimarum. Itaque tibi, quod vere facere possum, libenter quoque gratulor nec minus etiam nobis, quod eum, quem necesse erat diligere, qualiscunque esset, talem habemus, ut libenter quoque dili-

---

tibi *futurum* esse, dass er Dir Hindernisse dabei in den Weg legen werde. — *Non debemus* cet. „übrigens müsse Niemand von uns glauben, wir redeten so aus gar zu grosser Begierde länger zu leben (metu mortis), da das Leben für uns nur insofern Werth hat, als uns ein widriges Loos (der Tod) nicht ohne allgemeine Verwirrung und Vernichtung betreffen würde. — *sine pern. et conf.* eine hysterologia. S. Ramsh. §. 206, B, 3.

TREBONIUS. S. zu ep. 713 im Anf.

1. *S. V. B.* Sic (Md.) Vict. 1. 2. = *S. V. B. E.* Cett. *OR.* — *a. d. xi. Kal. Iun.*, am 22. Mai. — *tanto bono* i. e. tanta felicitate, qua tibi contigerit filius ita bene moratus et studiosus. — *me hoc aurib. t. dare* i. e. ad gratiam loqui vel assentandi causa, dass ich mit dieser Versicherung bloss Deinem väterlichen Ohre schmeicheln wolle. — *Nihil* = nemo. S. Ramsh. §. 203. I, a. 5. — *seiunctum.* Locus ille communis: „Amicorum omnia sunt communia." — *omnibus iis.* Md. *his. ORELLI.* — *quem necesse erat diligere*, dem wir unsere Liebe nicht versagen könnten. *erat* kräftiger als esset. S. Ramsh. §. 166, 2, c. N. Grotef. §. 184.

gamus. Qui quum mihi in sermone iniecisset se velle 2
Asiam visere, non modo invitatus, sed etiam rogatus est a me, ut id potissimum nobis obtinentibus provinciam faceret. Cui nos et caritate et amore tuum officium praestaturos non debes dubitare. Illud quoque erit nobis curae, ut Cratippus una cum eo sit, ne putes, in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quae tua cohortatione incitatur, futurum. Nam illum paratum, ut video, et ingressum pleno gradu cohortari non intermittemus, quo
in dies longius discendo exercendoque se procedat. Vos 3
quid ageretis in re publica, quum has literas dabam, non sciebam. Audiebam quaedam turbulenta, quae scilicet cupio esse falsa, ut aliquando otiosa libertate fruamur: quod vel minime mihi adhuc contigit. Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti concinnavi tibi munusculum ex instituto meo: et dictum cum magno nostro honore a te dictum conclusi et tibi infra sub-

---

2. *in serm. iniec.*, bei unserer Unterredung den Wunsch hingeworfen hatte, sich entfallen liess. — *Asiam* provinciam, minorem. — *obtin.* i. e. cum ego essem in provincia. — *tuum* i. e. paternum *officium praest.* esse, dass ich in Zärtlichkeit und Liebe ganz des Vaters Stelle vertreten werde; nos eum ita tractaturos, ac si noster filius esset *vel* nos collocaturos in eum hoc officium, quod illi debeas i. e. nos futuros ei patris loco. — *Cratippus*, sein Lehrer, ein Griechischer Philosoph von Mytilene, den auch Marcellus noch auf Lesbus gehört und dem Cicero vom Cäsar das Bürgerrecht erbeten hatte. S. de Officc. I, 1, 1. II, 2, 8. III, 2, 5. Er war Peripatetiker. — *una cum eo sit*, eum comitetur. — *feriatum . . futurum*, er möchte durch Ferien den Studien zu lange entzogen werden. *feriaturum . . futurum* volebat. Ern. *ORELLI.* — *ab iis.* Md. Vict. 2. *ab his.* — *incitatus* Vict. 1. (non Vict. 2.). Si revera ex Md., ortum est ex: *incitatus est. ORELLI.* — *paratum,* wohl gerüstet. — *ingressum pleno gradu,* mit vollem Schritt angetretenen. Vom Militair entlehnte bildliche Ausdrücke. Der plenus gradus in der Mitte zwischen dem Lauf und gewöhnlichen Marsche. — *quo* = ut eo. — *procedat,* vorschreite, longiores progressus faciat.

3. *turbulenta* i. e. de motibus Romae excitatis, von einigen Unruhen. — *scilicet*, versteht sich, von Herzen. — *otiosa,* parata, quieta, secura. — *mihi adhuc.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. *adhuc mihi* Cett. Tum *contingit.* Cdd. aliq. *ORELLI.* — *laxamenti,* otii, da ich auf unserer Schifffahrt wieder ein wenig Athem holen konnte. — *conc. t. munusc.*, hab' ich Dir ein kleines literarisches Geschenk angefertigt. — *ex inst. meo,* wie ich mir längst vorgenommen hatte. — *et dictum cum* (Sch. *quum*) . . *subscripsi* (om. *infra* Cdd. aliq. *infra scripsi* Cdd. aliq. prob. Ern.) und einen zu grosser Ehre für mich von Dir geäusserten Witz in Verse gebracht und unten angefügt. *conclusi* = versibus inclusi et addidi. Trebonius iam antea librum de dictis Ciceronis confecerat. Cfr. ep. 430. Nunc

scripsi. In quibus versiculis si tibi quibusdam verbis εὐθυῤῥημονέστερος videbor: turpitudo personae eius, in quam liberius invehimur, nos vindicabit. Ignosces etiam iracundiae nostrae, quae iusta est in eiusmodi et homines et cives. Deinde, quî magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis, quam nobis? quum, etiam si odio pari fuerit in eos, quos laesit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret.
4 Tu, sicut mihi pollicitus es, adiunges me quam primum ad tuos sermones. Namque illud non dubito, quin, si quid de interitu Caesaris scribas, non patiaris me minimam partem et rei et amoris tui ferre. Vale et matrem meosque tibi commendatos habe. D. VIII. Kalendas Iunias, Athenis.

EPISTOLA DCCXVI. (ad Div. XI. 27.)

Scr. in Tusculano vel alia villa exeunte Maio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Excusat se Matio, qui questus erat sibi a Cicerone vitio verti, quod in lege Caesaris suffragium tulisset et quod ludos Caesari ab Octaviano factos curasset. 1—8.

M. CICERO MATIO S.

Nondum satis constitui, molestiaene plus an volupta-

---

inter navigandum novum aliquod Ciceronis dictum versibus concluserat. *SCH.* — *εὐθυῤῥημ.*, liberior in loquendo, petulantior, zu ausgelassen. *ἀσχημονέστερος* Crat. *OR.* i. e. longius provectus maledicendo, quam fortasse decebat. Glosse. *Εὐθυῤῥ.* vel ad solam libertatem in perstringendo homine pertinet, vel ad obscena quaedam, quorum licentiam, ut fit in epigrammatis, sibi sumpserat. *SCH.* — *eius personae,* Antonii. — *nos vindicabit,* excusabit, liberabit, defendet a reprehensione, wird uns vertreten. — *hoc . . libertatis,* diesen Grad von Freiheit sich herauszunehmen. *Lucilio* illi poëtae Satirico. — *pari.* Sic Lamb. Ern. Sch. Lün. *par* Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. — *habuit* Crat. *OR. in quos* nach *dignos* = ut in eos. — *incurreret,* auf sie einfuhr.

4. *adiunges* cet., Du wirst mir in Deinen politischen Gesprächen eine Rolle zutheilen. *sermones* i. e. libros tuos, quos in sermone ac dialogo scribes. Trebonius volebat induci a Cicerone disputans super aliqua parte doctrinae. *ERNESTI.* Wie sehr man noch einer solchen Ehre begierig war, ergibt sich aus ep. 611, 4. — *quin non* = dass nicht. — *me . . . ferre,* dass ich die geringste Rolle sowohl in Hinsicht der Sache als Deiner Liebe davon trage; „primum quod per me aliquid est gestum; deinde propter amorem tuum erga me.“ Idibus enim Martiis Antonium ante curiam seducendo impediverat, ne ille caedi Caesaris interesset. — — *VIII. Kal. Iun.,* am 25. Mai.

M*ATIO.* S. zu ep. 356, 6. C. Matius, ad Attic. XIV, 5. 9.

tis attulerit mihi Trebatius noster, homo quum plenus officii, tum utriusque nostrûm amantissimus. Nam quum in Tusculanum vesperi venissem, postridie ille ad me, nondum satis firmo corpore quum esset, mane venit. Quem quum obiurgarem, quod parum valetudini parceret: tum ille, nihil sibi longius fuisse, quam ut me videret. Numquidnam, inquam, novi? Detulit ad me querelam tuam: de qua prius, quam respondeo, pauca proponam. Quantum memoria repetere praeterita possum, 2
nemo est mihi te amicus antiquior. Sed vetustas habet aliquid commune cum multis: amor non habet. Dilexi te, quo die cognovi: meque a te diligi iudicavi. Tuus deinde discessus, isque diuturnus, ambitio nostra et vitae dissimilitudo non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari. Tuum tamen erga me animum agnovi multis annis ante bellum civile, quum Caesar esset in Gallia. Quod enim vehementer mihi utile esse putabas nec inutile ipsi Caesari, perfecisti, ut ille me diligeret,

---

XVI, 11 auch Calvena genannt, ein angesehener eques nach Tacit. Annal. XII, 60, hatte den Cäsar nach Gallien begleitet, wo Trebatius mit ihm Bekanntschaft machte (s. VII, 15). Nach Columella XII, 4 und 44 war er auch ein Gelehrter und schrieb de Pistore, de Coquo, de Cellario. Vergl. über ihn ad Attic. VI, 12 (13). IX, 11.

1. *Nondum satis constitui*, ich bin noch nicht genug mit mir im Reinen. — *Tusculanum* meum. — *nihil sibi long. f.*, nie habe ihm Etwas länger gedünkt; i. e. nihil desideratius; ut nostri: er hätte die Zeit nicht erwarten können, mich wieder zu sehen. Vgl. pro Rabir. c. 12: nec mihi longius quidquam est, quam videre hominum (illorum testium) vultus; in Verr. IV, 18: Nihil ei longius videbatur, quam dum videret illud argentum. *SCH.* — *proponam.* Sic Md. Crat. Vict. 2. Bened. Est ea significatione, quam septimam habet Forcell.: „praemittere, enuntiare, significare id, de quo dicturi sumus.“ *praeponam* Cett. *OR.*

2. *mem. rep. praet.*, mit dem Gedächtnisse in die Vergangenheit zurückgehen. Occupatio, qua emollit animum commemoratione veteris amicitiae. — *amor non habet* i. e. veteres quidem habeo amicos etiam alios, sed cariorem te neminem. — *discessus* fortasse in Graeciam aut Rhodum (vid. ep. 717, 8.), non in Galliam, quum reliqua, quae commemorantur, bellum Caesaris Gallicum longe antecesserint et commorationis Matii in Gallia postea demum mentio fiat. *STROTH.* „Abwesenheit von Rom.“ — *ambitio nostra*, honorum petitio mea, meine Laufbahn durch die Ehrenstellen des Staats; quod petivi honores et versatus sum in re publica, magistratus tum petivi et gessi. — *vitae dissim.* Matius enim egit vitam privatam, studiis et otio deditam; non aeque ac Cicero in curia et foro versatus. — *consuetud.*, familiaritate, durch täglichen Umgang. — *conglut.*, coalescere, verschmelzen. — *anim. agnovi* iam antea cognitum, bewährt gefunden. *cognovi* Margo Crat. — *utile,* nimirum

coleret, haberet in suis. Multa praetereo, quae tempori-
bus illis inter nos familiarissime dicta, scripta, commu-
3 nicata sint: graviora enim consecuta sunt. Et initio
belli civilis quum Brundisium versus ires ad Caesarem,
venisti ad me in Formianum. Primum hoc ipsum quanti,
praesertim temporibus illis! Deinde oblitum me putas
consilii, sermonis, humanitatis tuae? quibus rebus inter-
esse memini Trebatium. Nec vero sum oblitus literarum
tuarum, quas ad me misisti, quum Caesari obviam ve-
4 nisses in agro, ut arbitror, Trebulano. Secutum illud
tempus est, quum me ad Pompeium proficisci sive pudor
meus coëgit sive officium sive fortuna. Quod officium
tuum, quod studium vel in absentem me vel in praesen-
tes meos defuit? quem porro omnes mei et mihi et sibi
te amiciorem iudicaverunt? Veni Brundisium. Obli-
tumne me putas, qua celeritate, ut primum audieris, ad
me Tarento advolaris? quae tua fuerit assessio, oratio,
confirmatio animi mei fracti communium miseriarum
5 metu? Tandem aliquando Romae esse coepimus. Quid
defuit nostrae familiaritati? In maximis rebus quonam
modo gererem me adversus Caesarem, usus tuo consilio

Caesarem mihi esse amicum. — *commun. sint.* Sic Md. Vict. 2 Bened. *sunt* Cett. *ORELLI.* — *grav. enim cons. s.*, denn das Folgende war noch von weit grösserer Bedeutung.

3. *Et.* An *etenim? ORELLI.* — *in Formianum*, vermuthlich auf Cäsars Veranlassung, welcher den Cicero an sich zu ziehen und zu gewinnen suchte. S. ad Attic. IX, 11 (352): Venit ad me Matius cet. Auf diesem Landgute, dessen Trümmer noch Villa di Cicerone heissen, wurde Cicero durch Abgesandte des Antonius getödtet. — *quanti*, wie hoch musst' ich das rechnen! Erg. aestimandum est, erat. — *temporibus illis*, unter ienen Zeitverhältnissen, tanto aestu ac motu, quum essemus hostes. — *interesse memini*, wobei, so viel ich mich erinnere, Trebatius zugegen war. Über Trebatius s. zu ep. 135. im Anf. — *venissem* Crat. Lamb. Vict. 2. contra Md. Sed sic Cicero non potuisset dubitare de loco. *ORELLI.* — *Trebul.* im Stadtgebiete von Trebula, im Lande der Sabiner, ietzt Monte Lione della Sabina. Ein anderes Trebula war in Campanien.

4. *tempus . . quum* = quo tempore. S. Ramsh. §. 203, IV, 1, b. — *pudor*, quod me pudebat deserere amicum; *officium*, ne relinquerem Pompeium bene de me meritum. — *in absentem*, quum essem in castris apud Pompeium. — *meos*, die Meinigen zu Rom. — *Veni Brundisium* post pugnam Pharsalicam. — *ut pr. aud.*, sobald Du es hörtest. — *advolaris*, zu mir herüber flogest, approperaveris. — *assessio*, wie Du da bei mir sassest, mir zuredetest, meinem . . . gebrochenen Herzen wieder Muth einsprachest. Substant. pro Verbis.

5. *gererem me.* Sic Md. Vict. 1. 2. *me ger.* Cett. *ORELLI.* —

sum. In reliquis officiis cui tu tribuisti, excepto Caesare, praeter me, ut domum ventitares horasque multas saepe suavissimo sermone consumeres? tum, quum etiam, si meministi, ut haec φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti. Post Caesaris reditum, quid tibi maiori curae fuit, quam ut essem ego illi quam familiarissimus? quod effeceras. Quorsum igitur haec oratio longior, quam 6
putaram? Quia sum admiratus, te, qui haec nosse deberes, quidquam a me commissum, quod esset alienum nostra amicitia, credidisse. Nam praeter haec, quae commemoravi, quae testata sunt et illustria, habeo multa occultiora, quae vix verbis exsequi possum. Omnia me tua delectant: sed maxime maxima quum fides in amicitia, consilium, gravitas, constantia; tum lepos, humanitas, literae. Quapropter redeo nunc ad querelam. Ego 7
te suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi: deinde, si credidissem, nunquam id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. Dignitas tua facit, ut animadvertatur, quidquid facias: malevolentia autem hominum, ut nonnulla durius, quam a te facta sint, proferantur. Ea tu si non audis, quid dicam, nescio: equidem, si quando audio, tam defendo, quam me scio a te contra iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex:

In reliq. off., in Hinsicht anderer Pflichtverhältnisse. — *trib.*, Wem hast Du das Opfer gebracht u. s. w. — φιλοσοφ., ut Tusculanas disputationes. — *tu*, grade Du. S. Ramsh. §. 158, 1. *tu* susp. Ernest. *ORELLI.* — *reditum* ex Hispaniis.

6. *testata . . illustria*, beurkundete, am Tage liegende Thatsachen. — *occult.* officia, noch viele geheimere Beweise Deiner Liebe. — *omnia . . tua*, alle Seiten Deines Charakters. — *maxime maxima quum fides.* Graev. *sed maxima quum.* Sch. in Ed. min. Lün. *sed maxime tum* de Ern. sententia. cfr. *Sylvus Cratyli* p. 122. — *constantia*, Beharrlichkeit in der Freundschaft. — *lepos*, die Anmuth Deines Geistes, Dein Witz; *human.*, Bildung des Herzens; *literae*, der Reichthum Deiner Gelehrsamkeit. — *ad querelam* tuam de me, auf Deine Beschwerden über mich.

7. *te suffrag. t. in illa lege*, „dass Du ienes Gesetz des Cäsars mit Deinem Voto unterstützt hättest.“ Er meint das Gesetz zu Gunsten der Schuldner, was Caes. de B. Civ. III, 1, erwähnt: dass nämlich der Werth der Grundstücke, wie er vor dem Bürgerkriege gestanden, ausgemittelt und nach dieser Taxe die Güter den Creditoren zugeschlagen werden sollten. Denn ep. 717 sagt Matius: res mea familiaris lege Caesaris deminuta est. — *Dignitas tua*, Dein hoher Stand, Rang. — *hominum facit* Crat. *ORELLI.* Interpret. u. Ergänzung. — *durius . . . profer.*, in einem schlimmern Lichte dargestellt wird. — *si quando audio* talia tibi obiici. — *iniquos*, die mir nicht wohl wollen. *inimicos* Lamb. e Cd. Memmii. om. *meos* Asc. 1. et del. censebat Ernesti. Tu vide Garaton. ad *Plancian.* p. 135. *Lips. ORELLI.* — *duplex*, duplici utor via ad

alia sunt, quae liquido negare soleam, ut de isto ipso suffragio: alia, quae defendam a te pie fieri et humane,
8 ut de curatione ludorum. Sed te, hominem doctissimum, non fugit, si Caesar rex fuerit, quod mihi quidem videtur, in utramque partem de tuo officio disputari posse: vel in eam, qua ego soleo uti, laudandam esse fidem et humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas; vel in eam, qua nonnulli utuntur, libertatem patriae vitae amici anteponendam. Ex his sermonibus utinam essent delatae ad te disputationes meae! Illa vero duo, quae maxima sunt laudum tuarum, quis aut libentius quam ego commemorat aut saepius? te et non suscipiendi belli civilis gravissimum auctorem fuisse et moderandae victoriae; in quo, qui mihi non assentiretur, inveni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio, familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarum: quibus nisi credideris, me omnis officii et humanitatis expertem iudicaris; quo nec mihi gravius quidquam potest esse nec te alienius.

---

te defendendum. — *alia . . alia*, Einiges . . . Anderes. S. Ramsh. §. 178. — *liquido*, gradezu, wie ausgemacht. *negare*, infitiari, ableugnen. — *defendam* = defendendi causa dicam. Über solche Verba praegnantia s. Ramsh. §. 132, 4. 205, 5. — *pie et humane*, aus Dankbarkeit und Menschengefühl. — *ut de curatione ludorum*, „wie zum Beispiel Deine Besorgung der von Cäsar gelobten, von Octavius aber gegebenen öffentlichen Spiele zur Ehre der Venus Genitrix, ludorum, qui instaurati sunt ex voto Caesaris ab Octavio, et quorum curam Matius susceperat." Atqui ad Atticum scripserat ep. 709, 3: sibi Matium ludorum illorum curatorem non placere. S. das. die Anm. über diese Spiele.

8. *rex*, ein Usurpator. — *nonn. utunt.* Astute sententiam suam in alios confert. *soleo uti.* Sic Med. Vict. 1. 2. *uti soleo* Cett. *OR.* — *qui* = quippe qui, dass Du ... *diligas.* — *disput. meae*, meine iedesmahligen Behauptungen, Äusserungen. — *auctor. fuisse*, Caesari graviter et vehementer dissuasisse bellum civile. — *moderandae victoriae*, als auch, dass Cäsar sich wenigstens im Siege mässigen möchte. — *in quo* = in quibus laudibus tuis, in qua commemoratione laudum tuarum. — *causam*, Veranlassung, Gelegenheit zu. — *credid.*, fidem adhibueris. — *omnis off. et hum. exp.*, für den lieblosesten und unedelsten Menschen. — *quo* iudicio, was in *iudicaris* versteckt liegt. Über diese Synesis s. Ramsh. §. 206, A. 4, b. — *nec te alien.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. in Ed. mai., ut supra: *alienum nostra amicitia.* Cett. *nec a te al. ORELLI.*

EPISTOLA DCCXVII. (ad Div. XI. 28.)

Scr. Romae exeunte Maio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Respondet Matius hac epistola proxime superiori in eaque generosum spiritum, ingenium liberale animumque ingenuum et humanum verissimis indiciis prodit. 1—8.

MATIUS CICERONI S. D.

Magnam voluptatem ex tuis literis cepi, quod, quam speraram atque optaram, habere te de me opinionem cognovi. De qua etsi non dubitabam, tamen, quia maximi aestimabam, ut incorrupta maneret, laborabam. Conscius autem mihi eram nihil a me commissum esse, quod boni cuiusquam offenderet animum. Eo minus credebam plurimis atque optimis artibus ornato tibi temere quidquam persuaderi potuisse, praesertim in quem mea propensa et perpetua fuisset atque esset benevolentia. Quod quoniam, ut volui, scio esse: respondebo criminibus, quibus tu pro me, ut par erat tua singulari bonitate et amicitia nostra, saepe restitisti. Nota enim mihi sunt, quae 2
in me post Caesaris mortem contulerint. Vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarii graviter fero atque eum, quem dilexi, periisse indignor. Aiunt enim patriam amicitiae praeponendam esse: proinde ac si iam vicerint obitum eius rei publicae fuisse utilem. Sed non agam astute. Fateor me ad istum gradum sapientiae non pervenisse. Neque enim Caesarem in dissensione civili sum

---

1. *incorrupta*, ungeschmälert. — *temere persuaderi*, vorgespiegelt werden. — *in quem* = quum in te. — *quoniam*, wie ep. 714, 1. — *scio esse*, dass Du so von mir denkst, wie ich wünsche; illam tuam erga me benevolentiam esse constantem et immutatam — *resp. crim.*, so will ich auf die Beschuldigungen antworten. — *ut par erat tua* (Lamb. *pro tua*) cet. wie es vermöge Deiner . . . Freundschaft sich ziemte. Über den Ablat. causae s. Ramsh. §. 142. Grotef. §. 252. — *restitisti* = a quibus me defendisti.

2. *contulerint*, Was man mir aufgebürdet hat. *contulerunt* e Cdd. Weiske, Schütz in Ed. mai. Lün. *ORELLI.* — *Vitio dant*, man macht mir es zum Verbrechen. S. Ramsh. §. 120, 2. Grotef. §. 253. — *patriam* i. e. pietatem in patriam *amicitiae* privatae *praep. esse*; wie Cicero im vorig. Br. §. 8. *libertatem patriae vitae amici anteponendam* geschrieben hatte. Sic cum Cld. Reg. Crat. Lamb. Graev. in Ed. mai. Lall. Ern. Sch. Lün. cfr. Rost *Spec.* 3. p. 11. *patriae amicitiam* Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. (*patriae amicitiam postpon.* Gronovii susp.). *ORELLI.* — *proinde ac*, grade als ob. S. Ramsh. §. 179, B, a, 4. — *vicerint*, obtinuerint, erstritten, erwiesen hätten. — *non agam astute*, ich will nicht hinterlistig zu Werke gehen; non callide dissimulabo, sed simpliciter et candide dicam, quid sentio. — *sapientiae*, ut possem intelligere et iudicare, necem Caesaris rei publicae prodesse. — *sum secutus* i. e. non probavi

secutus; sed amicum, quamquam re offendebar, tamen non deserui: neque bellum unquam civile aut etiam causam dissensionis probavi; quam etiam nascentem exstingui summe studui. Itaque in victoria hominis necessarii neque honoris neque pecuniae dulcedine sum captus: quibus praemiis reliqui, minus apud eum quam ego quum possent, immoderate sunt abusi. Atque etiam res familiaris mea lege Caesaris deminuta est: cuius beneficio plerique, qui Caesaris morte laetantur, remanserunt in civitate. Civibus victis ut parceretur, aeque ac pro mea
3 salute laboravi. Possum igitur, qui omnes voluerim incolumes, eum, a quo id impetratum est, perisse non indignari? quum praesertim iidem homines illi et invidiae et exitio fuerint. Plecteris ergo, inquiunt, quoniam factum nostrum improbare audes. O superbiam inauditam, alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impunite licere! At haec etiam servis semper libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerent suo potius, quam alterius arbitrio: quae nunc, ut quidem isti dictitant libertatis

---

dissensionem civilem, sed, quod potui, dissuadendo prohibui. — *quamquam re offendebar*, wenn gleich die Sache selbst bei mir anstiess; quamquam bellum civile improbabam. — *quam et. nasc. exstingui* (*exstinguere* Dresd. tert.) *summe studui*, die ich im Entstehen aus allen Kräften zu löschen, zu unterdrücken gesucht habe. — *dulcedine*, lenociniis, *cupiditate*, durch den süssen Reitz. — *captus*, bethört, geblendet, gefesselt; so dass ich es mit Cäsar desswegen freundschaftlich gemeint hätte, weil ich Ehrenstellen oder Geld von ihm hätte zu erhalten gewünscht. — *quum possent*, valerent, ungeachtet sie . . . galten. — *abusi sunt*. Ein Seitenblick mit gerichtet auf die verschworenen Cäsarsmörder. — *Atque etiam*, dagegen sogar. — *lege Caesaris*. S. zu ep. 716, 7. — *cuius benef. . . remans.*, quibus fuisset alioqui fugiendum propter magnitudinem aeris alieni. — *aeque ac pro mea salute* i. e. ac si salus mea ageretur, als gölte es mein eigenes Heil.

3. *qui omnes vol. incol. esse* i. e. id voluerim, ut omnes incolumes essent. — *iidem*, servati a Caesare, sicut Brutus et Cassius. — *invidiae*, odio, quod eos Caesar nimis ornaret; *exitio*, quum sit ab iis occisus, in quos maxima beneficia contulerat. *MANUT*. — *Plecteris ergo*, nun denn, man wird Dich zur Strafe ziehen, quod de morte Caesaris indignaris et improbas eorum facinus, qui eum occiderunt. Figura Obiectio s. occupatio per mimesin. — *inquiunt* adversarii. — *quoniam*, wie §. 1. — *superb.*, Übermuth. — *in facinore* i. e. caede Caesaris — *impunite*, Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. *impune*. Über die infinit. des Ausrufs s. Ramsh. §. 168, 6. — (ut) *timerent* cet. „Furcht oder Freude oder Kummer nach eigener, nicht nach fremder Willkühr zu äussern.“ Man sollte ein erklärendes *ut* od. lauter Infinitivi erwarten. S. Ramsh. §. 183, 2. — *quae* i. e. quam libertatem timendi, gaudendi, dolendi . . . *extorq. conant.*, welche angeborene Freiheit sie uns ietzt scheinen durch Drohungen entwinden zu wollen. — *ut quidem isti dictitant lib. auct.* s. Caesaris

auctores, metu nobis extorquere conantur. Sed nihil 4
agunt. Nullius unquam periculi terroribus ab officio aut
ab humanitate desciscam. Nunquam enim honestam mor-
tem fugiendam, saepe etiam oppetendam putavi. Sed
quid mihi succensent, si id opto, ut poeniteat eos sui
facti? Cupio enim Caesaris mortem omnibus esse acer-
bam. At debeo pro civili parte rem publicam velle sal-
vam. Id quidem me cupere, nisi et ante acta vita et re-
liqua mea spes, tacente me, probat, dicendo vincere non
postulo. Quare maiorem in modum te rogo, ut rem po- 5
tiorem oratione ducas: mihique, si sentis expedire recte
fieri, credas nullam communionem cum improbis esse
posse. An, quod adolescens praestiti, quum etiam errare
cum excusatione possem: id nunc, aetate praecipitata,
commutem ac me ipse retexam? Non faciam: neque,
quod displiceat, committam, praeterquam quod hominis
mihi coniunctissimi ac viri amplissimi doleo gravem ca-
sum. Quod si aliter essem animatus, nunquam quod fa-
cerem negarem, ne et in peccando improbus et in dissi-

---

interfectores, wie wenigstens aus den häufigen Ausdrücken iener vorgeblichen Freiheitsretter sich abnehmen lässt. Lamb. Sch. Lün. *nunc isti, ut quidem dict., lib. auct.* ORELLI. — *nihil agunt,* sie richten Nichts aus.

4. *Nullius* enim. — *desciscam,* werd' ich untreu werden. *desistam* Margo Crat. — *oppet.,* (alii *appet.* sed *oppetit mortem,* qui eam non defugit; *appetit,* qui vel ipse sibi eam consciscere velit.) Multo enim honestius est honeste perire, quam turpiter vivere. — *At debeo,* scil. aiunt, *pro civ. p. r. p. velle salvam,* allein, sagt man, als Römischem Bürger muss Dir das Wohl des Freistaats am Herzen liegen. Altera Obiectio! — *Id* scil. rem publicam salvam esse. Ita respondet. — *reliqua mea spes,* und iede meiner Hoffnungen für die Zukunft. — *tac. me* = ut taceam, ohne dass ich es sage. — *dicendo vincere,* obtinere, durch ausdrückliche Erklärung erstreiten d. i. Andere davon überzeugen; wie oben §. 2.

5. *te,* Cicero. — *ut rem . . ducas,* die Thatsache statt der Worte sprechen zu lassen; non iudices ex verbis, sed ex vitae ante actae factis. — *si sentis expedire* i. e. utile esse *τὸ recte fieri* h. e. cum honestate utilitatem esse coniunctam; nihil utile esse, nisi quod sit idem honestum; omnia autem, quae recte fiant, etiam expedire. — *praestiti,* scil. honestum. — *quum . . . possem,* quum excusabiles adolescentis essent errores. — *praecipitata,* fere exacta, decurso paene vitae spatio, da mein Alter sich neigt. — *ac me ipse retexam,* h. e. sim iam dissimilis mei, non constem mihi, und ich sollte mein Lebensgewebe selbst auflösen? *Retexere* tropice significat suum ingenium, suam naturam mutare, dissolvere; ut Penelope telas retexuit. — *Non faciam,* Nein! das werd' ich nicht thun. — *quod displiceat* i. e. cuiquam bono recte displicere possit, nisi quod Caesaris gravem casum doleo, quod, ut dixi, nemo nisi superbus mihi vitio vertere potest. SCH. — *animatus,* gesinnt. —

6 mulando timidus ac vanus existimarer. At ludos, quos Caesaris victoriae Caesar adolescens fecit, curavi. At id ad privatum officium, non ad statum rei publicae pertinet. Quod tamen munus et hominis amicissimi memoriae atque honoribus praestare etiam mortui debui: et optimae spei adolescenti ac dignissimo Caesare [re]pe-
7 tenti negare non potui. Veni etiam consulis Antonii domum saepe salutandi causa: ad quem, qui me parum patriae amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid aut auferendi causa frequentes ventitare reperies. Sed quae haec est arrogantia, quod Caesar nunquam interpellavit, quin, quibus vellem atque etiam quos ipse non diligebat, tamen iis uterer: eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me efficere conari, ne, quos velim, di-
8 ligam? Sed non vereor, ne aut meae vitae modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores: aut ne etiam ii, qui me non amant, propter meam in Caesarem constantiam, non malint mei, quam sui similes amicos habere. Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitae, in otio Rhodi degam: sin casus aliquis

---

nunquam tamen. — *ne . . . existimarer,* damit man nicht von mir sagen könnte, ich sei schlecht genug so Etwas zu begehen, aber dennoch zu furchtsam und zu charakterlos, um mich zu der That zu bekennen. — *vanus,* mendax, levis.

6. *At ludos.* S. zu ep. 716, 7 am Ende. Plinius II, c. 45. Sueton. Iul. c. 88. Vgl. Dio XLV. — *ad privat. offic. . . pertinet,* diess ist eine Angelegenheit des Herzens. — *munus,* officium, Opfer. — *etiam mortui* i. e. post eius mortem. *etiam mortuo* (ablat. absol.) Neap. Asc. Crat. Weiske. Bened. *ORELLI.* — *dignissimo* = qui dignissimus est *Caesare,* der Cäsars Sohn und Erbe zu sein höchst würdig ist. — *[re]petenti.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Weiske. Bened. Sch. *petenti* Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Lün. *ORELLI.* *repetere* = suo iure petere. — *negare,* versagen, abschlagen.

7. *Veni.* Tertium crimen. Saepe accessi Antonium consulem; sed tantum salutandi causa. — *frequentes* statt *frequentius* (Graevii). S. Ramsh. §. 203, II, 2. zur Verstärkung noch zum Frequent. *ventitare* hinzugefügt. — *arrog.,* Anmassung. *haec* weiset auf den folg. accus. c. inf. *eos . . efficere conari.* — *quod* = in Hinsicht dessen, dass oder da doch Cäsar mir nie untersagte, mit Wem ich wollte, umzugehen. Licuit mihi per Caesarem iis uti, quibus vellem. — *iis.* Md. Vict. 2. *his.* — *carpendo,* reprehendendo.

8. *modestia,* die Zurückgezogenheit. — *ne etiam ii,* Md. Vict. 2. *hi.* — *constantiam* in colenda amicitia, wegen meiner beharrlichen Freundschaft gegen Cäsar. — *habere,* dass auch die . . . nicht lieber Freunde, die mir, als die ihnen glichen, sich wünschen sollten. — *in otio,* in wissenschaftlicher Ruhe, von allen politischen Verbindungen entfernt. Rhodus fuit doctorum homi-

interpellarit, ita ero Romae, ut recte fieri semper cupiam. Trebatio nostro magnas ago gratias, quod tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit: et quod eum, quem semper lubenter dilexi, quo magis iure colere atque observare deberem, fecit. Bene vale et me dilige.

EPISTOLA DCCXVIII. (ad Att. XV. 5.)

Scr. in Atinati VIII. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De literis a Bruto et Cassio acceptis refert sibique certum esse periculi vitandi causa ad urbem non venire scribit. 1—3.

CICERO ATTICO S.

A Bruto tabellarius rediit: attulit et ab eo et Cassio. Consilium meum magno opere exquirunt: Brutus quidem, utrum de duobus. O rem miseram! Plane non habeo, quid scribam. Itaque silentio puto me usurum; nisi quid aliud tibi videtur. Sin tibi quid venit in mentem, scribe quaeso. Cassius vero vehementer orat ac petit, ut Hirtium quam optimum faciam. Sanum putas? Ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς. Epistolam tibi misi. Ut tu de provincia 2

---

num receptaculum. — *interpellarit*, sollte aber . . . Einspruch thun d. i. mich an der Ausführung ienes Vorsatzes behindern, retraxerit ab illo meo instituto. — *recte fieri*, dass Rechtlichkeit mein steter Wunsch sein wird. Vgl. §. 5. — *anim. simplicem* im Gegens. von duplex = candidum, grade, faltenlose Gesinnung. — *aperuit*, ostendit, eröffnet hat. — *et quod fecit, quo* = ut eo *magis* . . . *observare* deberem *eum, quem* . . . *dilexi.*

1. *et Cassio literas* Md. a sec. manu, Oxon. 1. 2. Cld. Malasp. Asc. 1. Crat. Lamb. *ORELLI.* — *utrum de duobus* eligant; nimirum utrum Romam eant, ut in Senatu Kal. Iun. adsint; an in iisdem locis maneant periculi causa, de quo mox infra. *POPMA.* S. ep. 694, 4. — *quod scribam* Rom. Ern. Sch. Lün. probante Handio ad *Wopkens* p. 170. Sed vide Beier. ad *Offic.* T. 2. p. 18. *ORELLI.* — *orat ac petit.* Melior ordo esset (ut *ad Div.* 9, 32. *peto igitur a te, vel*, si *pateris*, oro; item Tuscul. 4. §. 78. *rogandi orandique sunt:*) *petit atque orat.* Sed haec non constanter observantur (Caesar. B. C. 1, 32. *orat ac postulat.*). *errat. Petit* de Lamb. susp. Sch. *OR.* Illo *vehementer errat* praeparatur, quod sequitur: *Sanum putas?* *SCH.* — *ut Hirtium* . . . *faciam,* ich solle den Hirtius bekehren, auf die Seite der Optimaten bringen. S. ep. 705, 4. 704, 4. — *Sanum putas?* hältst Du den Cassius wol für klug? dass er so Etwas hoffen kann. — *Ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς*, fullo carbonarius. Proverbium in eum, qui, quod melius reddere conatur, deterius facit. „Fullonis est togam sordidam eluendo reddere nitidam; et carbonarius denigrat. Qui in hoc homine fulloniam exerceat, in fine operis se carbonarium fuisse videbit. Nihil enim profecerit; nigriorem eum et turpiorem reddet. Vel ita, quo magis ei honesta praecipio et inculco, eo minus proficio; eo deteriorem ille se pro-

Bruti et Cassii per senatus consultum, ita scribit et Balbus et Hirtius: qui quidem, se actutum. Etenim iam in Tusculano est: mihique, ut absim, vehementer auctor est: et ille quidem periculi causa; quod sibi etiam fuisse dicit: ego autem, etiam ut nullum periculum sit, tantum abest, ut Antonii suspicionem fugere nunc curem, ne videar eius secundis rebus non delectari, ut mihi causae
3 sit, cur Romam venire nolim, ne illum videam. Varro autem noster ad me epistolam misit sibi a nescio quo missam — nomen enim delerat — in qua scriptum erat veteranos eos, qui reiiciantur — nam partem esse dimissam — improbissime loqui; ut magno periculo Romae sint futuri, qui ab eorum partibus dissentire videantur. Qui porro noster itus reditus, vultus incessus inter istos? Quod si, ut scribis, L. Antonius in D. Brutum, reliqui

---

dit magisque infectum veneno Caesariano." *GRONOV.* Kann ich einen Mohren weiss waschen?

2. *per senatus consultum* iis decernenda. — *se actutum* Romae futurum, ut in senatu quoque adesse Kalendis Iuniis possit. Nam nunc Hirtius erat in Tusculano; et, quoniam scripserat se mox in urbe futurum, quaesivit ex eo Cicero, quod ex ep. seq. intelligitur, an rure iam redierit in urbem: tum Hirtius ei respondit, se non modo rediisse, sed etiam iam discessisse iterum ex urbe in Tusculanum. *SCH.* Ex seq. Ep. Hirtianae (720) verbis *utilius enim statui abesse* conieci aliquando: *qui quidem, se afuturum.* Md. Asc. pr. Crat. Vict. 1. 2. *acturum. ORELLI.* Alii supplent: Roma abiturum. — *auctor est,* suadet. — *periculi causa* scil. ut urbe absim, monet. — *etiam ut* = gesetzt, dass auch. — *tantum abest ut . . ut;* s. Ramsh. §. 192, A, 3, N. Grotef. §. 398, Anm. 1. „Gesetzt aber, es sei auch keine solche Gefahr zu befürchten: weit gefehlt, dass es mir ietzt noch am Herzen läge, bei dem Antonius den Verdacht zu vermeiden, als ob ich über seine Fortschritte keine gar grosse Freude hegte: die wahre Ursache, warum ich nicht nach Rom kommen mag, ist mir vielmehr die, ihn nicht mit Augen sehen zu dürfen. — *causae* Sic scripsi, ut infra Ep. 7. *id quoque esse causae.* Md. Asc. 1. Crat. Vict. *causa esset.* Manut. Lamb. Bos. Seqq. *causa sit. ORELLI.*

3. *nomen,* die Unterschrift. — *qui reiiciantur* a portione publici agri, quem Antonius veteranis dividebat. *SCH.* „die bei der Ländervertheilung zurückstehen mussten." — *Qui porro . . . inter istos?* Wie aber, wenn ich auch nach Rom wollte, wie hingelangen? wie zurückkommen? welche Miene annehmen? wie mich betragen unter solchen Menschen? — *L. Antonius in D. Brutum* i. e. quodsi L. Antonius Marci frater in Decimum Brutum invehetur. *SCH.* Über D. Brutus s. z. ep. 686 im Anf. om. *Brutum* Man. Lamb. Vict. 2. Bos. Seqq. Nec tamen ulla est causa, cur contra opt. Cdd. eiiciatur. cfr. *Lib.* 16. *Ep.* 11. cet. *ORELLI.* — *reliqui in nostros* invehentur. Hac voce semper M. Brutum et C. Cassium designat. *MANUT.* ut epp. 711, 4. 680, 2. 720 sub fin. — *quo . . pacto geram,* oder welche Massregeln soll ich ergreifen?

in nostros; ego quid faciam? aut quo me pacto geram? Mihi vero deliberatum est, ut nunc quidem est, abesse ex ea urbe, in qua non modo florui cum summa, verum etiam servivi cum aliqua dignitate. Nec tam statui ex Italia exire, de quo tecum deliberabo, quam istuc non venire.

EPISTOLA DCCXIX. (ad Att. XV. 8.)

Scr. in Tusculano VI. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De literis ad Antonium missis et de periculo agri Tusculani in Graeceii epistola memorato. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Post tuum discessum binas a Balbo; nihil novi: itemque ab Hirtio; qui se scribit vehementer offensum esse veteranis. Exspectat animus, quidnam agam de Kalend. [Martiis]. Misi igitur Tironem et cum Tirone plures, quibus singulis, ut quidque accidisset, dares literas: atque etiam scripsi ad Antonium de legatione: ne, si ad Dolabellam solum scripsissem, iracundus homo commoveretur. Quod autem aditus ad eum difficilior esse dicitur, scripsi ad Eutrapelum, ut is ei meas literas redderet, legatione mihi opus esse. Honestior est vo-

---

— *Mihi..delib. est,* bei mir steht's nach reifer Überlegung fest. — *ut . . est,* wenigstens bei der ietzigen Lage der Dinge. — *servivi,* sub rege vixi. — *istuc,* Romam.

1. *Post tuum discessum.* Nempe Cicero ex Atinati in Tusculanum venerat VI. Kal. Iun. cfr. ep. 710. ibi statim Atticus ad eum accurrit; quod se facturum promiserat, ut ex eadem epistola cognoscitur. *SCH.* — *offens. veter.,* aufgebracht über die Veteranen. Hirtius ex Tusculano suo venerat in urbem ibique veteranorum improbos sermones audierat iisque se valde offensum esse scripserat. *SCH.* S. d. vorig. Brief. — *Exsp.,* ist voller Erwartung. — *q. agam,* wozu ich mich am Ersten oder in Hinsicht des Ersten (des Monaths Iunius) entschliessen soll; utrum eo die Romam veniam et in senatu adsim, an potius periculum vitaturus rure me contineam. — [*Martiis*]. del. cum Popma Lall. Sch. Lün. Intelliguntur enim Kalendae Iuniae, quae proxime instabant. — *Misi igitur* ad te. — *plures* servos tabellarios. — *ut . . dares lit.,* damit Du mir durch ieden, Was zu ieder Stunde vorgeht, schreiben könnest. — *de legatione* votiva, libera mihi decernenda. Vid. ep. 706 sub fin. — *commoveretur,* in Wallung geriethe. — *difficilior,* quod Antonius multis negotiis occupatus erat. — Volumnium *Eutrapelum,* Antonii familiarissimum, qui etiam illi amicam suam Cytheridem concesserit. *MANUT.* Vid. Philipp. II, 24. ep. h. ed.

2 tiva: sed licet uti utraque. De te, quaeso, etiam atque etiam vide. Velim possis coram: si minus possis, literis idem consequemur. Graeceius ad me scripsit C. Cassium sibi scripsisse, homines comparari, qui armati in Tusculanum mitterentur. Id quidem mihi non videbatur; sed cavendum tamen villaeque plures videndae. Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis de ea re.

EPISTOLA DCCXX. (ad Att. XV. 6.)

Scr. in Tusculano IV. Non. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 41)

Narrat se ad Hirtium scripsisse epistolaeque ab eo acceptae exemplum mittit et, quid ei responderit, significat. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Quum ad me Brutus noster scripsisset et Cassius, ut Hirtium, quem adhuc bonum fuisse sciebant neque eum confidebant fore, mea auctoritate meliorem facerem — Antonio est enim fortasse iratior, causae vero amicissimus — tamen ad eum scripsi eique dignitatem Bruti et Cassii commendavi. Ille quid mihi rescripsisset, scire

---

474. — *utraque* tam libera, quam votiva. „aber ich habe zwischen beiden die Wahl.“ Warum er sich iedoch für die legatio libera entschloss, das hat er ep. 724, 3 auseinander gesetzt.

2. *De te . . vide,* Was die Sicherheit Deiner eigenen Person betrifft, so bitte ich Dich, die Sache ernstlich zu überlegen. Scripserat Atticus sibi quoque in animo esse legationem liberam petere, sed usurum in ea re Ciceronis consilio. *MANUT.* Vgl. iedoch zu ep. 722, 2. *De re* Lall. cfr. *Attic.* 15, 9. *ORELLI.* — *possis coram,* Du könntest es mit mir. — *Graeceius,* ein Vertrauter des M. u. D. Brutus und Cassius, vielleicht auch bei der Armee des D. Brutus angestellt. Erwähnt ist er noch ep. 779 u. 833. — *hom. comp.*, man werbe Leute, um sie bewaffnet in mein Tusculanum zu schicken. Über *qui* = ut s. Ramsh. §. 193, II. — *videndae,* und man wird sich nach mehren Landhäusern umsehen d. i. sie besuchen müssen, damit die Feinde nicht wissen, wo man grade sei; oder man wird mehre Landhäuser gehörig besorgen, bewachen, mit Schutzwachen besetzen müssen. — *crastinus dies* (Kalendae Iuniae) . . . *de ea re* scil. dabit, doch der morgende Tag wird uns schon einige nähere Winke darüber zu geben wissen. *de ea re.* Sic Cod. Crusell. Bos. Graev. Ern. *dare* Cd. Tornaes. Md. Oxon. 1. 2. Vict. 2. *daret* Vict. 1. *dare pollicetur* Asc. 1. Crat. *dabit* Cd. Urs. Sch. Lün. *Debet aliquid . . . dare.* Manut. Lamb. *ORELLI.*

1. *bon.*, ein guter Patriot. — *eum* om. Man. Lamb. contra Md. — *meliorem,* zu einem noch bessern Patrioten. S. ep. 718, 1. — *causae* Antonii. — *tamen* in Bezug auf quamvis causae Antonii amicissimus sit; ein Anacoluthon, wodurch die Fortsetzung zugleich mit der Parenthese in Verbindung gebracht ist. S. Ramsh.

te volui; si forte idem tu, quod ego, existimares, istos etiam nunc vereri, ne forte ipsi nostri plus animi habeant, quam habent.

HIRTIUS CICERONI SUO S.

„Rure iam redierim, quaeris. An ego, quum omnes 2
caleant, ignaviter aliquid faciam? Etiam ex urbe sum profectus. Utilius enim statui abesse. Has tibi literas exiens in Tusculanum scripsi. Noli autem me tam strenuum putare, ut ad Nonas recurram. Nihil enim iam video opus esse nostra cura: quoniam praesidia sunt in tot annos provisa. Brutus et Cassius utinam, quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur,

---

§. 206, B, 6, c. — *si* = εἰ, ob;" ergänze: „um zu erfahren, ob". — *istos*, Caesarianos. — *nostri*, M. Brutus, C. Cassius. S. zu ep. 718, 3. — *HIRTIUS*, Cicero's College im Augurate (s. Philipp. VII, 4.) und Schüler im Reden (ad Divers. VII, 33.), 711 Consul mit Pansa, blieb bei Modena im Kampfe mit Antonius (s. Philipp. VII, 4. ad Divers. X, 33.). Er hat zu Cäsars Geschichte de B. Civil. das achte Buch hinzugefügt und ist Verfasser des Bell. Alex., obgleich Sueton. Caes. 56 sagt, man habe gezweifelt, ob er oder Oppius das letztere Werk geschrieben.

2. *Rure iam.* Man. Muret. *Rure an.* ORELLI. — *quum omnes caleant*, da Alle es so eilig haben (näml. zu fliehen.). Iocose dictum. Nempe Kalendis Iuniis (cfr. ep. 794, 4.), quibus Antonius ut senatores adessent edixerat, consules designati, quorum unus Hirtius erat, negaverant se audere in senatum venire (Philipp. I, 2.); plerique autem senatores diffugerant. Cicero ipse ad urbem accessisse non videtur, quamquam Philipp. II, 42 sic loquitur: „*Kalendis Iuniis, quum in senatum, ut erat constitutum, venire vellemus, metu perterriti diffugimus.*" Nam si ipse Kalendis Iuniis Romae fuisset, certe Hirtii epistola opus non fuisset, ut Ciceroni, se iam ex urbe profectum, significaret. Hirtius igitur hoc innuere videtur: Quum tot alii fortiter ex urbe diffugerint, ego tam ignavus essem, ut ibi sederem? — *Etiam* cet., ich habe mich auch von der Stadt weggemacht. — *utilius*, eigentlich tutius. — *tam strenuum*, für so betriebsam, beherzt. — *ut ad Nonas* Romam *recurram*, „dass ich am 5. (Iunius) nach Rom zurücklaufen möchte;" ungeachtet auf diesen Tag eine neue Rathsversammlung wegen Austheilung der Provinzen angesagt war, worüber iedoch Cäsar schon auf zwei Iahre hinaus vorläufig entschieden hatte. — *quoniam . . . provisa*, weil die Länderverwaltungen schon auf so viele Iahre besorgt, ausgetheilt sind. Caesar iam in quinquennium et urbanos et provinciales magistratus omnesque dignitates et praefecturas exercituum ordinaverat, sicut Antonius dixit in oratione coram senatu habita. Vid. Appian. XLII. Sueton. Iul. 76. Cicero autem ep. 685 scribit magistratus a Caesare paucis diebus, antequam occideretur, in biennium designatos fuisse. *praesidia* benennt Hirtius diese magistratus, weil Cäsar sich dadurch gleichsam eine Art Garde habe bilden wollen, die nun Antonius an sich zu fesseln suchte. — *a te de me*, durch Deine Fürsprache von mir. — *impe-*

ne quod calidius incant consilium! Cedentes enim haec
3 ais scripsisse: quo? aut quare? Retine, obsecro te, Cicero, illos: et noli sinere haec omnia perire, quae funditus medius fidius rapinis, incendiis, caedibus pervertuntur. Tantum, si quid timent, caveant: nihil praeterea moliantur. Non medius fidius acerrimis consiliis plus quam etiam inertissimis, dummodo diligentibus, consequentur. Haec enim, quae fluunt, per se diuturna non sunt; in contentione praesentes ad nocendum habent vires. Quid speres de illis, in Tusculanum ad me scribe."

4 Habes Hirtii epistolam: cui rescripsi, nil illos calidius cogitare: idque confirmavi. Hoc qualecunque esset, te scire volui. Obsignata iam epistola, Balbus ad me, Serviliam redisse, confirmare non discessuros. Nunc exspecto a te literas.

---

trare possunt scil. ne ipse aliquid calidius faciam. — *ne quod calidius* i. e. *θερμότερον*, audacius, acrius, subito captum et quasi praecipitatum. — *Cedentes*, eben im Begriff Italien zu verlassen.

3. *haec omnia*, rem publicam. — *quae . . pervert.*, Was man ohnehin schon bemüht ist . . . von Grund aus umzukehren. — *quam inert. . . dummodo diligent.* h. e. lentissimis, dummodo prudenter institutis et probe deliberatis. *SCH.* „als durch die gelassensten, wenn nur mit Behutsamkeit gefassten, Plane. — *quae fiunt*, was ietzt an der Tagesordnung ist. — *diut. n. sunt*, wird sich nach und nach von selbst verlieren. — *in cont. praes.* cet. i. e. Bruto et Cassio rem ad contentionem deducentibus haec mala diuturna erunt, quae ipsa per se non essent. Verebatur enim Hirtius, ne Cassius et Brutus eo consilio discederent, ut exercitu comparato armati redirent de re publica dimicaturi: ideo dixit Cicero: *isti, veremur, ne nostri plus animi habeant, quam habent. MANUT.* „kommt es aber zum Kampfe, so liegen darin gewaltige Kräfte zu schaden." *praesentes*, augenscheinliche, zuverlässige, wirksame. — *speres*, erwartest.

4. *illos* nostros, M. Brutum et Cassium. — *confir.* hab' ich ihm betheuert. — *ad me* scripsit. — *Serviliam*, M. Bruti matrem, sororem Catonis Uticensis. — eamque *confirmare.* Balbus ad me scripsit Serviliam Lanuvio, ubi Brutum et Cassium viderat (v. ep. 680, 2. 704, 2.), rediisse, eamque confirmare eos Italia non exituros. *SCH.*

EPISTOLA DCCXXI. (ad Att. XV. 7.)

Scr. in Tusculano V. Kal. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Gratas sibi fuisse epistolas ab Attico missas, inprimis Sex. Peducaei scribit, et Servii sedulitatem in pacificatione tangit.

CICERO ATTICO S.

Gratum, quod mihi epistolas: quae quidem me delectarunt, in primis Sexti nostri. Dices, „quia te laudat.“ Puto mehercule id quoque esse causae: sed tamen etiam ante, quam ad eum locum veni, valde mihi placebat quum sensus eius de re publica, tum scribendi cura. Servius vero pacificator cum librariolo suo videtur obisse legationem et omnes captiunculas pertimescere. Debuerat autem, *Non ex iure manu consertum*; sed quae sequuntur. Tu quoque scribes.

---

1. *epistolas* misisti. — *Sexti*, non Pompeii, ut Manutius putabat, sed Sexti Peducaei, quod Corradus aliique viderunt. Cf. ep. 307. 767, 3. — *laudat.* Scil. Peducaeus librum a Cicerone nuper editum laudaverat. Cf. ad Attic. XV, 13. *SCH.* — *cura.* om. *cura* Md. Oxon. 2. Vict. 1. 2. *scr. causa* Asc. pr. *cura* est ab Aldo. Videtur in locum Graeci vocabuli successisse Latinum glossema. *ORELLI.* — *Servius Sulpicius* (s. ep. 365 im Anf.), eben der Iurist, der den Cicero über den Tod seiner Tullia tröstete ep. 557. 566, machte ietzt aus eigenem Antriebe den Friedensstifter und suchte beide Parteien durch Rechtsgründe zu überzeugen; wiewohl vergeblich. Ungefähr acht Monathe später gab ihm der Senat einen ähnlichen Auftrag und hoffte durch seine iuridische Beredsamkeit den Antonius zu anderen Gesinnungen zu bringen; allein, wie der Erfolg zeigte, eben so fruchtlos. Servius Sulpicius iure consultus illo tempore *privatim* multos conveniebat et ad pacem hortabatur. Recte enim Popma monuit hîc non agi de legatione publica, quam anno sequente ad Antonium missus obiit. *SCH.* — *cum librar.*, scheint sich mit seinem Codex zum Abgeordneten beider Parteien so ganz für sich selbst gemacht zu haben. — *pertimescere*, und mit seinen Clauseln alle Rechtsausflüchte zum Voraus abzuweisen. *captiunculas*, quas diligenter vitare solent iurisperiti. Agit Servius de pace, quasi legatus sit; agit caute, ut iurisconsultus, captiones timens. *MANUT.* — *Debuerat* = debuisset autem cogitare, er hatte aber bedenken sollen. — *Non . . consertum* „dass man nicht nach dem Rechte (nach seinem Codex, sondern mit dem Schwerte) entscheiden wird;“ dass also seine Bemühungen um Herstellung des Friedens vergeblich seien. Respicit versiculos Ennii: „*Non ex iure manu consertum, sed mage ferro Rem repetunt regnumque petunt, vadunt solida vi.*“ *manu consertum* das Supin. „zu streiten, handgemein zu werden,“ ein vom Kriege auf die Wiedererstattungsklage (in rem actio) vor dem Prätor übertragener Ausdruck. S. zu de Oratore I, 10, 41. Gell. N. Attic. XX, 9. u. Brisson. de Verb. ff. Libr. III. „*manum* Lamb. 1566, ut editur apud Gellium. *manus* Lamb. in m. 1584.“ *ORELLI.* — *sed quae sequuntur*, doch die Folge wird's lehren. Eine Aposiopesis. Rich-

EPISTOLA DCCXXII. (ad Att. XV. 9.)

Scr. in Tusculano a. d. III. Non. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Commemorat, quid e Balbi literis compererit, de legatione frumentaria Bruto et Cassio itemque de provinciis iis decernendis, animique sui perturbationem significat. 1—2.

CICERO ATTICO S.

III. Nonas vesperi a Balbo redditae mihi literae, fore Nonis senatum, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum et ad urbem mittendum curarent. O rem miseram! primum ullam ab istis, dein, si aliquam, hanc locatoriam provinciam! Atque haud scio, an melius sit quam ad Eurotam sedere. Sed haec casus

---

tiger möchte man iedoch ergänzen *sed, quae sequuntur* scil. in Ennii versibus, sondern, wie folgt, quae nosti, u. s. w. i. e. *mage ferro,* sondern vielmehr mit dem Schwerte. *sed* als Gegens. Cicero scilicet, qui ipse a bellicis rebus gerendis vehementer abhorrebat, valde tamen cupiebat, ut Brutus et Cassius Antonium bello persequerentur, eorumque quietem compluribus locis improbat. *SCH.* — *Tu quoque scribes,* „Du musst mir nun auch schreiben.“ Attikus hatte ihm nicht genug geschrieben. Man könnte sich's einfallen lassen zu interpungiren: *sed, quae sequuntur, tu quoque scribes,* doch wie es mit seinen Bemühungen abläuft, wirst Du mir auch schreiben.

I. *tert. Non.* Iun., am 3. Iunius. Sic Md. Man. Vict. 2. Bos. Seqq, IIII. *Non.* Cett. etiam Vict. 1. Lamb. *ORELLI.* — *literae,* die schriftliche Nachricht; daher mit folg. accus. c. inf. — *fore . . senatum* i. e. senatus consulto decretum iri. Über curare mit dem Gerundiv. s. Ramsh. §. 171, II, A, 3. Grotef. §. 323, b. — *O rem mis.!* o! der Schmach! — *provinciam* accipere debere, von Menschen dieser Art, wenn irgend einen, vollends nun gar einen solchen Kornhändlerauftrag zu erhalten! annehmen zu müssen! Indignatur Cicero Brutum et Cassium in eam necessitatem venisse, ut a Caesarianis praesertim provinciam aliquam acciperent. *locatoriam.* Sic Cod. Crusell., quem, ubi deest Decurtat., praeter ceteros sequi debemus. Bos. Recte. „ubi locatorum (Verdinger, Besorger) tantum vice functuri essent.“ *legatoriam* Md. Cd. Tornaes. Oxon. 1. 2. Graev. Ern. Sch. Lün. Vocabulum nihili. *legatariam* Ascens. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *ORELLI.* *legatoriam* per contemptum, quod quasi legati ad curandum frumentum mitterentur. Scribit Appian. Libr. III. de B. Civ. senatum Bruto et Cassio timentem demandato rei frumentariae munere honeste illos amandasse. *MANUT.* Uber den Infin. des Ausrufs s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311. Anm. — *haud scio, an* = ob nicht. S. Ramsh. §. 174, 2, N. 3. Grotef. §. 345. — *ad Eurotam sedere,* müssig zu sitzen. Brntus in Lanuvino suo rivum, qui hoc praedium irrigabat, Eurotae fluvii Lacedaemonem praeterlabentis nomine appellaverat. Ait igitur Cicero melius esse Brutum hanc legationem frumentariam obire, quam otiosum in Lanuvino sedere. cfr. ep. 690,

gubernabit. Ait autem eodem tempore decretum iri, ut et iis et reliquis praetoriis provinciae decernantur. Hoc certe melius quam illa Persice porticus. Nolo enim Lacedaemonem † loci in quo quoniam Lanuvium existimavi. Rides, inquies, in talibus rebus? Quid faciam? Plorando fessus sum. Dii immortales! quam me conturbatum tenuit epistolae tuae prior pagina? Quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nim- 2

1. *SCH.* — *casus*, Fortuna. — *Ait autem* Balbus in epistola sua. — *decretum iri* a senatu. — *et iis*. Sic Md. (*ut et his*) Edd. meae ante Bos. *ut iis* Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI*. — *quam illa Persice porticus*, „als in seinem Säulengange Persice spaziren zu gehen.“ Brutus, der sogern Spartanisches Wesen affectirte, hatte auf dem genannten Landgute einen Säulengang bauen lassen und ihn Persice nach dem berühmten Porticus dieses Namens zu Lacedämon benannt, in welchem die Bildsäulen der vornehmsten Persischen von den Griechen besiegten Feldherrn als Statuen oder Tragsäulen paradirten. S. Vitruv. I. c. I. *Persice*. Graece hoc scribendum. *ORELLI*. — *existimavi*. Six Cd. Crusell. corrupte. Sententia haec fere latet: „Haud placet istà ludicra fere affectatio rerum Lacedaemonicarum; nimis se removisse a rebus gerendis fortique aliquo facinore Brutum semper existimavi, ex quo in istud suum Lanuvium sese abdidit.“ Verba ipsa quomodo restituenda sint, non liquet. Proxime ad Crusell. feceris: *Nolo enim Lacedaemonem*; *longinquum quoniam Lanuvium existimavi*. *ORELLI*. Schütz verbessert: *Nolo enim Lacedaemonem Lanuvium existimari* und erklärt: etsi enim Brutus in Lanuvino Eurotam et Persicen porticum imitatus est, nemo tamen Lanuvium Lacedaemonem esse existimaverit, neque vero si Lanuvii sedere pergeret, libertatem populi Romani defendere posset. Sollte die wahre Lesart sein: *Nolo enim Lacedaemonem eodem loci, in quo quondam Lanuvium existimari* (vgl. ad Attic. I, 13. Ramsh. §. 115. III, 2.), Denn ein Lacedämon auf demselben Fleck, wo ich sonst Lanuvium (wo die Iuno Sospita nach Liv. X, 14 verehrt wurde) zu sehen glaubte, ist mir ein Dorn im Auge; trop. statt: es ist mir widrig den Brutus, in welchem ich einen rüstigen Römer und Kämpfer für Errettung der Freiheit sonst erwartete, ietzt den selbstgefälligen und sich genügenden Spartaner machen und darüber der Römischen Freiheit vergessen zu sehen. Bekanntlich mussten die phlegmatischen Spartaner in den Kämpfen wider die Perser meistens erst aufgerüttelt werden: so gnügten und gefielen sie sich in Dem, was sie gethan oder allenfalls thun könnten. — *Rides* cet., Du kannst bei der ietzigen Lage der Dinge noch spassen? Respondet: *Quid faciam? Plor. f. sum*, ich bin des Iammerns müde.

2. *Dii*. Hinc novae Epistolae initium fecit Lamb. *ORELLI*. — *quam me conturb. tenuit*, in welcher gespannten Unruhe hielt mich. S. Grotef. §. 324. — *Quid . . armorum?* Was sollte dieser Einbruch von Bewaffneten in Deinem Hause? *arm.* st. armatorum; abstr. pro concr. *casus*, Vorfall mit den Bewaffneten statt incursus. — *nimbum*, Gewitter. — *egeris* de *tua* cet. Certum iudicium

bum cito transisse laetor. Tu quid egeris tua quum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, vehementer exspecto. Est enim inexplicabilis. Ita circumsedemur copiis omnibus. Me quidem Bruti literae, quas ostendis a te lectas, ita perturbarunt, ut, quamquam ante egebam consilio, tamen animi dolore sim tardior. Sed plura, quum ista cognoro. Hoc autem tempore, quod scriberem, nihil erat, eoque minus, quod dubitabam, tu has ipsas literas essesne accepturus. Erat enim incertum, visurusne te esset tabellarius. Ego tuas literas vehementer exspecto.

EPISTOLA DCCXXIII. (ad Att. XV. 10.)

Scr. in Tusculano circa Nonas Iunias A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Incertum se esse fatetur, quidnam Bruto consilii det.

CICERO ATTICO S.

O Bruti amanter scriptas literas! O iniquum tuum tempus, qui ad eum ire non possis! Ego autem quid scribam? Ut beneficio istorum utantur? Quid turpius? Ut moliantur aliquid? Nec audent nec iam possunt. Age, quiescant auctoribus nobis! Quis incolumitatem praestat? Si vero aliquid de Decimo gravius; quae no-

---

ferri et de h. loco et Ep. sup. §. 2. (h. ed. 719) *de te, quaeso* vix potest; quum ignoremus ante omnia, an etiam equitibus Romanis solitae sint dari votivae et liberae legationes. Ego cum Mongaltio ea de re vehementer dubito. Recte is intelligere videtur de allegatione (Abschickung eines Freundes) ad Brutum s. itinere Lanuvium ad eum faciendo; ita ut *legationem* ludicre dixerit pro *allegatione*, ut supra *Caerellia missa est legata* (h. ed. ep. 701, 4.). *ORELLI.* „Was Du durch Deine so wohl traurige als schwierige Reise als Abgeordneter, um Dich mit Brutus zu berathen, ausrichten dürftest, darauf bin ich sehr neugierig.“ — *inexpl.*, denn Dein Auftrag gleicht einem unauflöslichen Knoten (wie der Gordische). — *tardior*, noch stumpfer, rathloser. — *plura* scribemus. — *ista*, Was zu Rom vorgeht. — *visurusne . . . tabellarius*, ob der Briefbote würde zu Dir gelangen können.

1. *tuum...*, *qui* = ut tu... *non possis.* S. Ramsh. §. 159,2,6. Vgl. zu ep. 729,2. *Bruto — scribam* i. e. suadeam. — *ut benef.*.. *utantur*, frumenti curandi mandato, von der Gnade der Cäsarianer Gebrauch zu machen. S. §. 1. des vorig. Br. Über *ut* nach scribo s. Ramsh. §. 193, I, 1. Grotef. §. 397. — *ut mol. aliq.* scil. in Caesarianos, oder Etwas zu wagen? hängt noch ab von *scribam.* — *auctor. nobis*, auf unser Wort; meinetwegen. — *Quis incol. praest.*, allein Wer verbürgt dann ihre Sicherheit? — *de Decimo gravius* i. e. si Antonius gravius consulat (Gewalt beschlösse) in Decimum Brutum (s. zu ep. 686.), ut ei eripiat provinciam Galliam, quemadmodum paulo post tentavit Mutinam obsidendo; quam aegre hoc ferent Brutus et

stris vita, etiam si nemo molestus sit? Ludos vero non facere; quid foedius? Frumentum imponere; quae est alia Dionis legatio? aut quod munus in re publica sordidius? Prorsus quidem consilia tali in re ne iis quidem tuta sunt, qui dant. Sed possim id negligere proficiens. Frustra vero quî ingrediar? Matris consilio quum utatur vel etiam precibus, quid me interponam? Sed tamen cogitabo, quo genere utar literarum. Nam silere non possum. Statim igitur mittam vel Antium vel Circeios.

Cassius, etiam si eos nemo adoriatur! — *nostris* i. e. Bruto et Cassio *vita foret*, wie würden Brutus und Cassius sich ruhig verhalten können? — *ludos* Apollinares, quos ut praetor facere debebat Brutus; dann aber als Prätor der Stadt die pflichtschuldigen Spiele nicht einmahl abhalten und dabei präsidiren zu hönnen. — *foedius* sit? — *frumentum imponere*, dass man ihnen Frucht in Asien u. Sicilien einzukaufen aufhalset (s. den Anfang des vorherg. Br.), ist das Etwas anderes, als iene Verschickung des Dio?" Dieser Dio von Syrakus wurde nämlich nach Plutarch u. Nepos vom Tyrannen Dionysius aus Furcht, iener möchte zur Befreiung seines Vaterlandes Etwas unternehmen, unter mancherlei Vorwand bald da bald dorthin als Gesandter verschickt und vom Throne entfernt. Seine Verschickung war also eine ehrenhafte und verdeckte Verweisung aus der Hauptstadt. Derselbe Fall schien es bei der Fruchtcommission mit Brutus u. Cassius zu sein, zumahl, da sie bloss die Aufkäufer zu machen hatten und keine Obergewalt damit verknüpft war. — *sordidius*, gemeineres, schmutzigeres? Cura annonae olim quidem etiam Pompeio mandata erat; sed cum imperio; his tantum labor et cura emendi imponebatur. — *consilia*, Rath zu ertheilen in einem solchen Falle. — *iis*, Md. *his*. — *proficiens*, sed ego, si modo quid proficere et illos consilio iuvare possem, illud periculum negligerem. *MANUT.* „Doch Gefahr würde mich nicht kümmern, wenn ich nur nützte." — *quî ingrediar*, aber warum soll ich fruchtlos in die Sache eingehen? mich einmengen? — *Matris* Serviliae, der Cicero nicht trauete, da sie Cäsars Freundinn gewesen und noch nach seiner Ermordung mit dessen Anhängern in Verbindung war. — *utatur*, Gehör gibt, folgt. — *quo gen. ut. lit.*, auf welche Art ich ihm antworte. — *mittam* literas, Antwort. Diese scheint er nicht abgeschickt zu haben, weil er nach ep. 721. selbst sofort zum Brutus nach Antium reisete. *Antium*, eine Seestadt am Vorgebirge Anzo in Latium; *Circeii* od. *Circaei*, gleichfalls daselbst eine Stadt auf dem ietzigen Monte Circello an der Seeküste.

EPISTOLA DCCXXIV. (ad Att. XV. 11.)

Scr. in Antiati V. Id. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Narrat suum cum Bruto et Cassio colloquium; ac Dolabellam se sibi legasse nuntiat. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Antium veni ante VI. Idus. Bruto iucundus noster adventus. Deinde, multis audientibus, Servilia, Tertulla, Porcia quaerere, quid placeret. Aderat etiam Favonius. Ego, quod eram meditatus in via, suadere, ut uteretur Asiatica curatione frumenti; nihil esse iam reliqui, quod ageremus, nisi ut salvus esset? in eo etiam ipsi rei publicae esse praesidium. Quam orationem quum ingressus essem, Cassius intervenit. Ego eadem illa repetivi. Hoc loco, fortibus sane oculis Cassius — Martem spirare diceres — „se in Siciliam non iturum. Egone ut beneficium accepissem contumeliam?" — Quid ergo agis? in-

---

1. *VI. Idus* Iun., am 8. Iunius. Sic Stroth. p. 245. coni. *Kal.* Cett. cum Cdd. *ORELLI.* Strothius recte correxit. „Neque enim, inquit, Kalendae Iuniae intelligi possunt; tunc enim frumentaria legatio Bruti et Cassii nondum decreta erat — quod factum demum Nonis Iuniis —; neque Iuliae; tunc enim sera, utrum obeundum sit hoc negotium necne, deliberatio fuisset, quam in recenti fuisse ex tota epistola apparet; neque omnino Kalendae, quum in fine epistolae dicat: *Dolabella . . nuntiatum est.* Post XXIII. igitur diem? quomodo probabile hoc? Puto fuisse *V. I.* id est *V. Idus,* iunctis deinde literis *VI.* effectum; tum a librario *Kal.* additum est." *SCH.* — *Servilia* Bruti matre, *Tertulla* (s. Tertia) eius sorore Cassio nupta, *Porcia* Bruti uxore, M. Catonis filia. — *quaerere,* Infinit. historicus. — *quid placeret,* was für einen Plan ich vorzuschlagen hätte. — M. *Favonius,* ille Catonis aemulus, Bruti familiaris, post proelium Philippense captus et, quum catenatus produceretur, in Caesarem Octavianum acerbissime invectus. Vid. Sueton. Aug. c. 18. *SCH.* ad Attic. I, 14. II, 1. IV, 1. 16. ad Famil. VIII, 9. 11. ad Q. fratr. II, 3. 11. — *suadere,* Inf. hist. — *uteretur,* annehmen, übernehmen möchte. S. ep. 721 im Anf. u. d. vorig. Br. — *nisi ut salv. esset,* als vor der Hand auf seine Sicherheit zu denken. S. zu ep. 722, 1. *legatoriam.* Cicero hatte sich ietzt eines Anderen bedacht. Im vorigen Briefe urtheilte er entgegengesetzt. Cum Corrad. et Cd. Urs. Sch. Lün. *salvos esse* Cett. cum Md. praet. Vict. 1. Error ortus ex antiqua scriptura *salvos* pro *salvus. ORELLI.* — *praesid.,* Mittel, die Republik zu retten. — *Hoc loco,* bei Diesen meinen Worten. — *fort.,* heftigen. — *Cassius* interpellando dixit, fiel ein und sagte. — *Martem spirare,* Ἄρηα πνεῦσαι, *diceres,* man hätte sagen sollen, Mars selbst schnaube aus ihm. Homericum! — *contumeliam.* Sic Md Oxon. 1. 2. Margo Crat. Iens. Vict. 1. 2. *accepisse in contumeliam* Cdd. Torn. Crusell. Bos. Graev. *accepisse in contumelia* Asc. pr. Lamb. Ern. Sch. *accepisset in contumelia* Asc. sec. Crat. Sed et a librariis et a criticis duae formulae confusae videntur: pri-

quam. — At ille, „in Achaiam se iturum.“ Quid tu, inquam, Brute? „Romam, inquit, si tibi videtur.“ Mihi vero minime: tuto enim non eris. „Quid? si possem esse, placeretne? Atque ut omnino neque nunc neque ex praetura in provinciam ires; sed auctor non sum, ut te urbi committas. Dicebam ea, quae tibi profecto in mentem veniunt, cur non esset tuto futurus. Multo inde 2
sermone querebantur — atque id quidem Cassius maxime — amissas occasiones Decimumque graviter accusabant. Ego negabam oportere praeterita: assentiebar tamen. Quumque ingressus essem dicere, quid oportuisset, — nec vero quidquam novi, sed ea, quae quotidie omnes — nec tamen illum locum attingerem, quemquam prae-

---

mum: *Egone . . . accepissem*, vel, ut equidem malim: *Egone ut beneficium accipiam istam contumeliam?* e qua ipsa lectione librorum lectiones ortas puto; in qua tamen infinitivus non habet locum, quum in altera forma *Mene . . accepisse . . contumeliam* sit necessarius. Sed, inquit, abruptus est sermo pro: *Egone ut beneficium accepisse in contumelia* dicar (Sch. *videar*). Non credo. *ORELLI.* v. ep. 725, 1. *beneficio Antonii contumelioso.* — *minime* videtur. — *Atque* mihi placet, *ut*, nun so rathe ich doch, dass. — *ex praetura*, nach beendigter Prätur. — *auctor non sum*, dazu kann ich mein Wort, meine Einwilligung nicht geben. — *tibi*, Attice.

2. *occasiones* liberandae rei publicae et securitatis restituendae. — *accusabant*, quod Decimus Brutus auctor fuerat Antonii non interficiendi cum Caesare, quod suaserat Cassius. *ERNESTI.* Vid. Vellei. Paterc. Sec. Plutarch. Marcus Brutus dissuaserat. Sic Cd. in m. 1584. Lamb. in Curis sec. *accusabat* Cett. Mox Cd. in m. 1584 *assentibar. ORELLI.* — *Ego . . . praeterita* scil. tangere od. fieri, ich sagte, man müsse das Vergangene nicht anrühren oder zu Vergangenem sei man nicht mehr verpflichtet; von Vergangenem könne man nicht mehr sagen, dass es nothwendig sei; verloren sei verloren. — *quid* fieri *oportuisset.* — *novi* scil. dicere; nimmt man eine Parenthese an, dicebam. — *omnes* dicunt. — *nec .. nec tamen*, einer Seits wirklich Nichts... anderer Seits iedoch auch nicht. — *attingerem*, ich doch anderer Seits nicht den Punct berühren mochte, dass ausser dem Ermordeten (Cäsar) noch Einer (Antonius) hätte müssen gefasst; sondern dass der Senat hätte müssen zusammen berufen . . . werden. *attingerem* correxit I. Fr. Gronov., quod *nec vero . . . omnes* in parenthesi dictum putavit. *attingere* Priores cum Cdd. *ORELLI.* In ienem Falle wäre hier eine Art Anacoluthon anzunehmen, wo die Fortsetzung mit der Parenthese durch *nec tamen* in Verbindung gebracht ist. S. Ramsh. §. 206, B, 6, c. Allein *attingere* hängt von *ingressus essem* ab. Da *ingredi* s. v. a. sich worauf einlassen, worauf eingehen bedeutet; so sieht man nicht ein, warum man nicht hinter *novi* das *dicere* wiederholen, *attingere* unverändert davon abhängen lassen und zwischen *sed* und *senatum* aus dem Vorigen illum locum attingere ingressus essem ergänzen sollte, indem ia im Nachsatze die Servilia in die Rede fällt, so dass Cicero nicht voll ausspre-

terea oportuisse tangi, sed senatum vocari, populum ardentem studio vehementius incitari, totam suscipi rem publicam; exclamat tua familiaris: „Hoc vero neminem unquam audivi!" Ego repressi. Sed et Cassius mihi videbatur iturus: — etenim Servilia pollicebatur se curaturam, ut illa frumenti curatio de senatus consulto tolleretur: — et noster cito deiectus est de illo inani sermone. Velle enim se dixerat. Constituit igitur, ut ludi, absente se, fierent suo nomine. Proficisci autem mihi in Asiam videbatur ab Antio velle.
3 Ne multa; nihil me in illo itinere praeter conscientiam delectavit. Non enim fuit committendum, ut ille ex Italia prius, quam a me conventus esset, discederet. Hoc dempto munere amoris atque officii, sequebatur, ut mecum ipse:

Ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν, θεοπρόπε;

Prorsus dissolutum offendi navigium vel potius dissipatum. Nihil consilio, nihil ratione, nihil ordine. Itaque etsi ne antea quidem dubitavi, tamen nunc eo minus, evolare hinc, idque quamprimum, ubi

---

chen kann, sondern es für's Erste beim ingressus muss bewenden lassen. Fasst man diese Stelle so; dann bedarf sie nicht der Annahme einer Parenthese noch der Verbesserung *attingerem.* — *sed* attingerem (aus attingere) oder attingere ingressus essem, darauf eingegangen war anzudeuten, *senatum vocari . . . incitari . . . suscipi* scil. oportuisse. — *suscipi.* Sic scripsi coni. (scil. a *τυραννοκτόνοις* totius rei publicae gubernandae curam *suscipi* oportuisse), *suscipe* Asc. utraq. Iu. Crat. *suscipere* Md. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. *susciperem* de I. F. Gronov. susp. Ern. Sch. Lün. Sed id h. l. Cicero de se dicere minime poterat. *ORELLI.* „dass man sich hätte der ganzen Staatsgewalt bemeistern sollen." — *tua familiaris* Servilia. — *neminem* dicere, dicentem; suadere . . *audivi!* — *repressi*, brachte sie zum Schweigen. — *iturus*, zur Abreise entschlossen: mit blosser legatio libera. — *et noster* M. Brutus omisit celeriter, quod ante dixerat, se Romam iturum. *SCH.* — *Velle*, quod mihi placeret i. e. velle concedere, nachgeben. — *ludi* Apollinares. S. zu ep. 723: *Ludos vero non facere.*

3. *Ne multa* proferam, um nicht zu weitläuftig zu sein. S. Grotef. §. 434. Ramsh. §. 203, II, a, 1. 2. — *praet. consc.*, Nichts so sehr als das Bewusstsein, die Pflicht des Freundes erfüllt zu haben. — *committ.*, ich konnte nicht zugeben. — *Hoc dempto m.*, abgesehen von diesem Opfer u. s. w. — *seq.*, *ut mec. ipse* loquerer, musst' ich doch mir selbst zurufen. — *θεοπρόπε*, iter huc susceptum cui usui tibi nunc est, vates? Senarius videtur Sophocleus Valckenario diatrib. ad Eurip. fr. p. 192., cuius initio infra quoque utitur ad Attic. XVI, 6 (759, 2). Particulam *νῦν* vel Cicero ipse vel aliquis librarius infersit, opinor. *SCH.* — *dissol.*, leck; *dissip.*, ganz in Stücken. Ein Bild, wie ep. 813. gegen Ende; 33. 55. Liv. 44, 22. Horat. Carm. I, 14. — *Nihil* agunt. — *dubitavi*, anstand. — *eo minus* dubito. — *evolare hinc* eo, *ubi.* — *Pelopidarum*,

Nec Pelopidarum facta neque famam audiam.
Sed heus tu, ne forte sis nescius, Dolabella me sibi legavit a. d. IV. Nonas. Id mihi heri vesperi nuntiatum est. Votiva ne tibi quidem placebat. Etenim erat absurdum, quae, si stetisset res publica, vovissem, ea me, eversa illa, vota dissolvere: et habent, opinor, liberae legationes definitum tempus lege Iulia; nec facile addi potest. Aveo genus legationis, ut, quum velis, introire exire liceat: quod nunc mihi additum est. Bella est autem huius iuris quinquennii licentia. Quamquam quid de quinquennio cogitem? Contrahi mihi negotium videtur. Sed βλάσφημα mittamus. 4

EPISTOLA DCCXXV. (ad Att. XV. 12.)

Scr. in Antiati IV. Id. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Repetit breviter quae de Bruto et Cassio scripserat, additque pauca de L. Antonii literis et de Octaviani ingenio et animo. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Bene mehercule de Buthroto. At ego Tironem ad

Antoniorum. Initio huius senarii utitur ep. 692, 2. At ep. 653, 1 eum aliter effert. *SCH.*

4. *ne . . sis nescius,* damit Du es wissest o d e r metuo enim *ne* cet. = gesetzt, Du wüsstest es noch nicht. S. Ramsh. §. 191, 2. 166, 4. — *me sibi legavit,* hat mich zu seinem Ehrenlegaten gemacht, decrevit, ut sibi in Syriam ituro legatus essem. Hoc ius legationis concessum erat Ciceroni in quinquennium. *SCH.* — *ad IV. Nonas* Iunias. Falso olim addebatur *Apriles. SCH.* „am 2. Iunius." — *Votiva* legatio. S. zu ep. 719, 1 am Ende. — *erat* = esset. — *si* = unter der Bedingung, dass = für die Aufrechthaltung des Freistaats. Es ist das *si* der Formula vovendi. — *eversa illa,* nach ihrem Umsturze. — *dissolvere* quasi debita, zu zahlen, zu erfüllen o d e r erfüllen zu wollen. — *et habent* kurz gesagt für et liberam legationem accipere non potui; nam *habent* cet. — *tempus,* Frist. — *nec facile addi potest,* und verlängern kann man sie nicht leicht; Nichts hinzu- noch davon thun. — *Aveo genus leg.,* mich verlangt nach einer Legation der Art, dass. — *introire* Romam; *exire* Roma. — *additum est* legatione mihi concessa, ut Dolabellae legatus sim. — *quinq.,* auf fünf Iahre. — *Contrahi . . videtur,* „wie mir deucht, mich ahnet, dürfte sich dieses F ü n f noch ziemlich zusammen ziehen, verkürzen." Rührende Ahnung! denn im nächsten Iahre ward er gemordet. — *sed βλάσφ. mitt.,* ne nobis male ominemur, doch fort mit so übeler Ahnung!

1. *de Buthroto,* Vortrefflich in der That, Was Du von Buthrotum meldest. Atticus ad Ciceronem scripserat consules de consilii sententia decrevisse secundum Buthrotios. *SCH.* cf. ep. 739. 740. et supr. ad ep. 691, 2. — *ad Dolabellam,* quem, ut Bu-

Dolabellam cum literis, quia iusseras, miseram. Quid nocet? De nostris autem Antiatibus satis videbar plane scripsisse, ut non dubitares, essent quin otiosi futuri usurique beneficio Antonii contumelioso. .Cassius frumentariam rem aspernabatur. Eam Servilia sublaturam ex senatus consulto se esse dicebat. Noster vero, *καὶ μάλα σεμνός*, in Asiam, posteaquam mihi est assensus tuto se Romae esse non posse — ludos enim absens facere malebat — statim autem se iturum, simul ac ludorum apparatum iis, qui curaturi essent, tradidisset. Navigia colligebat: erat animus in cursu. Interea in eisdem lo-
2 cis erant futuri. Brutus quidem se aiebat Asturae. L. quidem Antonius liberaliter literis sine cura me esse iubet. Habeo unum beneficium: alterum fortasse, si in Tusculanum venerit. O negotia non ferenda! quae feruntur tamen. *Τῶν δ' αἰτίαν τῶν Βρούτων τις εἶχεν!* Octaviano, ut perspexi, satis ingenii, satis animi: videbatur-

---

throtiis faveret, rogaverat. — *Quid nocet?* Das wird Nichts verderben. — *Antiatibus* Bruto et Cassio, qui tum Antii commorabantur. ep. 724, 2 sub fin. — *pl. scripsisse* ep. 724. — *otiosi*, ruhig. — *usuri* und Gebrauch von . . . machen d. i. die Gnade des Ant. annehmen werden. — *frum. rem*, die Fruchtcommission. — *Noster vero* Brutus et valde quidem gravis (sehr ernst) dicebat se in Asiam iturum. *σεμνός.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bos. Seqq. *σεμνῶς* Margo Crat. Manut. Lamb. *καὶ ἄσμενος* (vel potius *καὶ μάλ' ἄσμενος*) Cdd. Urs., id quod minime displicet. Quocirca non scripsi *σεμνῶς*, quod per se spectatum sane praestat adiectivo. *ORELLI.* — *ludos* Apollinares, quos praetor facere decebat III. Non. Iul. Vid. ep. 724, 2. — *autem*, um nach der Parenthese wieder anzuknüpfen. Epanalepsis. S. Ramsh. §. 206, B, 6, *. — *iis*, Md. *his*. — *erat animus in cursu*, seine Seele war schon auf der See. — *Interea*, bis dahin, dass diess geschehe. — *futuri*, mansuri. — *Asturae* scil. futurum esse. Asc. 1. Crat. *Asturae affuturum* ex interpol.

2. *L. quidem* (*autem* Lamb.) *Antonius*, Marci consulis frater. V. ep. 719. — *Habeo unum benef.*, da hab' ich schon wirklich eine Gefälligkeit. Ironie! denn solche Sprache kennt man schon. — *si in Tusc. venerit.* Sic Asc. utraq. Crat. Sch. in Ed. mai. Amarissima est *εἰρωνεία*: „alterum fortasse beneficium erit, ut cum armatis in Tusculanum veniens me occidat.“ *ORELLI.* Rumor enim erat L. Antonium cum armatis venturum, ut agrum Tusculanum divideret. Cf. ep. 718. *SCH.* — *negotia* = res, Lage der Dinge. — *τις εἶχεν!* Sic Cd. Crusell. (prob. Bosio) Graev. Ern. Sch. Hi cum interrogatione, scribentes *τίς*. Non tamen ambigere videtur, utrum Marci, an Decimi ista sit culpa. Marci sane erat; cfr. *Attic.* 15, 20. *Haec omnis culpa Bruti*: vel, si mavis, utriusque. cfr. *Lib.* 14, 14. *Ista culpa Brutorum?* Exclamatio igitur potius est, hac sententia: „Istamne culpam esse alicuius Brutorum.“ *ORELLI. culpam*, scil. quod non una cum Caesare Antonius quoque sit interfectus. *SCH.* — *Octaviano*, Caesari Octaviano, eigentlich noch Octavius genannt, der nachherige Kaiser Augustus.

que erga nostros ἥρωας ita fore, ut nos vellemus, animatus. Sed quid aetati credendum sit, quid nomini, quid hereditati, quid κατηχήσει, magni consilii est. Vitricus quidem nihil censebat; quem Asturae vidimus. Sed tamen alendus est: et, ut nihil aliud, ab Antonio seiungendus. Marcellus praeclare, si praecipit † nostro nostri: cui quidem ille deditus mihi videbatur. Pansae autem et Hirtio non nimis credebat. Bona indoles, ἐὰν διαμείνῃ.

EPISTOLA DCCXXVI. (ad Att. XV. 16. A.)

Scr. in villa ad Lucrinum IV. Id. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De literis a filio acceptis Leonidaeque ac Herodis de eo testimoniis.

CICERO ATTICO S.

Tandem a Cicerone tabellarius; et mehercule literae πεπινωμένως scriptae: quod ipsum προκοπὴν aliquam † si-

---

— *quid* = in wie weit, in wiefern. — *cred.* = fidendum *sit aetati* ut adolescenti XVIII. annorum; *nomini*, quum se Caesarem appellet et verendum sit, ne patris adoptivi mores imitetur; *hereditati* ab eo acceptae; κατηχήσει, institutioni Caesarianorum (den Zuflüsterungen der Cäsarianer). *SCHÜTZ.* — *vitricus* L. Marcius Philippus. — *nihil censebat* ei fidendum esse. — *alendus est*, man muss ihn pflegen. — *ut* (= gesetzt) *nihil aliud* ita efficiatur, „und ihn so, falls man Nichts weiter wollte, doch wenigstens von Antonius fern halten.“ Man wollte ihn also gegen Antonius gebrauchen; er schloss aber bald das Triumvirat mit Diesem und Lepidus, um erst die Republikaner zu bekämpfen und dann iene zu stürzen und sich so an die Spitze des Senats zu stellen. — *praeclare* aget. — † *nostro nostri.* In corruptis his verbis Graeca latere videntur v. c. σωφρονεῖν vel γνῶθι σεαυτόν, quae tamen nolim praestare. *si praecipit nostro, nostris, cui* e Cdd. Regg. Lall. *si praecipit nostro nosci* I. F. Gronovii susp. *si praecipit nostro. Nostris quidem,* quod tribuitur Mureto, habent iam Herv. Cam. *si praecipit puero de nostris* Sch. coni. *ORELLI.* Vielleicht ist zu lesen: *ignoscere nostris*, Brutis. — *cui quidem ille*, quem Marcellum Octavianus colere videbatur; nam ille huius sororem in matrimonio habebat. — *credebat* Octavianus. — *Bona indoles*, das ist schon eine gute Anlage, Stimmung. — ἐὰν διαμείνῃ, si permanserit.

I. *a Cicerone*, filio meo. — *tabellarius* cum literis advenit. — πεπινωμένως, nitide et eleganter *scriptae*, quod ipsum progressum aliquem in studiis significat. Iam supra (ep. 687) laudaverat aliam filii epistolam scripseratque πῖνος literarum eum doctiorem significare. *SCH.* πεπυκνωμένως Iu. Asc. 2. Crat. — προκοπὴν *aliquam*, progressum in literis. — †*significaret.* Hoc sanè corruptum. Sed dubito, utrum cum Sch. 2 legendum sit: *significat*; an *significarat* scil. iam antea in literis superioribus: an denique: *si-*

gnificaret: itemque ceteri praeclara scribunt. Leonidas tamen retinet suum illud ADHUC. Summis vero laudibus Herodes. Quid quaeris? Vel verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter praebeo credulum. Tu, velim, si quid tibi est a Statio scriptum, quod pertineat ad me, certiorem me facias.

EPISTOLA DCCXXVII. (ad Att. XV. 16. B.)

Scr. in villa ad Lucrinum III. Id. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Ostendit se mox in Tusculanum cogitare.

CICERO ATTICO S.

Narro tibi: haec loca venusta sunt, abdita certe, et, si quid scribere velis, ab arbitris libera. Sed nescio quo modo *οἶκος φίλος*. Itaque me referunt pedes in Tusculanum. Et tamen haec *ῥωπογραφία* ripulae videtur habitura celerem satietatem. Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranae enim *ῥητορεύουσιν*. Tu, quaeso, fac sciam, ubi Brutum nostrum et quo die videre possim.

---

gnificarit. *ORELLI*. — *ceteri*, amici mei. — *scribunt* de Cicerone filio. — *Leonidas . . . ADHUC*. ep. 698 dixerat Leonidam de filio scripsisse: *quomodo nunc est, laudari meretur*. — *Herodes* scil. eum, filium meum, ornat, effert. — *verba dari*, Worte vormachen. — *Statio*, Quinti Ciceronis liberto. Vid. ad Famil. XVI, 16; ad Attic. IX, 8. item V, 1. XII, 5. ad Q. Fratr. I, 2. 4. Inprimis cfr. ad Attic. XV, 19 (731, 2). et XV, 15 (728.)

1. *Narro tibi*. Haec epistola vulgar. in edd. cum superiore coniungitur. Manutius vero rectius hic novae epistolae initium esse vidit. Formula enim *narro tibi* alias semper in principio epistolae utitur. *SCH*. „ich sage Dir." — *haec loca*, in quibus dego, villa scilicet ad Lacum Lucrinum in Campania. — *ab arbitris*, Zuschauern, Zuhorchern, testibus; also von allem Überlauf. — *οἶκος φίλος*. „Proverbium Graecum *οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος*, quod significat nusquam commodius vivi quam domi. Ideo cupiebat redire in Tusculanum, ubi frequentius et libentius morabatur, ut quasi altera domus esset. *POPMA*. — *et tamen* in Bezug auf *haec loca venusta sunt, et... libera*, so dass, Was vorangeht, eine Art Parenthese zur Herzenserleichterung ist. — *ῥωπογραφία ripulae*, dieses mahlerische Gestade; arbustum, quo consita erat ripa, topiario opere excultum; varia viridia, quibus ripa distinguebatur et quasi pingebatur. Vid. Etymolog. magn. *τοπογραφία* Asc. 1. Crat. — *prognostica nostra*, Aratea a Cicerone in Latinum carmen translata, e quo libr. 1. de Divinat. c. 9. hi versiculi afferuntur, ad quos h. l. respexit. *ῥητορεύουσιν*, declamitant, peroriren, quasi rhetorum more; facete de ranarum clamore. *ERNESTI*.

EPISTOLA DCCXXVIII. (ad Att. XV. 15.)

Scr. in villa ad Lucrinum prid. Id. Iun. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De numis Arpinatium depositis Fadio reddendis; de Cleopatrae reginae iniquitate et de Sarae insolentia; de nominibus suis expediendis et de pecunia filio Athenas permutando. 1-4.

CICERO ATTICO S.

L. Antonio male sit! si quidem Buthrotiis molestus est. Ego testimonium composui: quod, quum voles, obsignabis. Tu nummos Arpinatum, si L. Fadius aedilis petet, vel omnes reddito. Ego ad te alia epistola scripsi de HScx., quae Statio curarentur. Si ergo petet Fadius, ei volo reddi; praeter Fadium nemini. Apud me item puto depositum. Id, scripsi ad Erotem, ut redderet. Reginam odi. Me iure facere scit. Sponsor promissorum 2
eius Ammonius; quae quidem erant φιλόλογα et dignitatis

---

1. *L. Antonio* M. fratri, qui videtur decretum in gratiam Buthrotiorum factum impedire voluisse. Fuit enim septemvir agris dividundis. Vid. Philipp. II. *SCH.* S. ep. 725. — *testimonium*, quo testor ea, quae de Buthrotiis me praesente cum Caesare sunt acta. *MANUT.* Rem narrat in ep. 739 ad Plancum. — *composui*, ich habe aufgesetzt. — *obsignabis* „signo meo;" quod Atticus habuisse videtur, quo uti posset, quum opus esset. Eo videtur ei opus fuisse, v. c. quum literas Ciceronis nomine daret, quod aliquoties supra vidimus factum. *ERN.* — *nummos Arpinat.*, das Geld, was ich den Arpinaten schuldig bin. — *aedilis* Arpinatium, der einzige Magistrat zu Arpinum, der durch Wahl besetzt wurde. S. ep. 481. — *vel*, wenn es sein muss. — *omnes*, die ganze Summe. — *de HS cx*, 110,000 Sestertien = 11,000 Gulden. — *Statio.* S. ep. 726. Vielleicht hatte Cicero seinem Bruder Quintus damit aushelfen wollen. — *depositum,* dass einiges Geld der Arpinaten bei mir in Verwahrung gegeben, niedergelegt ist.

2. *Reginam* Cleopatram. S. ep. 688, 1. 704, 2. — *iure facere* i. e. odisse eam. „*odi. Id me meo iure facere* possis suspicari e Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Oxon. 2: *odit. ORELLI.* — *Sponsor prom. eius*, der sich für ihr Versprechen bei mir verbürgte. — *Ammonius* scil. scit vel fuit. Ein alter Diener des Ptolemäus, des Vaters der Königinn. Er wurde von ihm nach Rom geschickt, um dort die Wiedereinsetzung in sein Reich zu unterhandeln. Bei Gelegenheit, dass Cleopatra sich vielleicht noch zu Cäsars Lebzeiten dem Cicero empfahl, hatte dieser als Kunstliebhaber und Gelehrter sich seltene Merkwürdigkeiten, etwa ägyptische Bildsäulen oder Handschriften aus der Alexandrinischen Bibliothek, von ihr erbeten. Ihr Legationsrath Ammonius versprach dafür zu sorgen. Ietzt aber, da nach Cäsars Ermordung der politische Wind sich in Rom umgedreht hatte, schien er nicht mehr Lust zu haben, sein Ehrenwort zu halten. Diess ist es, worüber Cicero sich beschwert. — *φιλόλογα*, gelehrte Liebhabereien; il s'agissait de choses, qui convenaient à un homme de lettres. *MONG.* Cleopa-

meae, ut vel in concione dicere auderem. Saran autem praeterquam quod nefarium hominem cognovi, praeterea in me contumacem. Semel eum omnino domi meae vidi. Quum φιλοφρόνως ex eo quaererem, quid opus esset; Atticum se dixit quaerere. Superbiam autem ipsius reginae, quum esset trans Tiberim in hortis, commemorare sine magno dolore non possum. Nihil igitur cum istis: nec tam animum me quam vix stomachum habere arbitrantur.
3 Profectionem meam, ut video, Erotis dispensatio impedit. Nam quum ex reliquis, quae Nonis April. fecit, vel abundare debeam, cogor mutuari: quodque ex istis fructuosis rebus receptum est, id ego ad illud fanum sepositum putabam. Sed haec Tironi mandavi, quem ob eam causam
4 Romam misi. Te nolui impeditum impedire. Cicero noster quo modestior est, eo me magis commovet. Ad me enim de hac re nihil scripsit, ad quem nimirum potissimum debuit. Scripsit hoc autem ad Tironem, sibi post Kal. April. — sic enim annuum tempus confici —

---

tra haec Ciceroni pro officio quodam ei praestito promisisse videtur. *SCH.* — *dignitatis meae*, meiner Würde angemessene Gegenstände; nicht Genüsse, wie Cäsar von ihr begehrt hatte. — *in concione*, in einer öffentlichen Volksversammlung. Tantum aberat, ut me donorum a Cleopatra oblatorum pudere deberet. — *Saran* (Sic Md. Vict. 2. *Saram* Cett. *ORELLI.*), qui sine dubio erat unus ex aulico reginae famulitio, sicut Hammonius. *SCH.* — *contumacem*, als einen groben, ungeschliffenen, impertinenten Menschen. — *φιλοφρόνως*, mit aller Höflichkeit, humaniter, comiter. — *quid ei opus esset* Lamb., ob ich ihm womit dienen könnte? — *quaerere.* Id scilicet erat hominis inurbani, qui nihil aliud responderet, quam se Atticum quaerere. — *in hortis* Caesaris. — *cum istis*, ich will daher mit diesen Leuten Nichts zu thun haben. Erg. commune mihi sit, communicatum habere volo. — *animum*, Muth; *stomach.*, Galle.

3. *Erotis disp.*, die schlechte Finanzverwaltung. — *ex reliquis*, nach dem Guthaben, Überschusse. — *Non. Apr.*, am 5. April. — *fecit*, bei Abfassung der Rechnung herausgebracht und mir vorgelegt hatte. Eros Nonis Aprilibus rationes omnes confecerat, summaque facta, quantum pecuniae Ciceroni deberetur, quantum aliis ab ipso, apparebat Ciceroni tantum pecuniae superare, ut non modo non egere, sed etiam abundare videretur. *MANUT.* — *ex istis fructuosis rebus*, ut mercedibus insularum, aus der Miethe meiner Häuser (S. ep. 729, 1 am Ende), Argileti et Aventini, quarum annuum proventum ep. 550, 2. putabat Ciceroni filio in annuum sumptum sufficere. — *receptum est*, eingenommen ist. *redactum* „Alii" in m. 1584. — *ad istud fanum* Tulliae erigendum et exstruendum *sepositum*, bei Seite, zurückgelegt. — *impeditum imp.*, den viel belästigten belästigen.

4. *Cicero*, Marci filius, qui Athenis erat. — *debuit* = debuerit. — *sic . . . confici*, denn an dem Tage sei sein Iahr zu Ende. —

nihil datum esse: tibi pro tua natura semper placuisse teque existimasse id etiam ad dignitatem meam pertinere, eum non modo liberaliter a nobis, sed etiam ornate cumulateque tractari. Quare velim cures — nec tibi essem molestus, si per alium hoc agere possem — ut permutetur Athenas, quod sit in annuum sumptum ei. Scilicet Eros numerabit. Eius rei causa Tironem misi. Curabis igitur et ad me, si quid tibi de eo videbitur, scribes.

EPISTOLA DCCXXIX. (ad Att. XV. 17.)

Scr. in villa ad Lucrinum XVII. Kal. Quintil. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Duabus Attici epistolis respondet. 1-2.

CICERO ATTICO S.

Duas accepi postridie Idus, alteram eo die datam, alteram Idibus. Prius igitur superiori. De Bruto, quum scies. De consulum ficto timore cognoveram. Sicca enim φιλοστόργως ille quidem, sed tumultuosius ad me etiam illam suspicionem pertulit. Quid tu autem? τὰ μὲν διδόμενα? Nullum enim verbum a Siregio. Non placet. De

---

datum, ausgezahlt. — *tibi.* Ante hanc vocem *Ego vero memini* vel simile quidpiam excidisse cum Mongaltio censet Sch. *ORELLI.* — *ad dignit.* S. ep. 699, 4. — *liberaliter*, also dass er mit einem reichlichen Iahrgehalte versehen werde. — *ornate*, mit einem Ehrenpfenning. — *cumulate*, mit einem Überschuss zu beliebiger Verwendung. — *nec* tamen. — *agere*, ausrichten. — *ut permutetur Athenas* cet., ihm seinen Iahrgehalt nach Athen anzuweisen. — *numerabit* tibi, Eros nämlich zahlt Dir den Wechsel. — *de eo*, darüber.

1. *postr. Id.* Iun., am 14. Iunius. — *superiori* epistolae respondebo. — *De Bruto* scribas. S. Ende des vor. Br. — *De consulum*, Antonii et Dolabellae, *ficto timore.* Antonius enim barbaris stipatus procedebat, quum sibi fingeret timere, aliis revera timorem incutere vellet. *SCH.* — *Sicca.* S. ep. 548. 556. — *φιλοστόργως*, peramanter, aus wahrer Liebe zu mir. — *tumult.* zu stürmisch, ängstlich. — *suspic.* consulum st. nuntium de suspicione consulum pertulit. — *Quid tu autem?* Was sagst Du aber dazu? — *τὰ μ. διδόμ.* Über diess Sprichwort s. zu ep. 269, 1. „Wie man's uns gibt, so muss man's nehmen? Denn kein Wort verlautet in Deinem Briefe abseiten des Siragius.“ Er beklagt sich also über die Kürze, womit Attikus ihm geschrieben hatte. *a Sara regio* (v. ep. 728, 2.) de I. F. Gronov. coni. Da dieser mit dem Attikus nach dem vorig. Briefe hatte sprechen wollen und wahrscheinlich noch vor Kurzem mit ihm gesprochen hatte; so war Cicero neugierig, was dieser zu ihm gesagt. Vielleicht befürchtete Cicero, dass er sich im Gefolge des Antonius befände. S. den folg. Brief.

Plaetorio vicino tuo permoleste tuli quemquam prius audisse quam me. De Syro prudenter. L. Antonium per M. fratrem, ut arbitror, facillime deterrebis. Antroni vetui; sed nondum acceperas literas; nec cuiquam nisi L. Fadio aedili. Aliter enim nec caute nec iure fieri potest. Quod scribis tibi deesse HSc., quae Ciceroni curata sint; velim ab Erote quaeras, ubi sit merces insularum. Arabioni de Sitio nihil irascor. Ego de itinere, nisi expli-
2 cato *A*, nihil cogito; quod idem tibi videri puto. Habes ad superiorem. Nunc audi ad alteram. Tu vero facis, ut omnia, quod Serviliae non dees, id est, Bruto. De regina gaudeo te non laborare; † certe etiam tibi probari. Erotis rationes et ex Tirone cognove et vocavi ipsum. Gratissimum, quod polliceris Ciceroni nihil defuturum:

— *De Plaetorio vicino tuo*, nämlich dass er eben das Glück gehabt hatte, aus dem Exsile wieder zurückberufen zu werden. — *De Syro*, Attici servo. Vid. ad Attic. XII, 22. *prudenter* egisti. — *deterrebis* i. e. efficies, ut Buthrotiis molestus non sit. *MANUT.* Vid. ep. 728, 1. — *Antroni vetui* pecuniam, quae Arpinatibus debetur (v. ep. 728, 1.) dari, solvi, qui Arpinatium nomine videtur postulasse. *ERN.* — *literas* 728. — *nec cuiquam* solvi debere scripseram. — *iure.* Fadius enim Arpinatium aedilis fuit. — *tibi deesse* i. e. te nondum accepisse. Lamb. susp. *deberi.* — *HS C.*, 100,000 Sestertien. — *Ciceroni.* s. ep. 728, 4. — *merces insul.* S. zu ep. 728, 4. — *Sitio.* Ep. 202. Sitiana syngrapha est. P. Sitium reperies apud Hirt. B. Afric. c. 36. — *nisi explicato A* i. e. λοιπῷ s. reliquo h. e. solutis debitis, nicht eher als bis meine Reste bezahlt sind. Vid. ep. 728, 3. Sic Md. Vict. Lamb. Bos. Graev. *A.* Oxon. 2. Cdd. Regii, Rom. Iens. Asc. 1. Crat. Lall. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* *A.* = annuo. Sensus: de profectione in Graeciam nihil cogito, nisi primo expedito et constituto annuo illo; nimirum quod Ciceroni filio in annuum sumptum assignaverat, sed Eros dispensator turbatis rationibus non persolverat. Cf. ep. 732, 4: *nisi explicata solutione non sum discessurus.*

2. *Habes* responsum *ad sup.* — *ut omnia*, scil. peramanter. Eine Lieblingsformel Cicero's. — *non dees*, Deine Hülfe nicht versagst. — *i. e. Bruto.* Nimirum Serviliae pecuniam numeraverat Atticus, quam illa Bruto daret in Asiam proficiscenti. Nam ipsi Bruto circa Lanuvium moranti numerare Atticus non poterat. Ire autem ad eum apud Antonium et Caesarianos suspiciosum fuisset. Mittebat igitur per Serviliam. Et opinor intelligi HSc., quae Bruto Italia cedenti ab Attico muneri missa scribit Nepos in eius vita. *MANUT.* — *De regina* Cleopatra. S. ep. 728, 2. — *non labor.*, dass Du Dich nicht bekümmerst um. — *probari.* Haec corrupta. Leg. videtur: *certe etiam tibi probavi* rationem, qua usus sum adversus reginam. *ORELLI.* — *rationes*, die Rechnungsführung-verwaltung. — *ex Tirone* (S. ep. 728, 3.), quem Romam miserat, ut rationes Ciceronis ab Erote administratas cognosceret. — *vocavi*, ich hab ihn vorgefordert. — *Ciceroni*, filio meo. ep. 728, 4. — *mirab.* zum

de quo mirabilia Messala; qui Lanuvio, rediens ab illis, venit ad me: et mehercule ipsius literae sic et φιλοστόργως et εὐπινῶς scriptae, ut eas vel in acroasi audeam legere: quo magis illi indulgendum puto. De Buciliano Sestium puto non moleste ferre. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. Tu vero, quidquid erit, quod me scire par sit, statim.

EPISTOLA DCCXXX. (ad Att. XV. 18.)

Scr. in itinere a villa ad lacum Lucrinum a. d. XVI. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Nuntiat se ad Dolabellam scripsisse de mulis vecturae itineris, in eoque ut sibi paullum operae tribuat Atticus, petit. 1-2.

CICERO ATTICO S.

XVII. Kal. etsi satis videbar scripsisse ad te, quid mihi opus esset, et quid te facere vellem, si tibi commodum esset: tamen, quum profectus essem et in lacu navigarem, Tironem statui ad te esse mittendum, ut iis negotiis, quae agerentur, interesset: atque etiam scripsi ad Dolabellam me, si ei videretur, velle proficisci, petiique ab eo de mulis vecturae itineris. Ut in his, quoniam 2
intelligo te distentissimum esse qua de Buthrotiis, qua

Wunder Schönes. — *Messala* scil. mihi narravit; qui et ipse Athenis fuerat studiorum causa. Vid. ep. 550. Hic L. Valerius Messala M. Valerii Messalae consulis 693 filius erat. — *ab illis*, a Bruto et Cassio. — *ipsius*, Ciceronis filii *literae*. Vgl. ep. 726. — εὐπινῶς, nitide, eleganter. πυκνῶς Iu. Asc. 2. Crat. — *in acroasi*, in einer gelehrten Sitzung, Zusammenkunft. — *indulg.*, dass man ihm manches Andere nachsehen müsse. — *De Buciliano* cet., über Das, was Du mir vom Buc. meldest, wird, glaub' ich, Sestius nicht ungehalten sein. Beide gehörten zu Cäsars Mördern. S. ep. 750, 4. und Appian. — *ad me* redierit. — *statim* scribes.

1. *VII. Kal.* Quintil., am 15. Iunius. — *si tibi comm. esset*, wenn es Dir nicht beschwerlich fiele. — *in lacu navig.*, und schon auf dem Lucrinersee fuhr. — *iis*, Md. Vict. 1. *his*. — *si ei videretur.* Hoc dicit, quia videri volebat se ideo discedere, quod a Dolabella mandata haberet, cuius legatus erat. *MANUT.* Vid. ep. 732. 724, 4. — *proficisci* in Graeciam. — *de mulis v. itin.*, „mir als seinem Ehrenlegaten den nöthigen Maulthiervorspann zur Reise zu verschaffen.“ Die Legaten erhielten Maulthiere und Quartierzelte auf öffentliche Kosten. S. Verrin. ultim.

2. *Ut in his* i. e. in his rebus, ut, *vel* pro eo, ac sunt . . . *ut ergo in eiusmodi re*, bei den bewandten Umständen . . . ich sage, bei dieser Lage. Epanalepsis. — *quoniam*, wie ep. 717, 1 u. 3. — *distent.* in gespanntester Thätigkeit bist. — *qua . . . qua*, theils . . . theils. S. Ramsh. §. 159. 3. f. — *de Buthrotiis*, *de Bruto*. S. ep.

de Bruto, cuius etiam ludorum suorum curam, etiam administrationem suspicor ex magna parte ad te pertinere; ut ergo in eiusmodi re, tribues nobis paullum operae. Nec enim multum opus est. Mihi res ad caedem et eam quidem propinquam spectare videtur. Vides homines; vides arma. Prorsus non mihi videor esse tutus. Sin tu aliter sentis, velim ad me scribas. Domi enim manere, si recte possum, multo malo.

EPISTOLA DCCXXXI. (ad Att. XV. 19.)

Scr. in Tusculano a. d. XV. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De Buthrotiorum negotio; de Theophanis literis; de Q. filii consilio ad Brutum et Cassium transeundi; denique de aliis breviter. 1-2.

CICERO ATTICO S.

Quidnam est, quod audendum amplius de Buthrotiis? Stetisse enim te frustra scribis. Quid autem se refert Brutus? Doleo mehercule te tam esse detentum: quod

---

729, 1. und 2. — *ad te pertinere*, Dir, wie ich vermuthe, auf den Schultern liegt. Über die ludi s. ep. 725, 1. *ludorum suorum.* Sic Md. Oxon. 1. 2. Edd. ante Lamb., idque, etsi praecedit *cuius*, satis puto defendi posse, quum toties *ludi sui* dixerit de istis Bruti ludis. cfr. Tunstall. p. 254, qui similia collegit. Infra *Ep.* 26, 1. *ut spectem ludos suos* (die ihm als Prätor zukommen). del. *suorum* Lamb. *ludorum seorsum curam* Cd. Crusell. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün., quod nihil est h. l. *lud. scenicorum curam* „Alii" in m. 1584. *OR.* — *multum* consilii, operae. — *caed.* Blutbad. — *spectare*, auf . . . abgesehen zu sein. *vertere* id est vergere Cd. Tornaes. *ORELLI.* — *homines*, bedeutungsvoll. — *recte*, sine periculo. — *malim* Asc. 1. Crat.

1. *audendum*, Was könnte man mehres in Hinsicht der Buthroten zu versuchen sich erdreisten? *agendum* vel *enitendum* Sch. susp. — *Stetisse te* i. e. te causam egisse Buthrotiorum, sive potius exspectasse v. c. in aedibus consulis et aliorum senatorum, dum impetraretur aliquid. *ERN.* An *stitisse* apud eos, qui ea de re cognoscebant? *ORELLI.* — *Quid . . se refert* int. acturum in hac quidem causa, opinor. *ERN.* — *detentum*, hingehalten wirst. — *decem.* Sch. coni. *septem.* Septemviri sane, non decemviri agris Italicis dandis assignandis tunc temporis erant creati. cfr. *Philipp.* 5, 12, 33. Schütz igitur cum Victor. Manut. distinguit: *detentum. Quod septem hom. r. acc., est illud* cet. Sed vide Graeterum, qui rectius de decemviris agris Epiroticis dandis assignandis intelligit et cum Ern. distinguit, ut nos quoque fecimus. Sententia est: „Omnis tua molestia decemviris istis referenda est accepta. Quae ego in hac causa Buthrotia egi agoque, ea sunt mihi quidem ἐργώδη, sed tamen ἀνεκτὰ, immo gratissima, quia pro te laboro." *OR.* *homines* ap-

decem hominibus referendum est acceptum. Est illud quidem ἐργῶδες, sed ἀνεκτὸν mihique gratissimum. De armis, nihil vidi apertius. Fugiamus igitur. At, ut ais, coram. Theophanes quid velit, nescio. Scripserat enim ad me. Cui rescripsi, ut potui. Mihi autem scribit venire ad me se velle, ut et de suis rebus et quaedam, quae ad me pertinerent. Tuas literas exspecto. Vide quaeso, ne quid temere fiat. Statius scripsit ad me locutum se- 2
cum esse Q. Ciceronem valde asseveranter, se haec ferre non posse: certum sibi esse ad Brutum et Cassium transire. Hoc enimvero nunc discere aveo: hoc ego, quid sit, interpretari non possum. Potest aliquid iratus Antonio: potest gloriam novam quaerere: potest totum esse σχεδίασμα: et nimirum ita est. Sed tamen et ego vereor et pater conturbatus est. Scit enim, quae ille de hoc: mecum quidem ἄφατα olim. Plane, quid velit, nescio. A Dolabella mandata habebo, quae mihi videbuntur, id est, nihil. Dic mihi, C. Antonius voluitne fieri septemvir?

---

pellat, non *viros*, per contemptum. — *ref. est acc.* was man . . zu verdanken hat d. i. woran die Zehnmänner Schuld sind. — ἐργῶδες, laboriosum, mit Beschwerden verbunden; ἀνεκτὸν, erträglich. — *De armis* = rem ad arma spectare, dass es zum Kriege kommen werde. — *coram* de fuga deliberabimus. — *Theophanes* ille olim Pompeii magni familiaris, de quo vide ep. 31. — *ut potui*, so gut ich konnte. — *pertinerent.* Ern. Sch. Lün. de Corrad. susp. *pertineant.* Erg. mecum ageret. — *temere*, in den Tag hinein.

2. *Statius*, Q. Ciceronis libertus. Vid. ep. 728, 1. — *Q. Ciceronem* filium. — *assev.*, mit allem Ernst. — *haec*, solche Dinge, quae M. Antonius agat. Bisher hatte er sich Viel darauf zu Gute gethan, dessen *dextella* zu sein. S. ep. 704, 5. — *iratus*, es ist möglich, dass er einen augenblicklichen Groll auf Antonius hat. *iratius* Cd. in m. 1584. — σχεδίασμα, subitum consilium, ein vorübergehender Einfall. — *nimirum*, wirklich. Wenn nur nicht Antonius ihm Unanständiges, Verrath gegen Vaterland, Vater u. Onkel zugemuthet hätte. S. ep. 733, 1. — *quae ille de hoc* i. e. quae Q. filius olim de Antonio dixerit. Vid. ep. 704, 5 et 699, 3. — *mecum* communicavit *quidem* ἄφατα i. e. non dicenda, infanda, auch mir hat er Dinge, die man nicht nachsagen kann, einst anvertraut; mecum infanda quaedam locutus est de suo in M. Antonium studio. *SCH.* ,,auch gegen mich hat er einst geprahlt, so dass ich es nicht aussprechen kann. — *id est nihil.* Dolabella mihi in mandatis dabit, quod voluero, id est prorsus nihil. Cicero enim dari sibi ab eo mandatorum aliquid volebat, speciem tamen tantum mandatorum aliquam quaerebat, non ipsa mandata; ne discedere sine causa videretur. Vid. ep. seq. initium. — *C. Antonius* alter M. triumviri frater. — *septemvir* agris dividundis. Mit Anspielung auf das Gerücht, dass seine Frau sechs Anbeter solle gehabt haben. S. Bosius

Fuit certe dignus. De Menedemo est, ut scribis. Facies omnia mihi nota.

EPISTOLA DCCXXXII. (ad Att. XV. 20.)

Scr. in Tusculano XI. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De periculis rei publicae ab Antonio imminentibus; et de suis rationibus expediendis. 1-4.

CICERO ATTICO S.

Egi gratias Vettieno: nihil enim potuit humanius. Dolabellae mandata sint quaelibet, mihi aliquid, vel quod Niciae nuntiem. Quis enim haec, ut scribis, † anteno? Nunc dubitare quemquam prudentem, quin meus
2 discessus desperationis sit, non legationis? Quod ais, extrema quaedam iam homines de re publica loqui et eos quidem viros bonos: ego, quo die audivi illum tyrannum in concione CLARISSIMUM VIRUM appellari, subdiffidere coepi: postea vero quam tecum Lanuvii vidi nostros tantum spei habere ad vivendum, quantum acce-

---

z. d. St. — *fuit* = fuerit. — *De Menedemo* Graeculo nequissimo civitate donato (Philipp. XIII, 15). Dicebatur occisus esse ep. 709, 2; id deinde falsum est repertum ep. 711, 4. Sic Vict. coni. Seqq. *de meo domi est* Md. *Demea domi est* Cd. Graeteri, Asc. 1. Crat. *OR.* Demea, ein Sclav Cicero's. S. ep. 590, 2.

1. *Vettieno.* Sic scripsi. *Vetteno* Cd. in m. 1584. *Vecteno* Cett. *OR.* argentario, qui in re pecuniaria studium suum et officium Ciceroni probaverat. Cf. ep. 381. *SCH.* — *Dolab. mand.* S. zum vor. Br. §. 2. — *aliquid* mandabit vel mandet. — *vel quod Niciae nuntiem,* wäre es auch nur eine gelehrte Neuigkeit für seinen Nicias; i. e. levissimum quid, quod non pertineat ad rem publicam. Dolabella hatte diesen Griechen, einen homme de belles lettres, zum Gesellschafter in seine Provinz vorausgeschickt. Nicias befand sich desshalb eben in Athen. S. ep. 689, 3. 588, 3. 544, 2. — † *anteno.* Sic corrupte Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Graev. Ernest. *ante: ne* Vict. Man. Lall. *enteno* Cod. Crusell. *ἐν κενῷ* Bos. coni. *λεπτύνει* de I. F. Gronov. susp. Sch. Lün. *ante nos* Lamb. *ORELLI.* *λεπτύνει.* Sensus: quis haec subtiliter exsequetur aut disquiret, quae ego a Dolabella ut legatus eius mandata acceperim? *SCH.* Vielleicht *ante noscet*, Wer wird vorher danach fragen? — *Nunc . . . non legationis!* Wie? ietzt sollte noch ein vernünftiger Mensch daran zweifeln können, dass ich mich nicht einer Legation wegen aus Rom entferne, sondern weil ich Alles aufgebe? Infinit. interrogationis.

2. *extrema* i. e. se desperasse de re publica. Vor *ego* erg. memento, scito. — *quo die.* S. Ramsh. §. 159, 3, d. — *illum tyrannum*, Caesarem. — *appellari* ab Antonio. S. ep. 691, 1. 706, 1. — *nostros*, M. Brutum et Cassium. — *fortiter*, mit eben dem Helden-

pissent ab Antonio, desperavi. Itaque, mi Attice, fortiter hoc velim accipias, ut ego scribo. Genus illud interitus, quo causae cursus est, foedum duces et quasi denuntiatum nobis ab Antonio. Ex hac naxa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. Haec omnis culpa Bruti. Pompeium Carteiae receptum 3
scribis: iam igitur contra hunc exercitum. Utra ergo castra? Media enim tollit Antonius. Illa infirma, haec nefaria. Properemus igitur. Sed iuva me consilio, Brundisione, an Puteolis. Brutus quidem subito: sed sapienter. *Πάσχω τι.* Quando enim illum? Sed humana ferenda. Tu ipse eum videre non potes. Dii illi mortuo, qui unquam Buthrotum! Sed acta missa. Videamus, quae agenda sint. Rationes Erotis, etsi ipsum nondum 4
vidi, tamen et ex literis eius et ex eo, quod Tiro cognovit, propemodum cognitas habeo. Versuram scri-

---

muthe, womit ich es niederschreibe. — *Genus . . interitus*, die Todesart. — *quo causae cursus est*, der unsere Lage entgegeneilt, uns entgegenführt. Sic Popma, ut arbitror, recte: scil. ex scriptura suorum Cdd. et Tornaes.: *quo* vel *qua causa cursus est. Cursus est aliquo* saepe Ciceroni, itidemque *rerum*, *temporum cursus.* Quidni etiam *causae* nostrae *cursus? ORELLI.* Sch. coni. Lün. *qui causae cursus est* h. e. ut res nunc geruntur, wie die Sachen ietzt laufen. — *foedum duces*, wirst Du, wie ich, für sehr schmachvoll halten d. i. sie wird, wie Wir leicht erwarten können, sehr schmachvoll sein. Sch. Lün. coni. *duco.* Nam non de Attici, aiunt, sed de sua ipsius persuasione loquitur. — *naxa* = *nassa* Asc. pr. Crat. Lamb. „aus diesem Garne mich loszumachen hab ich beschlossen.“ Er blieb aber noch und machte zwei Monathe später den Anfang mit seinen Philippischen Reden, die den Hass des Antonius zum Äussersten steigerten. — *Bruti*, qui Antonium interfici cum Caesare noluit. S. ep. 725, 2. Vgl. 694, 2. 724, 2. 690, 1. 694, 2. 706, 2.

3. Sext. *Pompeium*, Magni filium. — *Carteiae* in der Spanischen Provinz Baetica. Aus dem Schlusse des folg. Br. sieht man, Cicero erwartete, dass Sext. Pompeius aus dieser Seestadt auf Italien zusegeln und die alte Macht der Pompeianischen Partei wieder herstellen wolle. — *exercitum* parabunt Antoniani. — *castra* sequamur? — *Media tollit*, non concedit cuiquam medium (neutral zu bleiben) esse et ab armis abstinere. *ERN.* — *Illa infirma*, des Pompeius Lager ist schwach; das Lager des Antonius verbrecherisch. — *Prop. ig.*, lass uns also davon eilen! — *subito* erg. profecturus est. — *sapienter* id facit. — *Πάσχω τι*, movet me, aber es greift mich an. — *illum* videam, wann werd' ich ihn wiedersehen? Vidit illum in Neside (ep. 751, 3); Veliae mense Sextili (orat. Philipp. II, 4. ep. 759, 1). *SCH.* — *Dii illi mortuo*, irati sint Caesari, quamquam mortuo, qui agrum Buthrotium proscripsit, unde tibi tot molestiae et propter quam causam Brutum convenire non potes. *ERN.* — *Sed acta missa* faciamus, doch weg mit dem Vergangenen!

4. *Rationes Erotis.* S. ep. 728, 3. 729, 2. — *mensum.* Sic Cd.

bis esse faciendam mensum quinque; id est, ad Kal. Nov. HSCC.: in eam diem cadere nummos, qui a Quinto debentur. Velim igitur, quoniam Tiro negat tibi placere me eius rei causa Romam venire, si te ea res nihil offendet, videas, unde nummi sint; mihi feras expensum. Hoc video in praesentia opus esse. Reliqua diligentius ex hoc ipso exquiram; in his, de mercedibus dotalium praediorum; quae si fideliter Ciceroni curabuntur, quamquam volo laxius, tamen ei propemodum nihil deerit. Equidem video mihi quoque opus esse viaticum. Sed ei ex praediis, ut cadet, ita solvetur: mihi autem opus est universo quidem. Etsi mihi videtur iste, qui umbras timet, ad caedem spectare; tamen nisi explicata solutione non sum discessurus. Sitne autem extricata necne, tecum cognoscam. Hanc putavi mea manu scribendam: itaque feci. De Fadio, ut scribis: utique alii nemini. Rescribas velim hodie.

---

in m. 1584. Lamb. in Curis sec. = *mensium* Cett. *ORELLI.* „Du schreibst, ich sollte einstweilen, um meine Schulden zu bezahlen, 100,000 Sestertien auf 5 Monathe d. i. bis zum 1. Nov. borgen; denn auf diesen Termin fiele die Rückzahlung der Gelder, die mir Quintus, mein Bruder, schuldig ist. — *offendet*, belästigen sollte. — *videas, unde n. sint*, dass Du mir dieses Capital irgendwoher aufleihen und mir notiren mögest. — *Reliqua*, den Überschuss meiner Casse. S. ep. 728, 3. — *ex hoc ipso* Erote. — *in his*, unter Anderem. — *de merced. dotal. praed.*, wie es mit den Zinsen oder mit der Miethe aus den mit der Terentia erheiratheten Inselgebäuden steht. S. ep. 729, 1. 550. Da Cicero bei der Scheidung von Terentia die Kinder bei sich behielt; so hatte sie einen Theil ihres Heirathsgutes zur Bestreitung der Kosten für deren Unterhaltung und Bildung zurücklassen müssen. — *Ciceroni* filio. — *laxius*, quamquam non solum volo, ut ei nihil desit, sed ut etiam abundet et ut illi largius prolixiusque suppeditetur. *MANUT.* S. ep. 728, 4. — *Sed ei* cet., doch meinem Sohne können die Gelder von der Miethe der Inselgebäude grade, wie sie eingehen, fällig sind, also terminweise bezahlt werden; wogegen ich meinen Geldbedarf auf einmahl haben muss. — *iste*, Antonius. — *qui umbras timet*, der sich vor Gespenstern fürchtet. S. zu ep. 729, 1. Unter dem Vorwande, man trachte ihm nach dem Leben, hatte sich Antonius eine Leibwache von Ityräern, einem rohen Bergvolke am Libanon, gebildet. — *nisi explic. sol. n. s. disc.*, so werd' ich doch meine Abreise nicht eher antreten, als bis die Zahlung im Reinen ist, d. i. wann ich, Was Quintus u. Andere mir schuldig sind, die Miethzinsen u. s. w. erhalten, meine Schulden bezahlt habe und den lahrgehalt für meinen Sohn und mein Reisegeld bereit sehe. — *extricata*, ob die Zahlung im Reinen sei. *explicata* Cd. Memmii. — *Hanc* epistolam. — *scrib.*, also nicht zu dictiren, wie meistens sonst. — *De Fadio.* S. ep. 728, 1. — *alii nemini.* Numos Arpinatum apud me depositos reddes L. Fadio; praeterea nemini. *MANUT.*

EPISTOLA DCCXXXIII. (ad Att. XV. 21.)

Scr. in Tusculano X. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De laetitia Q. fratris ex filii literis percepta: breviterque de aliis, in primis de navigatione sua. 1-3.

CICERO ATTICO S.

Narro tibi: Q. pater exsultat laetitia. Scripsit enim filius se idcirco profugere ad Brutum voluisse, quod, quum sibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret, praesidium occuparet, id recusasset: recusasse autem se, ne patris animum offenderet: ex eo sibi illum hostem. Tum me, inquit, collegi, verens, ne quid mihi ille iratus tibi noceret. Itaque eum placavi. Et quidem cccc. certa, reliqua in spe. Scribit autem Statius illum

---

1. *Narro tibi*, stelle Dir mahl vor. — *ad Brutum*. S. ep. 731, 2. — *ut* tribunus plebis futurus per legem *eum dict. faceret.* Dass diess eine Lüge des iungen Quintus gewesen sei, ist nicht zu glauben. Wenn Cicero in seinen Philippischen Reden nicht erwähnt und rügt, dass Antonius, ungeachtet er die Dictatur für immer aufgehoben hätte, dennoch sich nachher zum Dictator habe aufwerfen wollen; so war die Ursache davon, weil Cicero seinen Neffen, zumahl da aus der Sache Nichts geworden war, nicht blossstellen wollte. In der That wurden nachher, als das Triumvirat errichtet war, Quintus der Vater u. Sohn geächtet; sie wollten zum Brutus nach Griechenland entfliehen, kehrten aber, während Marcus Cicero langsam vorausreisete, iedoch eben desshalb eingeholt sein Leben verlor, nach Rom zurück, um das vergessene Geld zur Reise aufzusuchen; und daselbst erkannt fanden sie den Tod durch die Hände mörderischer Soldaten. Indess mag Antonius dem iungen Quintus so Etwas weisgemacht haben, um hinter die Gesinnungen der Cicerone zu kommen. Die zwischen Antonius u. dem iungen Quintus hierüber entstandene Feindschaft dauerte iedoch wenigstens heimlich fort u. Q. Cicero Filius ging von Rom weg. S. ep. 736, 748. 749. Beweises genug, dass letzterer nicht aus Renommisterei noch um sich bei seinem Vater einzuschmeicheln ienen Antrag des ersteren erlogen hatte. S. ep. 775, 2. — *collegi*, nahm ich mich zusammen. — *verens*, aus Besorgniss. — *mihi . . iratus*, in Erbitterung über mich. Mit *placavit* schliesst sich die Nachricht des iungen Quintus an seinen Vater. — *certa*, *reliq. in spe* i. e. et quidem usque adeo Q. pater laetatus est, ut nunc quidem cccc HS. Filio det, reliqua promittat. Mongault bezieht Diess noch auf den Brief des iungen Quintus u. erklärt: Antonius mihi cccc HS certa assignavit, reliqua promisit; also iene 400,000 Sestertien reichten zur Tilgung der Schulden des iungen Herrn noch nicht hin! Wenn Antonius ihm so aushalf, so that er es doch nur, um den Quintus zu beschwichtigen. Allein der Vater hat ihm, ungeachtet er selbst Viel schuldig war, das Geld gegeben und den Rest versprochen. Nam exsultabat laetitia; von Scripsit bis *placavi* ist Erklärung des Grundes, cur exsultet laetitia, und gleich folgt, dass Quintus nun beim Vater wohnen wolle. Weshalb sollte auch An-

cum patre habitare velle. Hoc vero mirum: et id gau-
2 det. Ecquem tu illo certiorem nebulonem? Ἐποχὴν vestram de re Cani deliberationis probo. Nihil eram suspicatus de tabulis: ἀκεραίως restitutam arbitrabar. Quae differs, ut mecum coram, exspectabo. Tabellarios, quoad voles, tenebis: es enim occupatus. Quod ad Xenonem, probe. Quod scribo, quum absolvero. Quinto scripsisti, te ad
3 eum literas: nemo attulerat. Tiro negat iam tibi placere Brundisium, et quidem dicere aliquid de militibus. At ego iam destinaram, Hydruntem quidem. Movebant me

---

tonius ihm nicht gleich die ganze Summe gegeben haben? Er konnte es und es war honetter. — *Statius* Quinti libertus. S. ep. 731, 2. — *habitare velle*, was er vorher nicht gewollt hatte. Denn sein Vater hatte sich von seiner Mutter geschieden (cui filius indulgebat, postea vero irascebatur), und der Sohn hatte sich einreden lassen, sein Vater wolle eine gewisse Aquillia heirathen. S. ep. 699, 3. 693, 5. 625. — *Hoc* bezieht sich auf *et id gaudet*. — *et id gaudet* nempe Statius. — *Ecquem . . nebulonem*, „sage, kennst Du wol einen ärgeren Schurken, als diesen Statius?“ Cicero glaubte, Statius erheuchele nur diese Freude, da er vorher an den Zwistigkeiten zwischen Mann und Frau, Vater und Sohn mit Schuld gewesen sei. Wenigstens war Cicero dem Statius gar nicht hold und trauete ihm nicht. S. ep. 52. 69. 184, 3.

2. ἐποχὴν, assensionis retentionem. „Leg. arbitror: *de re Canae probo*. Voc. *deliberationis* e gloss. accessit.“ Sch. *delib.* iam Ern. susp. cfr. *Lib.* 13, 41. *ORELLI.* „Dass ihr mit Eurer Einwilligung in die Verheirathung des iungen Quintus mit der Tochter des Canus schon wegen ihres Vermögenszustandes ein wenig anhaltet, hat meinen Beifall.“ S. ep. 625. — *de tabulis*. Quae sequuntur, pertinent ad rem s. dotem Canae, quae ei non soluta erat a marito priori, sed adhuc debebatur, quam Cicero restitutam putasset. *ERN.* — ἀκερ. *restit.* i. e. plane omnino restitutam sine ullo detrimento rem esse. *Tabulae* autem, de quibus Cicero ait se nihil suspicatum esse, videntur fuisse nomina quaedam, quibus Canae dos esset onerata, tabulis scil. cum marito factis, quibus partem bonorum creditori mariti obstrinxerat. *SCH.* — *ad Xenonem* scripsisti, ut Ciceroni filio meo suppeditaret; probe fecisti. *MANUT.* S. ep. 698, 4. — *Quod scribo* i. e. quod opus nunc in manibus habeo, mittam ad te, *quum absolvero*, sobald ich's fertig habe. Welches Werk? wol de Officiis (s. ep. 737, 4. 767, 5. 770, 4). Sonst schrieb er noch de Gloria (s. ep. 759, 4. 770, 3.) im J. 710 die Topica (ep. 757. am Ende), de senect. (ep. 770, 3), die Philippica sec. (ep. 767, 7. 770, 1.) u. sah die von Tiro besorgte Sammlung seiner Briefe durch (ep. 749 am Ende). — *te ad eum literas* dedisse.

3. *Brundisium* i. e. me ire Brundisium, ut inde in Graeciam navigem. *MANUT.* S. ep. 732, 3. — *de militibus*, et ait te quiddam loqui de legionibus Macedonicis Brundisium adventantibus, ut eo proficisci minus tuto possim. *MANUT.* De his legionibus vid. ep. 765, 2. sub fin. et Philipp. III, c. 12. — *Hydruntem*, dem ietzigem Otranto, der nächsten Stadt nach der Küste von Epirus. *qui-*

tuae quinque horae. Hic autem quantus πλοῦς! Sed videbimus. Nullas a te XI. Kal.; quippe: quid enim iam novi? Quum primum igitur poteris, venies. Ego propero, ne ante Sextus; quem adventare aiunt.

EPISTOLA DCCXXXIV. (ad Att. XV. 23.)

Scr. in Tusculano IX. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Se de itinere etiamnum dubitare scribit et de Bruti itinere, si quid Atticus scierit, cognoscere velle.

CICERO ATTICO S.

Mirifice torqueor, sine dolore tamen: sed permulta mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt. Quousque? inquies. Quoad erit integrum: erit autem usque dum ad navem. Pansa si rescripserit, et meam tibi et illius epistolam mittam. Silium exspectabam: cui ὑπόμνημα compositum. Si quid novi. Ego literas misi ad Brutum: cuius de itinere etiam ex te velim, si quid scies, cognoscere.

---

dem susp. Sch. Sine causa, ut opinor; est: „iam destinaram, et quidem Hydruntem.“ *ORELLI.* — *quinque horae,* Was mich hauptsächlich dazu bewog, war Deine Versicherung, dass von hier der Übergang, die Überfahrt nach Griechenland nur fünf Stunden daure. — *Hic autem quantus πλοῦς!* i. e. quam longa autem esset *haec* navigatio, si Brundisio in Graeciam traiicere vellem! *Hinc* de Ern. susp. Sch. Lün. Sed cfr. *Lib.* 16, 4: *Haec autem navigatio. OR.* — *XI. Kal.* Quintil., am 21. Iunius erhielt ich keinen Brief von Dir. — *quippe,* es lässt sich erklären. — *ne ante Sextus*, i. e. maturo profectionem meam, ne ante Sext. Pompeius in Italiam cum exercitu veniat. *MANUT.* S. ep. 732, 3.

1. *torqueor,* ich zerbreche mir gewaltig den Kopf. Mihi de itinere meo deliberanti ita multa veniunt in mentem in utramque partem, ut in capiendo consilio mirifice torquear. *MANUT. permulta . . . in utr. part.*, eine grosse Menge Gründe dafür und dawider. — *Quousque* scil. deliberabis de profectione tua? — *Quoad erit* i. e. deliberabo, inquam, *dum integrum erit,* so lange es noch in meiner Gewalt steht. — *erit autem* integrum, *usque dum ad navem* venero. — *Pansa*, cum Hirtio consul designatus. Beide Briefe sind verloren. — *Silium.* Videtur esse idem, a quo Cicero anno superiore hortos emere cogitabat. Vid. ep. 540. 581. — *cui ὑπόμνημα* s. commentarium *compositum,* für den ich die Denkschrift aufgesetzt habe. Vermuthlich über das Geschäft, was sein Bruder Quintus mit diesem Silius hatte. S. ep. 743, 1. *Filio,* „Alii“ *Silio* u. ep. 735; *causam composui.* — *Si quid novi* habeas, scribes. Nimirum de Bruti profectione. „Intellige *scribe mihi.* Disiungendum enim est a praecedente.“ Ernesti. Recte. cfr. Lib. 15, 26. *exspectabam, si quid novi* (afferret Silius); *cui ὑπόμν. comp.* Sch. coni. Lün. *OR.* — *Ego* quidem. — *cuius* tamen.

EPISTOLA DCCXXXV. (ad Att. XV. 24.)

Scr. in Tusculano VII. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Significat Brutum profectum esse, librumque in causa Silii compositum mittit.

CICERO ATTICO S.

Tabellarius, quem ad Brutum miseram, ex itinere rediit VII. Kal. Ei Servilia dixit eo die Brutum H. IV. profectum. Sane dolui meas literas redditas non esse. Silius ad me non venerat. Causam composui. Eum libellum tibi misi. Te quo die exspectem, velim scire.

EPISTOLA DCCXXXVI. (ad Att. XV. 22.)

Scr. in Tusculano VII. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Q. Filium urbe exiisse laetatur; Pansam bene loqui credit, an ex animi sententia, dubitat; de Sexti Pompeii adventu quid sentiat, exponit.

CICERO ATTICO S.

Gratulor nobis Q. filium exisse: molestus non erit. Pansam bene loqui credo. Semper enim coniunctum esse cum Hirtio scio. Amicissimum Bruto et Cassio puto, si expediet. Sed quando illos videbit? Inimicum Antonio: quando aut cur? quousque ludemur? Ego autem scripsi

---

1. *VII. Kal.* Quintil., am 25. Iunius. — *Servilia*, Bruti mater. — *hora IV.*, um 10 Uhr. *HIS* Md. Oxon. 1. 2. Asc. I. Crat. Vict. Id autem nihil aliud est quam *H. IS.* ut saepe in Inscriptt. sepulcr. i. e. *Hora prima semis;* idque fortasse h. l. verum. *ORELLI.* — *redditas* Bruto. Non iam ex Italia discesserat, sed, quod in villa Lanuvina se non tutum fore credebat, in Anagninum, quo postea alium tabellarium ad eum Cicero misit. Vid. ep. 743. Mense demum sextili in Graeciam navigavit. Vid. Lib. XVI. ad Attic. — *Causam* = commentariolum, quo Silius uteretur. S. d. vorig. Br. ὑπόμνημα. — *misi* = mitto.

1. *exisse*, zum Thor hinaus ist. S. ep. 733. 748, 6. 749, 2. — *molestus* nobis; nämlich insofern man von seinem Aufenthalte beim Antonius bisher Viel zu besorgen gehabt hatte. — *bene loqui*, eine gute patriotische Sprache führe. — *coniunctum*, eines Sinnes mit Hirtius; also dass er sich nach ihm richtet. Man sehe aber, Was Cicero ep. 704, 4. von letzterem schreibt. — *Amicissimum* scil. Hirtium futurum esse. — *si expediet*, si in rem ipsius erit, sofern od. sobald es seinem Interesse zusagen sollte. — sed *Inimicum* eum *Antonio* esse, non credo. — *quousque ludemur*, ach! wie lange wird, soll Pansa uns noch zum Besten haben? Putat Pansam ea, quae loquatur, non loqui ex animo, sed simulate, ut ab eo verba dari videantur. *MANUT.* — *scripsi* ep. 733 am Ende; 732, 3. — *non*

Sextum adventare, non quo iam adesset, sed quia certe id ageret ab armisque nullus discederet. Certe, si pergit, bellum paratum est. Hic autem noster Cytherius, nisi victorem, neminem victurum. Quid ad haec Pansa? utro erit, si bellum erit? quod videtur fore. Sed et haec et alia coram: hodie quidem, ut scribis, aut cras.

EPISTOLA DCCXXXVII. (ad Att. XV. 14.)

Scr. in Tusculano V. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Attico mittit exemplum epistolae ad Dolabellam scriptae, seque, etsi animo sit suspenso, tamen ad libros scribendos rediisse significat. 1-4.

CICERO ATTICO S.

VI. Kal. accepi a Dolabella literas, quarum exemplum tibi misi: in quibus erat omnia se fecisse, quae tu velles. Statim ei rescripsi et multis verbis gratias egi. Sed tamen, ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc causae sumpsi, quod ex te ipso coram antea nihil potuissem cognoscere. Sed quid multa? Literas hoc exemplo dedi.

CICERO DOLABELLAE COS. SUO.

---

quo, nicht als wenn. Lamb. *quod.* — *id ageret*, diess beabsichtigen möchte. — *nullus* = non, durchaus nicht. — *si pergit*, wenn er dabei beharrt. — *paratum*, vor der Thür, entschieden. — *Cytherius*, Antonius Cytheridis amator, Weiberheld. S. ep. 474. Philipp. II, 22. Sie war eigentlich eine Freigelassene des Volumnius Eutrapelus und hiess Volumnia; ihr Hetären- oder Mimenname aber war Cytheris. S. ad Famil. VII, 32. 33. IX, 26. 32. Philippica XIII, 2. — *neminem victurum.* Antonius omnes a partibus suis alienos perituros minatur, nisi vicerint. *SCH.* — *ad haec* dicit? — *utro erit* loco, auf welcher Seite wird er sein? mit welcher von beiden Parteien wird er es halten? *cum utro* Cd. Urs. Lamb. Graev. *OR.* — *hodie . . . aut cras.* Ac revera Atticus Ciceronem convenit d. VII. Kal. Quintil., quod intelligitur ex epistola 736. 745. *SCH.*

1-2. *VI. Kal.* Quintil., am 26. Iunius. — *misi* = mitto. Vor *Sed tamen* ergänze: „quum tua tantum intersit, iterum etiam ad eum scribam.“ — *miraretur* = miretur; *facerem* = faciam. — *hoc causae sumpsi*, so hab' ich Das zum Vorwande genommen, dass ich vorher nicht Gelegenheit gehabt hätte, Dich selbst hierüber zu sprechen. — *hoc exemplo*, wovon die Abschrift anbei erfolgt. — *DOLABELLAE.* Quum consules Antonium et Dolabellam ex senatus consulto oporteret de actis Caesaris cognoscere, res Buthrotia inter cetera in Kal. Iun. delata est. Accessit deinde ad Senatus consultum lex, quae lata est ad IV. Non. Iun., quae lex earum rerum, quas Caesar statuisset, decrevisset, egisset, consulibus cognitionem dedit; tum causa Buthrotiorum delata est ad consules. Ii deinde de consilii sententia decreverunt secundum Buthrotios Plan-

2 „Antea quum per literas Attici nostri de tua summa liberalitate summoque erga se beneficio certior factus essem; quumque tu ipse etiam ad me scripsisses te fecisse ea, quae nos voluissemus: egi tibi gratias per literas iis verbis, ut intelligeres, nihil te mihi gratius facere potuisse. Postea vero quam ipse Atticus ad me venit in Tusculanum huius unius rei causa, tibi ut apud me gratias ageret, cuius eximiam quandam et admirabilem in causa Buthrotia voluntatem et singularem erga se amorem perspexisset; teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his literis declararem. Ex omnibus enim, mi Dolabella, studiis in me et officiis, quae summa sunt, hoc scito mihi et amplissimum videri et gratissimum esse, quod perfeceris, ut Atticus intelligeret, quantum ego te,
3 quantum tu me amares. Quod reliquum est, Buthrotiam et causam et civitatem, quamquam a te constituta est — beneficia autem nostra tueri solemus — tamen velim receptam in fidem tuam a meque etiam atque etiam tibi commendatam, auctoritate et auxilio tuo tectam velis esse. Satis erit in perpetuum Buthrotiis praesidii magnaque cura et sollicitudine Atticum et me liberaris, si hoc honoris mei causa susceperis, ut eos semper a te defensos velis. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.“
4 His literis scriptis, me ad συντάξεις dedi: quae qui-

---

cumque eius rei arbitrum et curatorem dederunt. Quo facto Dolabella ad Ciceronem scripsit se omnia in causa Buthrotiorum, quae Atticus vellet, fecisse. *SCH.* S. zu ep. 691, 2. — *per literas.* Sic (Oxon. 1). Asc. sec. Crat. Seqq. *quum literis* Oxon. 2. Haud displicet. Scil. Md. Asc. pr.: *quum literas. ORELLI.* — *iis*, Md. Vict. 1. *his.* — *cuius* = quum tuam. Daher *tuam* Md. a tertia manu, Asc. 1. Vict. 2. Bos. Iu. Asc. sec. Crat. Vict. 1. als Glosse. — *teneri non potui*, so konnte mich nicht halten, zu — *his.* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *iis.* — *ampl.*, ehrenvollste. — *quantum.* Sic Oxon. 1. 2 Asc. 1. Crat. Lamb. *quam* (Md.?) Vict. 1. 2. Bos. Seqq. *OR.*

3. *quamquam a te constituta est*, obgleich in deren Hinsicht Alles zu einem festen Beschlusse durch Dich gebracht ist. — *tueri sol.*, „man pflegt ja gerne seine wohlthätigen Ausrichtungen zu schirmen, so dass sie auch zur Ausführung gelangen.“ Diess bezieht sich darauf, dass Cn. Plancus mit der Ausführung des Rathsbeschlusses zu zögern schien. S. die drei folgenden Briefe. Dess ungeachtet muss doch, Was Dolabella erwirkt hatte, endlich zum Ziele gekommen sein, weil nach ep. 753 nicht weiter die Rede von der Buthrotischen Angelegenheit ist. — *recept. in fidem*, Da Du sie einmahl in Deinen Schutz genommen hast. — *auct.*, Vielvermögenheit. — *tectam velis esse*, wollest ferner gedeckt, gesichert sein lassen. — *Satis . . praesidii*, auf Immer werden dann die Buthroter hinlänglich geborgen sein.

4. *συντάξεις*, opera, compositiones, zu meiner Autorschaft;

dem, vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandae sint: ita sum μετέωρος et magnis cogitationibus impeditus.

EPISTOLA DCCXXXVIII. (ad Att. XVI. 16.)

Scr. in Tusculano exeunte Iunio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Exemplum literarum ad Plancum in Buthrotiorum causa scriptarum Attico mittit. 1-2.

CICERO ATTICO S.

Iucundissimas tuas legi literas. Ad Plancum scripsi: habes exemplum. Cum Tirone quid sis locutus, cognoscam ex ipso. Cum sorore ages attentius, si te occupa- 2
tione ista relaxaris.

EPISTOLA DCCXXXIX. (ad Att. XVI. 16. *append. A.*)

Scr. in Tusculano exeunte Iunio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Cn. Planco causam Buthrotiorum diligentissime commendat. 3-7.

M. CICERO CN. PLANCO PRAET. DES. S.

Attici nostri te valde studiosum esse cognovi, mei 3
vero ita cupidum, ut mehercule paucos aeque observantes

---

ad libros de Officiis, quos eo tempore scribere coeperat. *SCH.* S. zu ep. 733, 2: *Quod scribo, quum absolvero.* — *miniata cerula.* Atticus in Ciceronis libris ea, quae non probaret, notare miniata cera solitus erat. *MANUT.* Vgl. ep. 770, 1: *Cerulas tuas miniatulas illas* i. e. tuas animadversiones *extimescebamus.* — *μετέωρος* i. e. ancipitis curae plenus; so schweb' ich zwischen Himmel und Erde.

1. *quid sit locutus.* Scribendum esse *quid SIS locutus*, iam Corradus viderat. Plancus enim tum non erat Romae, quicum Tiro loqui potuerit.

2. *cum sorore* Pomponia, quae fuerat Q. Fratris uxor. Videtur pertinere ad dotem ei reddendam. *SCH.* — *occupatione ista* de Buthrotiorum negotio. „wenn Dich Deine gegenwärtige Beschäftigung zu Athem kommen lässt." Die Sache der Buthroter war endlich vom Senat ausgemacht und deren Ausführung dem Plancus übertragen.

CN. PLANCO. Sic cum Pighio *Annal.* 3. p. 475. Sch. Lün. *L. PLANCO* Cett. cum Cdd. *ORELLI.* Cn. Plancus L. Filius et L. Planci L. F. consulis designati (ad quem scriptae sunt epistolae libri X. ad Fam.) frater, praetor designatus, nunc in Epiro erat, ut causam Buthrotiorum a Caesare ei demandatam cognosceret; anno autem 711 praetor fuit. *SCH.*

3. *studiosum,* zu dienen bereit. — *mei . . cupidum* mir zugethan. — *observ.* aufmerksam gegen mich.

atque amantes me habere existimem. Ad paternas enim
magnas et veteres et iustas necessitudines magnam attulit
accessionem tua voluntas erga me meaque erga te par
4 atque mutua. Buthrotia tibi causa ignota non est: egi
enim saepe [de ea re tecum] tibique totam rem demon-
stravi: quae est acta hoc modo. Ut primum Buthrotium
agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus libellum
composuit. Eum mihi dedit, ut darem Caesari. Eram
enim coenaturus apud eum illo die. Eum libellum Cae-
sari dedi: probavit causam; rescripsit Attico aequa eum
postulare: admonuit tamen, ut pecuniam reliquam Buthro-
5 tii ad diem solverent. Atticus, qui civitatem conserva-
tam cuperet, pecuniam numeravit de suo. Quod quum
esset factum, adiimus ad Caesarem, verba fecimus pro
Buthrotiis, liberalissimum decretum abstulimus; quod est
obsignatum ab amplissimis viris. Quae quum essent acta,
mirari equidem solebam pati Caesarem convenire eos, qui
agrum Buthrotium concupissent: neque solum pati, sed
etiam ei negotio te praeficere. Itaque et ego cum illo
locutus sum, et saepius quidem; ut etiam accusarer ab
eo, quod parum constantiae suae confiderem: et M. Mes-
salae et ipsi Attico dixit, ut sine cura essent: aperteque
ostendebat se praesentium animos — erat enim popularis,
ut noras — offendere nolle: quum mare transissent, cu-

---

4. *Buthrotia . . causa.* S. zu ep. 691, 2. — [*de ea re tecum*]. Haec e Cdd. suis primi inseruerant (Lamb. in Curis sec. et) Bos., tum Graev. Ern. *de ea tecum* Lamb. in Curis sec. quasi e Cd. Rursus de Ern. susp. Sch. Lün. Ego vero libenter iis careo: glossemaque referunt simile Tornaesiani illius Ep. 11. *Librum meum illum* ante vv. *O TITE. ORELLI.* — *proscriptum*, also Cäsars Kriegern angewiesen als Contributionsgut zur Belohnung ihrer Tapferkeit und Treue. — *commot.*, dadurch beunruhigt. — *libellum*, eine Bittschrift. — *prob. caus.*, er fand das Gesuch billig. — *admon.*, erinnerte iedoch dabei. — *pecuniam reliquam* (*pecuniae reliquum* Cd. Faërni). Nam imperatae pecuniae partem iam antea solverant; reliquae solutionem quum differrent, Caesar eorum agrum proscripserat. *MANUT.*

5. *pecun. num. de suo*, schoss die Gelder aus seinem Beutel vor. — *lib. decr. abstul.*, erhielten darauf ein sehr gnädiges Decret. — *obsign.*, mit dem Siegel bekräftigt. — *acta*, so feierlich verhandelt. — *convenire* scil. ad petendum agrum Buthrotiorum. *ERN.* „sich in Epirus einfanden. — *accusarer*, vituperarer. — *constantiae*, seinem gegebenen Worte. — *M. Messalae*, cuius avunculus Hortensius. Consul fuerat ão 693. — *se praes. animos . . . offend. nolle*, er wolle nur seinen Soldaten, so lange sie sich noch in seiner Nähe befänden, nicht vor den Kopf stossen. — *popularis*, es lag ihm an der Gunst des gemeinen Mannes sehr Viel. — *transissent* ad bellum, quod parabatur, Parthicum. — *ut . . . deduc.*, dass ihnen andere Ländereien angewiesen würden.

raturum se, ut in alium agrum deducerentur. Haec illo 6
vivo. Post interitum autem Caesaris, ut primum ex senatus consulto causas consules cognoscere instituerunt, haec, quae supra scripsi, ad eos delata sunt. Probaverunt causam sine ulla dubitatione seque ad te literas daturos esse dixerunt. Ego autem, mi Plance, etsi non dubitabam, quin et senatus consultum et lex et consulum decretum ac literae apud te plurimum auctoritatis haberent, teque ipsius Attici causa velle intellexeram: tamen hoc pro coniunctione et benevolentia nostra mihi sumpsi, ut id a te peterem, quod tua singularis humanitas suavissimique mores a te essent impetraturi. Id autem est, ut hoc, quod te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causa libenter, prolixe, celeriter facias.
Mihi nemo est amicior nec iucundior nec carior Attico: 7
cuius antea res solum familiaris agebatur eaque magna; nunc accessit etiam existimatio, ut, quod consecutus est magna et industria et gratia, et vivo Caesare et mortuo, id te adiuvante obtineat. Quod si a te erit impetratum, sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum iudicem. Ego, quae te velle quaeque ad te pertinere arbitrabor, studiose diligenterque curabo. Da operam, ut valeas.

---

6. *Haec* agebantur. — *causas cogn.*, über Cäsars Verordnungen zu erkennen. — *delata sunt*, so machte man über alles Obige ihnen einen Vortrag. — *lit. dat. esse*, sie wollten an Dich ein Schreiben darüber abgehen lassen. — *lex*, quia praeter senatus consultum etiam lege negotium consulibus est datum, ut de actis Caesaris cognoscerent. *MANUT.* Vid. ep. 772 et ep. 740. — *velle*, dass Du der Sache günstig seiest. — *quod . . . impetraturi*, was Dein ausgezeichneter Edelmuth und Dein herrlicher Charakter Dir von selbst abnöthigen würden. — *tua sponte*, ungebeten. — *honor. n. causa*, meiner Empfehlung zu Ehren. — *prolixe*, ohne Einschränkung.

7. *cuius . . eaque magna*, dem es vorher bloss um sein Capital und zwar um ein grosses zu thun war. Numos enim Caesari numeraverat de suo pro agri Buthrotii liberatione; quod nisi consequeretur, eos numos a Buthrotiis exigere non potuisset. *MANUT.* — *existimatio*, die Ehre. — *quod consec. est*, näml. die öffentlichen Beschlüsse über die Buthrotische Sache. — *industria*, durch seine und seiner Freunde Betriebsamkeit. — *gratia*, durch die Gunst der Männer am Ruder. — *obtineat*, behaupte, durchsetze, ausgeführt sehe. — *me . . . interpret.*, dass ich Deine Güte so auslegen werde, als hätte ich selbst die grösste Gnade von Dir erhalten.

EPISTOLA DCCXL. (ad Att. XVI. 16. *app. C.*)

Scr. in Tusculano exeunte Iunio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Capitonem rogat, ut sibi et Attico in causa Buthrotiorum operam praestet. 10-13.

CICERO CAPITONI SUO S.

10 Nunquam putavi fore, ut supplex ad te venirem: sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. Atticum quanti faciam, scis. Amabo te, da mihi et hoc: obliviscere mea causa, illum aliquando suo familiari, adversario tuo, voluisse consultum, quum illius existimatio ageretur. Hoc primum ignoscere est humanitatis tuae; suos enim quisque debet tueri: deinde, si me amas — omitte Atticum — Ciceroni tuo, quem quanti facias, prae te soles ferre, totum hoc da, ut, quod semper existimavi, nunc plane intelligam, me a te multum
11 amari. Buthrotios quum Caesar decreto suo, quod ego obsignavi cum multis amplissimis viris, liberavisset ostendissetque nobis, se, quum agrarii mare transissent, literas missurum, quem in agrum deducerentur; accidit, ut subito ille interiret. Deinde, quemadmodum tu scis — interfuisti enim, quum consules oporteret ex senatus consulto de actis Caesaris cognoscere — res ab iis in Kal. Iun. dilata est. Accessit ad senatus consultum lex, quae lata est a. d. IV. Non. Iun.; quae lex EARUM RERUM, QUAS CAESAR STATUISSET, DECREVISSET, EGISSET, consulibus cognitionem dedit. Causa Buthrotiorum delata est ad consules. Decretum Caesaris reci-

---

CAPITONI. Est. C. Ateius Capito, de quo ep. 593 et 434.

10. *supplex*, als unterthäniger Bittsteller. Iocatur in Capitonem haud magnae auctoritatis hominem, quum dicit, nunquam se futurum putasse, ut illius opera valde egeret. *MANUT.* — *datum tempus*, dass mir eine Gelegenheit geworden ist. — *exper.*, auf die Probe stellen könnte. — *Amabo te*, so wahr ich Dich lieben soll, mein lieber Capito. — *da*, bring mir auch dieses Opfer. — *voluisse consultum*, dass er einmahl für Einen seiner Freunde Partie genommen hat. S. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 324. — *exist. ag.*, da dessen Ehre auf dem Spiele stand, es dessen Ehre galt. — *suos*, die Seinigen, amicos. Vgl. 737, 3. — *omitte Attic.*, lass den Atticus mahl bei Seite. — *prae te . . ferre*, laut zu rühmen, äusseren.

11. *ostend.*, und uns den Wink gegeben hatte. — *literas missur.* cet. er wolle durch ein nachgesandtes Ausschreiben ihnen andere Ländereien anweisen. — *interf. enim* cet., denn Du warst ia im Senate, als man den Beschluss abfasste: die Consuln sollten über alle bisherigen Anordnungen Cäsars zu erkennen haben. — *a. d. IV. Non. Iun.*, am 2. Iunius. — *cognit.*, die Erkennung über

tatum est et multi praeterea libelli Caesaris prolati. Consules de consilii sententia decrêverunt secundum Buthrotios; Plancum dederunt. Nunc, mi Capito — scio 12
enim, quantum semper apud eos, quibuscum sis, posse soleas, eo plus apud hominem facillimum atque humanissimum, Plancum — enitere, elabora vel potius eblandire, effice, ut Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua. Omnino res huiusmodi videtur esse, ut sine cuiusquam gratia Plancus ipse pro ingenio et prudentia sua non sit dubitaturus, quin decretum consulum, quorum et lege et senatus consulto cognitio et iudicium fuit, conservet; praesertim quum, hoc genere cognitionum labefactato, acta Caesaris in dubium ventura videantur: quae non modo ii, quorum interest, sed etiam ii, qui illa non probant, otii causa confirmari velint. Quod quum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc 13
animo libenti prolixoque facere. Quod certe faciet, si tu nervulos tuos mihi saepe cognitos suavitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris. Quod ut facias, te vehementer rogo.

Alles, was Cäsar u. s. w. — *Consules . . . Buthrotios*, die Consuln fassten dem Resultate der Berathschlagung gemäss zu Gunsten der Buthroter einen Beschluss. — *Plancum dederunt*. de Manut. susp. Sch. Lün. *literas ad Plancum deder*. Certe excidit *ad*. Vix enim explicari potest cum Ern.: „*Plancum dederunt* arbitrum et curatorem illius rei, quem Caesar iam praefecerat negotio.“ *OR.* Vgl. ep. 738, 6: *seque ad te literas daturos esse dixerunt*.

12. *Nunc, vūr*, Nun. — *eo plus*, um so mehr. — *eblandire*, erschmeichle es. — *optimum esse*, dass er höchst geneigt sein werde. — *gratia*, Empfehlung. — *non sit dubit.*, keinen Anstand nehmen wird. — *quorum . . . iudicium fuit*, die vermöge eines ausdrücklichen Gesetzes und Rathsschlusses darüber erkannt und zu Recht gesprochen haben. — *conser.* heilig zu halten. — *hoc . . . labefact.*, wenn man das Ansehen dieser so gesetzmässigen Art von Erkennung zum Wanken bringen wollte. — *acta*, Anordnungen. — *in dub. ven.*, zweifelhaft gemacht werden. — *otii causa*, des Friedens wegen. Wie fein Cicero das Ansehen der acta Caesaris für Dasmahl benutzt!

13. *quum* = obgleich. — *prolixo*, liebreichen. — *nervul. t.*, Deine kleinen Tausendkünste. — *mihi s. cogn.*, die ich so oft erprobt fand. — *suavit.*, Deine Überredungsgabe.

EPISTOLA DCCXLI. (ad Att. XVI. 16. *app. D.*)

Scr. in Tusculano exeunte Iunio A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Cupiennio causam Buthrotiorum commendat.

CICERO C. CUPIENNIO S.

14 Patrem tuum plurimi feci; meque ille mirifice et coluit et amavit: nec mehercule unquam mihi dubium fuit, quin a te diligerer. Ego quidem id facere non destiti. Quamobrem peto a te in maiorem modum, ut civitatem Buthrotiam subleves decretumque consulum, quod ii secundum Buthrotios fecerunt, quum et lege et senatus consulto statuendi potestatem haberent, des operam, ut Plancus noster quam primum confirmet et comprobet. Hoc te vehementer, mi Cupienni, etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA DCCXLII. (ad Att. XV. 25.)

Scr. in Tusculano V. Kal. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Varias de itinere suo sententias esse et se ipsum etiamnum dubitare significat.

CICERO ATTICO S.

De meo itinere variae sententiae. Multi enim ad me. Sed tu incumbe, quaeso, in eam curam. Magna res est. An probas, si ad Kal. Ian. cogitamus? Meus animus est aequus, sic tamen, ut si nihil offensionis sit: et

---

CUPIENNIO. Corradus existimabat hunc esse C. Cupiennium Libonem Cumanum, quod colligebat ex Horat. Sat. II, 1 eiusque interprete.

1. *nec* scil. eam ob causam, schon desshalb. — *sublev.*, zu unterstützen. — Ordo verb. *desque operam, ut Plancus . . . confirmet et comprobet decretum consulum, quod* cet. — *sec. B.*, zu Gunsten der Buthroter. — *stat. potest. hab.*, da sie . . . darüber zu bestimmen ermächtiget waren.

1. *var. sent.*, über meine bevorstehende Reise (nach Griechenland) sind der Meinungen mancherlei. — *ad me* de hoc itinere scribunt. — *incumbe . . in eam curam*, nimm mir vor Allem die Sache in Überlegung. — *si . . cogitamus* scil. ad urbem redire. Vgl. Philipp. 1: ea mente discessi, ut adessem Kalendis Ianuariis, quod initium senatus cogendi fore videbatur. Ep. h. ed. 760, 2: Etsi, quamquam non fueris suasor cet. — *aequus*, gleichgültig dabei, ob ich auf den ersten Ianuar wieder in Rom sei oder nicht. Mihi animus aequus est sive ad discedendum sive ad manendum; modo, si discedam, id vitio non vertatur, et, si maneam, a periculo tutus sim. Gronovius de reditu accepit: mihi non displicet ad Kal. Ian. redire, si tum non turbabitur in re publica. *SCH.* — *ut*

tu etiam scite, quo die olim piaculum, mysteria scilicet. Ut ut sit res, casus consilium nostri itineris iudicabit. Dubitemus igitur. Est enim hiberna navigatio odiosa, eoque ex te quaesieram mysteriorum diem. Brutum, ut

---

si nihil. Sic Md. Tornaes. Crusell. Vict. 1. 2. Lamb. Muret. Bos. Graev. *ut nihil* Rom. Iens. Asc. 1. Crat. Ern. Sch. Lün. Sed recte explicavit Bos. Est: „ut hibernam etiam navigationem decreverim, si tamen nihil offensionis fuerit.“ *OR.* „dass ich zu reisen gedenke, wenn ich dadurch nicht in Sicherheit oder Ehre verstosse.“ Man sollte ihm nicht nachsagen, dass er die Republik in einer Zeit verlasse, wo sie gerade seiner Hülfe am bedürftigsten sei. — *et tu etiam scite* notas cet., „und auch Du zeigst sehr fein und artig auf den Tag hin, wo einst Clodius sündigte, auf das Fest der Bona Dea.“ Diess fiel in den December. S. ep. 16. Dio Cass. XXXVII. Cicero hatte also den Attikus befragt, ob er es gut finden würde, wenn er von Griechenland zurück in Rom auf den December, auf das Fest der Mysterien wieder einträfe. Attikus hatte ihm darauf sehr fein halb in Scherz halb in Ernst vor dem Tage des Festes der Bona Dea, wo Clodius sich der schändlichen Entweihung schuldig gemacht und Cicero einst die Häupter der Catilinarischen Verschwörung gefangen genommen hatte, als vor einem Tage böser Vorbedeutung gewarnt, an welchem Antonius vielleicht eine Unthat in der Manier des Clodius gegen ihn ausführen möchte. Er wünschte also Cicero's Rückkehr aus Griechenland auf diesen Tag nicht, sondern auf den 1. Ianuar. Wirklich dachte Cicero dann zurück zu kommen, wie er in einem spätern Briefe auf einer Fahrt nach Griechenland, von der er wieder zurückkehrte, selbst äussert. Denn der Zeitpunct, in welchem Antonius sein Consulat niederlegen musste, konnte grosse Veränderungen im Staate herbeiführen: ein entscheidender Augenblick, den ein Cicero nicht versäumen mochte noch durfte. S. die folg. Briefe u. Philipp. 1. Statt *olim piaculum.* (Clodii commissum est) geben einige Handschriften *Olympia.*“ Si quid de *Olympiis* h. l. latet (cfr. *Lib.* 16. *Ep.* 7.), haec fere sententia erit: „turpe esse Olympiorum vel mysteriorum causam praetexere profectioni.“ *OR.* Imo turpe esse Olympiorum vel mysteriorum causam praetexere, cur non redeam ad Kal. Ian., sed in Graecia vel Athenis remaneam. Sed cfr. infra *myster. diem.* I. Fr. Gronov. putat, Atticum suasisse, ut Cicero circiter eum diem praesto esset, quo die olim sacra Bonae deae a Clodio violata essent. — *Ut ut sit res,* wie Dem auch sei. Haereo inprimis in illo *ut ut sit res:* quod adversatur reliquae Cic. consuetudini, nisi quod *ut ut* e Cdd. Malasp. illatum est etiam in Ep. seq. §. 4. *OR.* — *casus . . iudicabit,* der Ablauf der Dinge wird meinen Reiseplan bestimmen. — *Dubit. ig.*, entscheiden wollen wir also noch nicht. — *hib. navig.*, eine Seefahrt im Winter. — *eoque . . . diem,* und eben desswegen fragt' ich bei Dir an, ob es nicht besser wäre lieber im Anfange des Decembers zu den Mysterien, als am ersten Ianuar zurück zu kehren? Quaesierat duabus de causis, primum ut iam in Italia esset, quum tribuni designati munus essent adituri: deinde ut non opus esset hibernae se navigationi committere, si initio Decembris rediret, ne-

scribis, visum iri a me puto. Ego hinc volo prid. Kal.

EPISTOLA DCCXLIII. (ad Att. XV. 26.)

Scr. in Arpinati VI. Non. Quintil. A. U. C. 710. (a. C. 44)

De variis negotiis domesticis et de literis a Bruto acceptis. 1—5

CICERO ATTICO S.

De Quinti negotio video a te omnia facta. Ille tamen dolet dubitans, utrum morem gerat Leptae, an fidem infirmet filio. Inaudivi L. Pisonem velle exire legatum ψευδεγγράφῳ senatus consulto. Velim scire, quid sit. Tabellarius ille, quem tibi dixeram a me ad Brutum esse missum in Anagninum, ad me venit ea nocte, quae proxima ante Kal. fuit, literasque ad me attulit: in quibus unum alienum summa sua prudentia, idem illud, ut

---

que Kalendas Ianuarias exspectaret. Itaque quaesierat, an Atticus probaturus esset, si ante diem mysteriorum reverteretur. *MONGAULT.* Ut ab Antonio tutus esset, aut redeundum erat ante Kal. Ian., quum novi consules, aut ante IV. Id. Decembr., quo die novi tribuni in annum sequentem designati magistratum adituri essent, quos inter complures fuisse scimus, qui Ciceroni faverent, ut P. Servilius Casca (e Caesaris percussoribus) (v. ep. 772.), P. Apuleius (Philipp. VI, 1. XIV, 6.), M. Servilius (Philipp. IV, 6.). *SCH.* — *visum . . . iri* posse. — *hinc volo prid. Kal.* Quintil. am 30. Iulius. Nempe in villam Arpinatem. Cf. ep. 743.

1. *de Q. negotio.* Videtur causa pecuniaria fuisse, nata a filio. *ERN.* S. ep. 733, 1. 732, 4. — *filio.* Sensus: utrum Leptae morem gerat et pro filio solvat pecuniam, quam ille debebat, an non solvendo faciat, fidem ei ut nemo posthaec habeat et pecuniam credat. (oder ob er ihn creditlos machen solle). Nam eum aes alienum contraxisse constat. *ERN.* Sic Md. Oxon. 1.2. Iens. Vict. 1. Ern. Sch. Lün. *Silio* Asc. 1. Crat. Lamb. Vict. 2. Bos. Graev. *OR.* Über Lepta s. zu ep. 520 im Anf. 631; über Silius 734. 735. — *L. Pisonem* Caesoninum consulem cum Gabinio anno 696 ad Famil. XII, 4. 22. — *ψευδεγγράφῳ*, legatum falso senatus consulto, qualia multa tunc Antonius referebat. Vid. ep. 712, 1. *CORRAD.* Nempe, ut recte coniicit Mongaltius, videtur Piso legationem liberam impetrasse falso senatus consulto. *SCH.* — *Anagninum,* ein Landgut bei Anagnia, ietzt Anagni, in Latium. — *prox. ante Kal.,* also in der letzten Nacht des vorigen Monaths. — *attulit* a Bruto. — *alienum summ. s. prud.,* ein Punct, eine Stelle, worin ihn sein sonstiger grosser Verstand scheint verlassen zu haben. — *idem illud.* Sic Md. (Cd. in m. 1584.) Vict. 2. Bos. Sententiâ optimâ: „*idem illud,* quod tam saepe ac paene importune petivit.“ om. haec (Oxon. 2.) Manut. Lamb. Sch. Lün. *OR.* Vid. Plutarch. in vita Bruti: ἔγραφε καὶ Κικέρωνι πάντως παρατυχεῖν ταῖς θέαις: der sollte die Spiele und ihn auspreisen; die Gesinnungen

spectem ludos suos. Rescripsi scilicet primum me iam profectum, ut non integrum sit: dein, ἀτοπώτατον esse, me, qui Romam omnino post haec arma non accesserim, neque id tam periculi mei causa fecerim quam dignitatis, subito ad ludos venire. Tali enim tempore ludos facere illi honestum est, cui necesse est: spectare mihi ut non est necesse, sic ne honestum quidem est. Equidem illos celebrari et esse quam gratissimos mirabiliter cupio; idque ita futurum esse confido: et tecum ago, ut iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum accipiantur ii ludi; deinde omnia reliquorum ludorum in dies singulos persequare. Sed de ludis hactenus. Reliqua 2
pars epistolae est illa quidem in utramque partem: sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles: quod quale tibi videretur, ut posses interpretari, misi ad te exemplum epistolae. Quamquam mihi tabellarius noster dixerat tibi quoque se attulisse literas a Bruto easque ad te e Tusculano esse delatas. Ego itinera sic compo- 3
sueram, ut Nonis Quint. Puteolis essem. Valde enim festino; ita tamen, ut, quantum homo possit, quam cautissime navigem. M. Aelium cura liberabis: is me pau- 4
cos specus in extremo fundo, et eos quidem subterra-

---

der Leute gegen Brutus beobachten. S. ep. 745, 3 *coronis*. — *ludos suos*, quos Romae praetor, sed absens faciendos curabat. *SCH*. Vid. ep. 724, 2 sub fin. — *scil.*, versteht sich. — *profectum* Româ. — *ut non integr. sit* ludos spectare, dass es mir nicht möglich sei, sie zu sehen. — *ἀτοπώτ.*, absurdissimum esse, minime decere. — *post haec arma*, seit dem eingetretenen Waffenlärm. Antonius hatte viele Soldaten nach Rom beordert. S. ep. 711, 4. — *Tali* scil. quale nunc est. — *necesse*, nämlich von Amtswegen. — *gratissimos* populo. — *tecum ago*, ich ersuche Dich darum. — *ab ipsa commiss.*, vom Anfange der Spiele an. — *ad me* scribas. — *omnia reliq. lud.... perseq.*, eine genaue Schilderung . . . mittheilen mögest. Cfr. *Lib.* 16, 4. 1.

2. *epistolae* Bruti. — *illa quidem*. S. Ramsh. §. 158, 2, e. — *in utr. part.*, ist so und so! — *iacit ign. viril.*, wirft er zu Zeiten einige Strahlen männlichen Muths. Brutus dem Cicero nicht unternehmend genug! — *interpr.*, beurtheilen. — *e Tusculano*, vom Tusculanum aus.

3. *itinera . . . comp.*, meine Reiseroute hab' ich so eingerichtet. — *Non. Quint.*, am 7. Iulius.

4. *M. Aelium*, der ein Gutsnachbar des Cicero war. — *is me paucos specus*. Sic Cd. Crusell. Bos. Graev. Ern. *is metuit p. specus* de Oliveti susp. Sch. Lün. *OR.* Sensus: metuit specus aliquos subterraneos h. e. aquaeductus, quos ego in extremo fundo, ubi contiguus est Aelii praedio, parare institueram; putat nimirum inde sibi aliquid servitutis (Rechtspflichtigkeit) oriturum. *SCH.* Vielleicht dürfte hinter *me* nur *percontatur* zu ergänzen sein. Vergl

neos; servitutis putat aliquid habituros: id me iam iam nolle neque mihi quidquam esse tanti; sed, ut mihi dicebas, quam lenissime, potius ut cura liberetur, quam ut me succensere aliquid suspicetur. Item de illo Tulliano capite libere cum Cascellio loquare. Parva res est: sed tu bene attendisti: nimis callide agebatur. Ego autem, si mihi imposuisset aliquid, quod paene fecit, nisi tua malitia affuisset, animo iniquo tulissem. Itaque, ut ut erit, rem impediri malo. † Octavam partem tolli luminarium aedium ad Streniae memineris. † Cui Caerellia,

---

Horat. Ep. I, 20, 26: meum si quis te percontabitur aevum. *servitus* ist eine auf einem Hause, Acker, Gute liegende, haftende Verbindlichkeit Etwas zu leiden z. B. luminis, wenn der Nachbar das Licht verbauen, tigilli immittendi, wenn er einen Balken in's Haus einsenken (stillicidii u. s. w.) darf. S. Pandect. VIII, 2, 1. ad Q. Fratr. III, 1, 2. — *iam iam nolle*, fac sciat (was in *cura liberabis* versteckt liegt) me id consilium mutasse, nec ullum commodum mihi tanti esse, ut ob id eius gratiam amittam. *GRONOV.* — *quam lenissime* ei dicas, „auf die gelindeste Art.“ — *de illo Tulliano capite*, nomine, pecunia, Schuld. M. Tullius Laurea, ein scriba Ciceronis, hatte im Einverständniss mit dem M. Cascellius, (der in Kleinasien Geschäfte machte. S. ad Q. Fratr. I, 2.) als Baubesorger den Cicero übervortheilen wollen, um seine Schuld an ihn zu tilgen. S. zu ep. 746, 1. — *nimis callide ageb.*, man wollte das gar zu fein machen. — *si m. imp. aliq.*, wenn er mich auch nur um Etwas hintergangen, betrogen hätte. — *fecit* = fecerit, fecisset. — *nisi tua malitia affuisset*, wenn Deine Schlauheit mir nicht beigestanden hätte. *malitia* bono sensu et per iocum pro callido et prudenti consilio. Auch wir sagen, wenn Du nicht so ein Schelm gewesen wärest. — *ut ut.* Cfr. supra *Ep.* 25. *OR.* — *rem impediri*, dass mit der ganzen Sache eingehalten, die Arbeit eingestellt werde. — † *Octavam ... ad Streniae*, „vergiss nicht den achten Theil der Fenster in meinem Hause neben der Capelle der Strenia zumauern zu lassen.“ — *Strenia*, Strena, Strenua, etwa Göttinn der Tapferkeit, (quae strenuum facit. Augustin. de Civ. Dei IV, 16.) hatte eine Capelle in Carinis. Hier besass nach ad Q. Fratr. II, 3. eigentlich Quintus Cicero ein grossväterliches Haus, was Marcus, dessen Pallast auf dem Palatinischen Berge lag, für eine Schuldforderung von ihm mochte angenommen haben. Cascellius wollte im Einverständniss mit Tullius es zu glänzend ausbauen, um dabei einen Schnitt zu machen. Sic e Cd. Reg. (fortasse e Corrad. coni., quae eadem est (nisi quod is *Strenae*) correcto, Lall.) *tolli luminarium in aedibus ad Streniae* item partim cum Corrad. Sch. coni. Lün. *Or.* — † *Cui Caerellia.* Haec corrupta. Sic Vict. 1. 2. Graev. Ern. *cur* pro *cui* Asc. I. Crat. om. *cui* Herv. *quod* pro *cui* nescio qui apud Corrad. Hinc de I. F. Gronovii susp. Sch. Lün.: *Quod Caerellia, videris mancipio dari.* Sed nunquam sic est *videris* pro *curabis* et similibus in his Epp. *ORELLI.* Schütz erklärt: quod Caerellia proscripsit praedium, curabis tibi mancipio dari meo nomine pro ea pecunia, quam licitatores in

videris mancipio dare ad eam summam, quae sub praecone fuit maxima: id opinor esse CCC LXXX. Novi si quid erit atque etiam si quid prospicies, quod futurum putes, scribas ad me quam saepissime velim. Varroni, quemadmodum tibi mandavi, memineris excusare tarditatem literarum mearum. † Mundus istum. M. Ennius quid egerit de testamento — curiosus enim — facias me velim certiorem. Ex Arpinati, VI. Non.

EPISTOLA DCCXLIV. (ad Att. XV. 28.)

Scr. in Arpinati V. Non. Quintil. mane A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Scribit se Nonis in Puteolanum venire ibique Attici literas exspectare.

CICERO ATTICO S.

Ego, ut ad te pridie scripseram, Nonis constitueram venire in Puteolanum. Ibi igitur quotidie tuas literas exspectabo, et maxime de ludis; de quibus etiam ad Brutum tibi scribendum est; cuius epistolae, quam interpretari ipse vix poteram, exemplum pridie tibi miseram. Atticae meae velim me ita excuses, ut omnem culpam

---

auctione maximam obtulerunt. Man behalte *cui* und ergänze praedium emere velit (für Wen auch Cärellia das Gut kaufen will.) und lese *volueris* statt *videris* cet. mit dem Sinne: überlass es ihr um den höchsten Versteigerungspreis, um das höchste Gebot. — CCCLXXX, 300,000 Sesterzien = 30,000 Gulden. Über *Caerellia* s. zu ep. 701, 4.

5. M. Terentio *Varroni*, dem Gelehrten, mit welchem Cicero in vielfachem literarischen Verkehr stand und dem er seine Akademischen Untersuchungen zugeeignet hatte. S. ep. 431 im Anf. 611,5. — † *Mundus istum. M. Ennius.* Haec vel corrupta vel manca. *Mundus is. Tu, M. Ennius.* Bos. *OR.* — *Mundus istum.* Hanc aposiopesin Gronovius sic explicat: Mundus istum, quicunque est, quicum habet negotium, exercebit vel exerceat sine. „Dieser Mundus möge ihn dafür entschädigen!" Ein Mann, der ep. 746, 1 am Ende noch einmahl erwähnt wird und der mit Varro im Briefwechsel stand und so gerne schrieb, dass dieser fleissige Gelehrte kaum die Zeit zu antworten erübrigen mochte. — *Ennius*, Lamb. *Menius*, Corrad. *Lenius* vel *Annius*, *Memmius*. — *curiosus enim* scil. *es* et non ignorabis. *ERNESTI.* Warum nicht *sum* ergänzen? — *VI. Non.* Quintil., am 2. Iulius.

1. *pridie.* S. ep. 743, 3. — *de ludis* Bruti. S. ep. 743, 2. — *scrib. est.* Denn Attikus hatte die Besorgung dieser Spiele zum Theil selbst übernommen. — *cuius*, Bruti. S. ep. 743, 2. gegen Ende. — *in te transferas*, quod eam non adduxeris tecum in Tusculanum Ciceronis. Attika hatte sich vermuthlich im Scherz

in te transferas, et ei tamen confirmes me minime totum amorem eo mecum abstulisse.

EPISTOLA DCCXLV. (ad Att. XV. 27.)

Scr. in Arpinati V. Non. Quintil. inter coenam. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Respondet ad ea, quae Atticus proxime scripserat. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Nam quum ad te VI. Non. darem, eidem tabellario dedi etiam ad Sestium, scriptas πάνυ φιλοστόργως. Ille autem, quod Puteolos prosequitur, humane; quod queritur, iniuste. Non enim ego tam illum exspectare, quum de Cosano rediret, debui, quam ille aut non ire ante, quam me vidisset, aut citius reverti. Sciebat enim me celeriter velle proficisci, seseque ad me in
2 Tusculanum scripserat esse venturum. Te, ut a me discesseris, lacrimasse, moleste ferebam. Quod si me praesente fecisses, consilium totius itineris fortasse mutassem. Sed illud praeclare, quod te consolata est spes brevi tempore congrediendi: quae quidem exspectatio me maxime sustentat. Meae tibi literae non deerunt. De Bruto, scribam ad te omnia. Librum tibi celeriter mittam de Gloria. Excudam aliquid Ἡρακλειδεῖον, quod la-

---

beschwert, dass Cicero vor seiner Abreise nicht Abschied von ihr genommen habe und dass er über der Freude, seinen Sohn in kurzer Zeit in Griechenland wieder zu sehen, alle seine Freunde und Freundinnen vergesse. Vgl. iedoch zu ep. 745, §. 2. — *eo*, in Graeciam.

1. *VI. Non.* Quintil., am 2. Iulius. S. ep. 743. — *Sestium.* S. zu ep. 15 ep. im Anf. — *φιλοστ.*, amanter. — *quod . . humane* facit, dass er mich in Puteoli besuchen will, ist eine grosse Artigkeit von ihm. — *queritur* de me, *iniuste* facit. — *Cosanum* praedium, bei der Seestadt Cosa in Etrurien. S. ep. 746, 1. — *illum exsp., quum,* auf ihn zu warten, bis er. — *ire*, eo.

2. *ut a me disc.*, bei Deiner neulichen Abreise von mir. — *congred.*, uns wieder zu sehen. Nämlich in Griechenland, wo Attikus den Winter zuzubringen gedachte. S. d. folg. Br. §. 1. — *De Bruto*, der bekanntlich, weil er sich nicht sicher glaubte, noch an der Küste von Italien auf und in der Nähe der Flotte sich umhertrieb, aber gleichfalls nach Griechenland dachte. — *de Gloria.* Sollte diess Werk nicht ep. 733 §. 2 am Ende gemeint sein? — *Ἡρακλ.*, iis simile, quae Heraclides Ponticus scripsit. S. ep. 711, 3. Vermuthlich Anekdoten über die Periode nach Cäsars Ermordung. — *thesauris*, bibliotheca.

teat in thesauris tuis. De Planco, memini. Attica iure 3
queritur. Quod me de Bacchide, de statuarum coronis certiorem fecisti, valde gratum: nec quidquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem praeterieris. Et de Herode et Mettio meminero et de omnibus, quae te velle suspicabor modo. O turpem sororis tuae filium, quum haec scriberem! Adventabat autem βουλύσει coenantibus nobis.

EPISTOLA DCCXLVI. (ad Att. XV. 29.)

Scr. in Formiano a. d. III. Non. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Breviter de variis rebus domesticis; et de subito Planci Buthrotii reditu. 1 — 3.

CICERO ATTICO S.

Bruti ad te epistolam misi. Dii boni! quanta ἀμηχανία! Cognosces, quum legeris. De celebratione ludorum Bruti, tibi assentior. Ad M. Aelium nullus tu quidem domum, sed sicubi inciderit. De Tulliano semisse,

---

3. *De Planco*, memini. Plancus vergess' ich nicht. Diess betraf die Buthrotische Angelegenheit. S. ep. 740, 11 am Ende. 739. — *Attica iure queritur*, wol über ausgebliebene Rückzahlung ihrer Mitgift abseiten des von ihr geschiedenen Quintus. Vgl. vorig. Br. — *de Bacchide* mima. — *de statuarum coronis* i. e. quae statuis quibusdam impositae sunt, ad animum et sensum in re publica iudicandum. *ERN.* Wahrscheinlich bei den Spielen, die Brutus gab, wo er die Statuen seiner Ahnherrn mit Blumen bekränzen liess. — *non modo tantum, sed ne tantulum quidem praeterieris,* „übergeh in Zukunft nicht nur solche Kleinigkeiten, sondern noch grössere Kleinigkeiten ia nicht mit Stillschweigen.“ Er wollte ia ein Ἡρακλείδειον schreiben. *tantum . . tantulum* δεικτικῶς. Md. *tantullum* = i. e. tantillum. *OR.* — *Et de Herode.* Mandaverat Atticus Ciceroni, ut et cum Herode et cum Mettio Athenis quiddam ageret. Herodem enim fuisse Athenis apparet ep. 698, 3. 726. *SCH.* — *suspic.*, ich nur ahnen werde. — *O turpem!* o des hässlichen Neffen Quintus! ruft Cicero nur im halben Ernste aus, weil dieser durch seine plötzliche Ankunft ihn im Briefschreiben an Attikus stöhrte. Sonst war er ihm ziemlich gut; denn er lobt ihn ia ep. 748 gewisser Massen. Schütz hatte also nicht nöthig *obturbabat me sor. . filius* „kommt mir Dein Schwestersohn über den Hals“, zu verbessern. — βουλύσει, zur Zeit, wo man die Ochsen ausspannt (von λύω); also Abends. S. Arut. Dios. 387. Philostr. Heroïc. 20.

1. *misi* = mitto. — ἀμηχ., inopia consilii, Rathlosigkeit. — *celebr. lud.*, grosser Zulauf bei den Spielen. Das Volk ist launig; man kann darauf nicht Viel bauen. — *nullus* = non, minime. — *domum* accedas, *sed sicubi inciderit* cum eo loquaris, „sondern, wo Du ihn antriffst, rede mit ihm.“ Über M. Aelius s. ep. 743, 4. — *de Tulliano semisse* i. e. de usura, quam Tullius ipse pendere de-

M. Axianum adhibebis, ut scribis. Quod cum Cosiano egisti, optime. Quod non solum mea, verum etiam tua expedis, gratum. Legationem probari meam, gaudeo. Quod promittis, dii faxint! Quid enim mihi meis iucundius? Sed istam, quam tu excipis, metuo. Brutum quum convenero, perscribam omnia. De Planco et Decimo, sane velim. Sextum scutum abiicere nolebam.
2 De Mundo, si quid scies. Rescripsi ad omnia tua. Nunc nostra accipe. Quintus filius usque Puteolos: — mirus civis, ut tu Favonium, Asinium dicas: — et quidem duas ob causas, et ut mecum, et σπείσασθαι vult cum Bruto et

---

bebat et quae erat semissibus. *SCH.* Der Tullius hatte wahrscheinlich bei dem Bau eine solche Rechnung machen wollen, dass er seine Schuld an Cicero zugleich damit tilgen könnte. S. zu ep. 744, 4. — *M. Axianum.* Sic Cd. Crusell. Man. Lamb. Bos. Seqq. *Maximam* Md. Oxon. 1. 2. Margo Crat. *maximam* Cd. Graeteri, Asc. II. Crat. *OR.* Gräter vermuthet, dass hinter *maximam* das Wörtchen *curam* ausgefallen sei. Der M. Axianus ist eine völlig unbekannte Person. Lieber möchte man *M. Cascellium* vorschlagen, der Auskunft geben konnte. S. ep. 744, 4. — *Cosiano.* Lamb. *Cottiano*, Sch. Lün. *Cosano.* Schütz erklärt: Intelligit Sestium, de quo ep. 745, 1. quem a praedio, quod habebat prope Cosam, *Cosanum* vocat. — *expedis*, zu Stande bringst. *tua me expedis* Md. Fortasse: *non s. mea, verum etiam me exp. OR.* „entwirrest." — *meam legationem*, meine Annahme der Legationsstelle. S. epist. 724, 4. 730, 1. 731, 2. 732, 1. — *probari* tibi, a te. — *quod promittis.* Atticus promiserat se Ciceronem mox in Graecia visurum (vid. ep. praeced. §. 2.), nisi forte Atticae valetudo impedierit. Eam igitur Cicero metuit. *SCH.* — *meis*, d. i. als bes. meinen Freund bei mir zu haben. — *sane velim* ita verum esse, ut scribis. Plancus, designirter Consul, der im Narbonensischen Gallien war, hiess es, werde sich mit dem andern designirten Consul Decimus Brutus, der sich im Cisalpinischen befand, gemeinschaftlich gegen Antonius verbinden. — *Sextum* Pompeium *scutum* i. e. arma abiicere, ab armis recedere, ad pacem redire velle. Metonymia. Er schien sich in diesem Augenblicke durch Vorschläge vom Lepidus zum Frieden zu neigen, was aber nicht zu Stande kam. om. *nolebam* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Man.: ut sit exclamatio indignantis. *OR.* — *De Mundo.* S. ep. 743, 5.

2. *usque Puteolos* me comitatus est. Vid. ep. 745 sub fin. — *civis*, Patriot. — *ut Tu Favonium Asinium* factum esse dicas, „dass man glauben sollte, ein Asinius sei zum Favonius geworden." Asinius Pollio war der erklärteste Cäsarianer; Favonius dagegen der erklärteste Republikaner. Eben darum, aber ohne Noth, verbesserte Ernesti *Favonium alterum*, was Schütz billigte: „aus Quintus sei ein zweiter Favonius geworden." Über Asinius s. z. ep. 799 im Anf.; über Favonius zu ep. 724, 1; über Q. filius ep. 748, 6: Q. filius mihi pollicetur se Catonem. — *ut mecum* diutius esse possit. — *σπείσασθαι vult. c. Br. et C.* i. e. cum iis pacisci, ad eorum partes transire, quod et ante iactaverat ep. 731, 2. σπένδεσθαί τινι

Cassio. Sed tu quid ais? Scio enim te familiarem esse Othonum. Ait hic sibi Iuliam ferre; constitutum enim esse discidium. Quaesivit ex me pater, qualis esset fama. Dixi nihil sane me audisse — nesciebam enim, cur quaereret — nisi de ore et patre. Sed quorsus, inquam? At ille, filium velle. Tum ego, etsi *ἐβδελυττόμην*, tamen negavi putare me illa esse vera: *σκοπὸς* — hoc est enim — huic nostro nihil praebere. Illa autem *οὐ παρὰ τοῦτο*. Ego tamen suspicor hunc, ut solet, allucinari. Sed velim quaeras: — facile autem potes — et me certiorem. Ob- 3
secro te, quid est hoc? Obsignata iam epistola, Formiani, qui apud me coenabant, Plancum se aiebant hunc Buthrotium pridie, quam hoc scribebam, id est III. Nonas, vidisse demissum, sine phaleris: servulos autem di-

---

= sich mit Iemanden in eine Verbindung einlassen, weil dabei die libatio üblich war. Man hätte erwarten sollen *et quoniam . . . vult.* — *ais,* nämlich zum Folgenden. — *Othonum,* des Othonischen Hauses. Die Othones gehörten zu den Rosciis. — *ait hic* s. Quintus filius *sibi Iuliam* Othonis uxorem nuptias suas [of-] *ferre,* Iulia mache ihm Anträge. *Tutiam* „Alii" in m. 1584. ex *Lib.* 16, 2, 5. (h. ed. 751, 5.) — *discidium,* die Scheidung von ihrem Gemahle Otho. — *pater* Quinti filii. — *fama* Iuliae. — *nisi de ore et patre,* als von ihrem Gesicht und ihrer Familie. Fortasse legendum *nisi de ore putri* i. e. eam tristi anhelitu male odorati oris laborare; cui sane bene responderet id quod sequitur *ἐβδελυττόμην.* — *quorsus* tu haec scire vis? — *ille* respondit. — *velle* eam uxorem ducere. — *ἐβδελ.*, abominabar, obgleich mich vor dieser Verbindung graute. — *putare me illa esse.* Sic Cd. in m. 1584. Lamb. Bos. Seqq. *negavi putare illa* (om. *me*) nescio cuius apud Corrad. et Malasp. susp. prob. Madvig. I. p. 112. Sed *me* post *putare* vindicatur auctoritate Cd. familiae Gallicae. *OR.* *illa* scil. quae de Othonis filia dicantur. — *σκοπὸς* s. finis Quinti patris est i. e. pater nihil aliud spectat, nisi ut nullos amplius sumptus in filium facere debeat, illo coniugio inito. *ERNESTI.* — *hoc enim.* Lamb. de Corrad. susp. *hic.* S. Ramsh. §. 159, I. Grotef. §. 211. Anm. — *οὐ παρὰ τοῦτο* h. e. illa vero propterea, quod Quintus filius dives non est, non absterrebitur ab eius nuptiis. — *allucinari,* einen dummen Streich machen. — *quaeras,* erkundige Dich danach. — *certiorem* facias.

3. *Obsecro te,* um des Himmels willen. — *Obsign.* Sic, ut semper, Lamb. *signata* Cett. cum Cdd. Scil. *ob* absorptum est ab *oc* praec. Cfr. tamen Horat. *Epp.* I, 15, 2. *OR.* — *hunc Buthrotium,* diversum ab illo, cuius supra in hac epistola mentio, praepositum agris Buthrotiis dividendis. *ERN.* Dieser war zum Prätor ernannt. Das hier erwähnte Gerücht bestätigte sich nicht. — *III. Non.* Quintil., am 5. Iulius. — *demissum,* valde abiectum animo, sehr niedergeschlagen, mit hängenden Ohren. — *sine phaleris,* ohne Sattel und Zeug, equo vectum, ut appareret repente, equo non ornato, in iter se contulisse vel latere velle. *ERN.* Cfr. ep. 748, 1. — *servulos,* das Deminut. gewählt; denn die Kleinern plaudern

cere eum et agripetas eiectos a Buthrotiis. Macte! Sed amabo te, perscribe mihi totum negotium.

EPISTOLA DCCXLVII. (ad Div. XI. 29.)

Scr. initio mensis Quintilis. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Profecturus in Graeciam res suas Oppio commendat. 1—3.

CICERO OPPIO S. D.

Dubitanti mihi — quod scit Atticus noster, — de hoc toto consilio profectionis, quod in utramque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem iudicium et consilium tuum. Nam et scripsisti aperte, quid tibi videretur, et Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicavi in te et in capiendo consilio prudentiam summam esse et in dando fidem: maximeque sum expertus, quum initio civilis belli per literas te consuluissem, quid mihi faciendum esse censeres: eundumne ad Pompeium, an manendum in Italia. Suasisti, ut consulerem dignitati meae: ex quo, quid sentires, intellexi et sum admiratus fidem tuam et in consilio dando religionem; quod, quum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium
2 meum, quam illius voluntas fuit. Equidem et ante hoc tempus te dilexi et semper me a te diligi sensi. Et quum

---

am liebsten aus. — *agripetas*, die, welche auf die Ländereien der Buthroter lüstern wären. — *eiectos.* Dass diess Gerücht falsch gewesen sei, ergibt sich aus dem 751. Briefe. — *Macte!* sei gesegnet! Glück auf dazu!

OPPIO. C. Oppius hatte es im Bürgerkriege mit dem Cäsar gehalten und war Legat desselben in Africa gewesen. S. Auct. de B. Afric. c. 68. ad Attic. IX, 8. Beilage C. (347).

1. *profect.* in Graeciam. Vid. ad Divers. XII, 25. X, 1. — *in utramque partem*, utrum esset proficiscendum an manendum. — *pondus*, momentum, *accessit* i. e. tuo iudicio et consilio mihi excussisti omnem dubitationem meumque animum confirmasti. — *pertulit* i. e. ex Attico accepi tuam sententiam. — *in cap. cons.* i. e. in consultando. — *maximeque* id *sum exp.* — *dignit.* praestando officium Pompeio debitum. — *fidem*, integritatem, Redlichkeit. Als Vertrauter des Cäsars konnte er dem Cicero nicht abrathen, Cäsars Fahne zu folgen, und dagegen als gewissenhafter Mann und Freund ihm nicht zurathen, durch Verlassung des Pompeius seinen Charakter zweifelhaft zu machen. — *quum* = ungeachtet. — *amic. t.*, Caesarem, qui in literis (epistolae ad Attic. 374 insertis) Ciceroni omnibus modis persuadere cupiebat, ut a civili bello abesset et neutram partem sequeretur. *SCH.* — *antiquius*, theurer.

abessem atque in magnis periculis essem, et me absentem et meos praesentes a te cultos et defensos esse, memini: et post meum reditum quam familiariter mecum vixeris, quaeque ego de te et senserim et praedicarim, omnes, qui solent haec animadvertere, testes habemus. Gravissimum vero iudicium de mea fide et [de] constantia fecisti, quum post mortem Caesaris totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum iudicium nisi mea summa benevolentia erga te omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. Tu, mi Oppi, conservabis 3
amorem tuum, — etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem — meaque omnia tuebere: quae tibi ne ignota essent, Attico mandavi; a me autem, quum paullum otii nacti erimus, uberiores literas exspectato. Da operam, ut valeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.

EPISTOLA DCCXLVIII. (ad Att. XVI. 1.)

Scr. in Puteolano VIII. Id. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Indignatur in proscriptione ludorum Bruti mensi Quintili nomen Iulii datum. 1. quaerit, quid sit quod agripetae Buthroti concisi dicantur. 2. se una cum Bruto, si fieri possit, navigaturum ostendit. 3. de bello civili quid exspectet. 4. de explicandis filii sui rationibus. 5. 6.

CICERO ATTICO S.

Nonis Quint. veni in Puteolanum. Postridie iens ad Brutum in Nesidem haec scripsi. Sed eo die, quo veneram, coenanti Eros tuas literas. Itane? NONIS

---

2. *in magn. peric.* exsilii tempore. — *praesentes*, zu Rom. — *cultos*, gepflegt. — [*de*] del. *de* Neap. Asc. 1. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *quum . . contulisti* statt *te . . . conferendo*, dadurch dass Du . . . Dich ganz in die Arme meiner Freundschaft warfest. — *omnibusque meritis*, und durch iedes Verdienst, was ich mir um Dich erwerben kann, rechtfertigte.

3. *quam quo* = als dass. — *mea . . omnia* i. e. omnia, quae ad salutem meam pertinent. — *Attico mandavi*, so hab' ich dem Atikus das Nähere darüber aufgetragen. — *uber. liter.*, eine umständlichere Auseinandersetzung, expositionem votorum meorum.

1. *Non. Quint.*, am 7. Iulius. — *iens ad Brut. in Nes.*, eben im Begriff auf das Eiland Nesis zum Brutus überzusetzen. Nesis insula Campaniae obiecta, in qua Brutus erat in villa Luculli filii. Meminit Plinius XIX, 18. Lucanus VI, 90. et Papinius Silv. III, 1. 150. *POPMA.* Lucull der iüngere ein Anverwandter des Brutus. — *Eros* attulit, reddidit. — *Itane?* ist's möglich? — *NONIS IULIIS?* „an den Nonen des Iulius hat man bei Ankündigung

IULIIS? Dii hercule istis! Sed stomachari totum diem licet. Quidquamne turpius quam Bruto IULIIS? Redeo
2 ad meum igitur ἔτι ἐῶμεν? Nihil vidi. Sed quid est quaeso, quod agripetas Buthroti concisos audio? quid autem Plancus tam cursim — ita enim inaudiebam —
3 diem et noctem? Sane cupio scire, quid sit. Meam profectionem laudari gaudeo. Dymaeos agro pulsos mare infestum habere nil mirum. Videndum est, ut mansio

---

der Spiele des Brutus statt an den Nonen des Quintilis geschrieben?" Das schien dem Cicero empörend, dass die Besorger dieser Spiele, hauptsächlich wol C. Antonius, bei dem Ausschreiben derselben sich einer Benennung des Monaths bedienten, die zu Ehren des vom Brutus gemordeten Usurpators ersonnen war. Denn es stellte den Brutus, der sich durch diese Spiele als Retter der Freiheit in Erinnerung bringen wollte (ep. 745, 3), in ein zweideutiges Licht u. es wurde, was ein unfreier Staat zur Ehre des Tyrannen beschlossen hatte, dadurch bestätigt. Hätte man die Spiele nur um 9 Tage später angehen lassen, so gelang iene politische Heimtücke nicht. Übrigens hatte Cäsar als Verbesserer des Kalenders die Ehre wohl verdient, die ihm der Senat im vorigen Iahre dadurch erwies, dass er beschloss, der Monath Quintilis, so genannt, weil mit dem März das Iahr anging, solle in Zukunft nach dem Dictator den Namen Iulius führen. S. ep. 775 sub fin. — *Dii herc. istis* scil. Antonianis male faciant, qui id ausi sunt. *ERNESTI.* — *stomach.*, sich ärgern, ohne dass es Etwas fruchtet. — *quam Bruto IULIIS*, als eine solche Benennung unserm Brutus in den Mund zu legen; quam Bruto hanc ignominiam infligere, ut eius ludi proscribantur a Nonis *Iuliis?* Lamb. susp. *Bruto, quam Iuliis?* — *ἔτι ἐῶμεν?* Sensus: adhucne sinemus illos scilicet nobis illudere, et credemus, quum prae se ferunt se velle pacem nec ardere desiderio vindicandi Caesaris? *GRONOV.* „Sollen wir Das immer so hingehen lassen?" — *Nihil vidi* turpius vel quod minus ferendum sit. „So etwas ist mir noch nicht vorgekommen."

2. *agripetas*, die güterlustigen Soldaten. S. ep. 746, 3. — *tam cursim*, in solchen Eilmärschen. — *inaud.* wie *inaudivi* ep. 743, 1. Etwa hier *aiebant*, wie ep. 746, 3.

3. *laudari*, wie *legationem probari* ep. 746, 1. — *Dymaeos . . . mirum* Ern. coni. Sch. Lün. posuerunt post *laudetur*. Vide tamen Graeterum. Ceterum pro *nil mirum*, quae est coni. Victorii, Seqq.: *nimirum* Md. Oxon. 1. 2. Cd. Graeteri. Tum disting.: *Dymaeos . . . habere* (scil. audio, vel scribis, ut aliquoties eiusmodi habet infinivos pendentes). *Nimirum videndum. ORELLI.* „dass die Bewohner von Dyme durch Cäsars Soldaten aus ihrem Stadtgebiete wieder veriagt ihr ehemaliges Seeräuberhandwerk von Neuem zu treiben anfangen und das Meer und meine Überfahrt nach Griechenland desshalb unsicher machen, ist kein Wunder. Ich muss od. man muss also wohl dahin sehen, dass man unter den Umständen mein Hierbleiben billige; peut-être donc qu'il faudra aussi faire aprouver que ie ne parte pas. *MONGAULT.*" Vergl. ep. 751 als excusatio reversionis. Die Dymäer waren Seeräuber, welchen Pompeius im Seeräuberkriege neben Dyme in Achaia einen festen Wohn-

laudetur. Ἐν ὁμοπλοίᾳ Bruti videtur aliquid praesidii
esse. Sed, opinor, minuta navigia. Sed iam sciam, et
ad te cras. De Ventidio, πανικὸν puto. De Sexto, pro 4
certo habebatur, haud arma. Quod si verum est; sine
bello civili video serviendum. Quid ergo? Kal. Ian. in
Pansa spes? Λῆρος πολὺς in vino et in somno istorum.
De ccx. optime Ciceronis rationes explicentur. Ovius 5
enim recens; is multa, quae vellem: in his ne hoc qui-

---

sitz angewiesen, Cäsar aber ihre Güter und Felder wieder genommen hatte, um damit seine Soldaten zu beschenken. Nach der Versetzung durch Ernesti wäre der Sinn von *videndum . . . laudetur:* allein man sollte darauf denken, dass man mein Dableiben in Italien billigen könnte d. i. dass die Lage der Optimaten sich verbesserte und sie das Übergewicht über die Cäsarianer, besonders über Antonius gewönnen. — Ἐν ὁμοπλ. scil. tamen, i. e. in societate navigandi, wenn ich mit der Flotte des Brutus segeln könnte. — *praesidii* adversus piratas illos. — *minuta,* zu klein, *navigia* sunt Bruti. — *iam,* bald, sofort. — *cras* ad te scribam.

4. *De Ventidio,* πανικὸν (subitum inanemque terrorem, ut ep. 696, 2.) *puto* i. e. inane videtur terriculamentum Ventidium Bassum se cum Antonio coniungere. *POPMA.* Cicero's Vermuthung bestätigte sich. Die Geschichte des Abentheurers Ventidius theilt Gellius XV, 4. und Sueton. uns mit. Vgl. ad Divers. X, 17. 18 u. 33. Philipp. XII, 9. XIII, 2. — *De Sexto* Pompeio. — *haud arma* eum posthaec usurpaturum. Supra (ep. 746, 1.) dixit famam esse, arma abiecturum Pompeium. *ERNESTI.* Sic Cd. Crusell. Bos. Seqq. *ad arma* Priores cum Md. Oxon. 1. 2. Forte: *haud ad arma. ORELLI.* scil. eum vocaturum vel progressurum esse. — *sine bello civ.* i. e. quod si verum est, nullum quidem erit bellum civile, sed tamen servitus nostra manebit. *SCH.* Denn alsdann werden alle Legionen — die wenigen des Brutus ausgenommen — unter den Befehlen der Cäsarianer stehen. — *spes,* ist noch Hoffnung auf Pansa (und Hirtius) am 1. Ianuar zu setzen? hōr ich Dich sagen. Werden diese designirten Consuln beim Antritt ihres Consulats noch wohl Hülfe bringen? — Λῆρος (ep. 705, 4.) πολ. . . . *istorum,* Pansae et Hirtii, Possen! auf sie, diese Schlaf- und Saufhelden? Vergl. ep. 781, 1. Wider Vermuthen aber hielten sie sich unglaublich besser, erklärten sich gegen Antonius und blieben im Kampfe gegen ihn auf dem Felde der Ehre.

5. *De CCX., optime . . . explic.,* mit den 210,000 Sestertien (= 21,000 Gulden) möchten sich meines Sohnes Ciceros Schulden sehr gut bestreiten lassen. — *Ovius enim recens* Athenis a filio venit. Ovius vielleicht der Bruder der Ovia. S. ad Attic. XII, 21. 24. 30. — *is multa* de eo narravit. Der hatte ihm also auch die Rechnungen seines Sohnes mitgebracht. — *in his* (Asc. I. Crat. *in iis*) *ne hoc q. mal.,* unter Dem, Was er mir überbringt, ist auch nicht einmahl Das eine schlimme Nachricht, dass mein Sohn an den Forderungen für die Zukunft, womit er den Überbringer beauftragt hat, übergenug haben werde; mit 72,000 Sestertien (7200

dem malum, in mandatis sat abunde: HS LXXII. satis esse, affatim prorsus; sed Xenonem perexigue et γλίσχρως praebere, [id est, minutatim]. Quo plus permutasti quam ad fructum insularum, id ille annus habeat, in quem itineris sumptus accessit. Hinc ex Kal. April. ad HS LXXX. accommodetur. Nunc enim insulae tantum. Videndum enim est, quid, quum Romae erit. Non enim puto socrum illam ferendam. Pindaro de Cumano ne-
6 garam. Nunc, cuius rei causa tabellarium miserim, accipe. Q. filius mihi pollicetur se Catonem. Egit autem et pater et filius, ut tibi sponderem: sed ita, ut tum cre-

---

Gulden) reiche er aus, daran habe er völlig zur Genüge. — *perexigue et γλίσχρως* = parce, tenuiter, „aber Xeno zahle ihm den Wechsel auf eine winzige und knickerige Art d. i. zu kleinen Portionen aus. Xeno Attico mandante pecuniam Athenis Ciceroni numerabat. S. ep. 698, 4. 733, 2. — *quo* (Ern. Sch. Lün. *quod) plus permutasti . . . accessit*, um wie viel mehr Du, mein Attikus, an Wechsel meinem Sohne ausgestellt hast (s. Madvig. 1. p. 73), als ein Iahrzins der Inselgebäude beträgt, Das soll auf das Iahr berechnet werden, in welchem die Reisekosten dazu kamen. *ad* est verbum rationis, im Verhältniss zu. Über die dem iungen Cicero ausgesetzte Miethe s. ep. 732, 4 u. s. w. — *Hinc* (*Hic* scil. annus Md. cet.) . . accommodetur, künftig möge der Iahrgang, die iährliche Pension vom 1sten April an auf 80,000 Sestertien (= 8000 Gulden) berechnet werden. — *tantum* i. e. mercedes, fructus insularum tantum efficiunt, betragen so viel. — *Vid. enim*, wo *enim* = ia sich auf den ausgelassenen Gedanken: Mehr kann ich ihm nicht aussetzen, offenbar bezieht; ohne Noth verbesserte desshalb Schütz (Lün.) *etiam*. — *quid, quum Romae erit*, scil. necessarium ei futurum sit in sumptum. *ERNESTI*. Vgl. ep. 728, 3. 4. — *socrum illam ferendam*. Hic de puella quadam divite Ciceroni filio collocanda agitur. Sensus: Videndum etiam est, unde filius meus habeat in sumptum, quum Romae erit: nam nuptias illas, quas nosti, haud arbitror confieri posse; etsi enim bene dotata est illa virgo, tamen haud puto matrem eius ut socrum vel filio vel mihi ferendam esse. *SCH*. — *de Cumano*. Pindarus de Cumani venditione adiit Ciceronem isque id venale negavit. Cf. ep. 793, 5." Ut nos, Md. Edd. ante Bos. Ern. Lall. e Cdd. Regg. *Pindaro decumano* Bos. prob. Gronov. Graev. Sch. Lün. *ORELLI*. *decumano* i. e. publicano, qui decimas agrorum publicorum redemerat. Suspicor Pindarum decumanum fortasse de illa puella Ciceronis filio collocanda ad eum delegatum fuisse, cui, ante quam hanc epistolam scriberet, iam negaverat sibi illam conditionem placere. *SCH*.

6. *se Catonem*, verspricht ein zweiter Cato zu werden. Vgl. ep. 746, 2. *poll. se qui Cat.* i. e. *se sequi* Crat. Asc. pr. *ORELLI*. pollicetur se Catonem in defendenda populi libertate imitaturum. *SCH*. — *ut tibi spond.*, mich für die Wahrheit der Sache bei Dir

deres, quum ipse cognosses. Huic ego literas ipsius arbitratu dabo. Eae te ne moverint. Has scripsi in eam partem, ne me motum putares. Dii faxint, ut faciat ea, quae promittit! Commune enim gaudium. Sed ego . . . nihil dico amplius. Is hinc VI. Idus. Ait enim attributionem in Idus, se autem urgeri acriter. Tu ex meis literis, quo modo respondeas, moderabere. Plura, quum et Brutum videro et Erotem remittam. Atticae meae excusationem accipio eamque amo plurimum; cui et Piliae salutem.

EPISTOLA DCCXLIX. (ad Att. XVI. 5.)

Scr. in Puteolano VII. Id. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Praemissis quibusdam de Bruti ludis. 1. Q. Ciceronem filium collaudat. 2. de navigatione sua se dubitare. 3—4. Nepotis epistolam se exspectare. Postremo de epistolis suis edendis scribit. 5.

CICERO ATTICO S.

Tuas iam literas Brutus exspectabat: cui quidem ego † non novum attuleram de Tereo Accii. Ille Bru-

---

zu verbürgen. — *cognoss.*, wann Du Dich selbst davon überzeugt hättest. — *Huic* Quinto filio. — *literas*, epistolam proxime sequentem, 749. *ips. arbitr.* ein Schreiben, wie er es wünscht. — *Eae . . ne mov.*, lass Dich aber dadurch nicht blenden, — *in eam partem*, dergestalt. — *ne . . . putares*, dass Du dadurch doch nicht in den Wahn gerathen könnest, zu dem Glauben verleitet werdest, ich sei in Hinsicht dieses Neffen ganz anderer Meinung geworden. — *faciat*, leiste. — *gaudium* foret, denn das würde für Uns eine gemeinschaftliche Freude sein. — *Sed ego . . .* scil. contrarium metuo. Aposiopesis. — *VI. Idus* Quint., am 10. Iulius; scil. *hinc* e Puteolano profecturus est. „Ed. Rom.: *VI.* Melius; nam haec epistola scripta est VIII. Idus. Dixisset igitur *cras*. Alii etiam (Asc. sec. Iu. Crat.) *III. Id.*" Ern. qui recepit *VI. Idus* cum Oxon. 2. Ceteri scil. *VII.* Id. *ORELLI.* Vera est vulgata *VII. Idus.* Nam VIII. Idus erat cum Q. filio apud Brutum in Neside (ep. 748); VII. Idus Q. filius *profectus est* et, ut est in epistola, altero die h. e. VI. Idus Atticum convenire volebat. — *attrib. in Idus* (auf den 15. habe er Gelder zurück zu zahlen), solutioni pecuniae debitae destinatas Idus. Ea attributa erat alicui Romae a creditore Quinti. *ERNESTI.* — *moderab.*, Du wirst Deine Massregeln nehmen. — *Plura*, Mehr! scil. scribam.

I. † *non novum*, weil er es schon einiger Massen wusste. Denn es wird gleich gesagt, *rumoris . . quid* etc. Sic Cdd. noti. Videtur leg. *nuntium novum.* Delev. *non* Oxon. I. et de Corradi ac Man. sententia (probb. Graev. et Ern.) Oliv. Sch. Lün. *ORELLI.* — *de Tereo Accii*, dass man bei seinen Spielen den Tereus des Accius gegeben habe. Die Geschichte des Tereus, der Philomela u. Procne s. bei Ovid. Metam. VI, 424. bis 682. Hygin. fab. 45. u.

tum putabat. Sed tamen rumoris nescio quid afflaverat commissione Graecorum frequentiam non fuisse: quod quidem me minime fefellit. Scis enim, quid ego de Graecis ludis existimem. Nunc audi, quod pluris est
2 quam omnia. Quintus fuit mecum dies complures: et, si ego cuperem, ille vel plures fuisset: sed, quantum fuit, incredibile est, quam me in omni genere delectarit: in eoque maxime, in quo minime satisfaciebat. Sic enim commutatus est totus et scriptis meis quibusdam, quae in manibus habebam, et assiduitate orationis et praeceptis, ut tali animo in rem publicam, quali nos volumus, futurus sit. Hoc quum mihi non modo confirmasset, sed etiam persuasisset; egit mecum accurate multis verbis, tibi ut sponderem se dignum et te et nobis futurum, neque se postulare, ut statim crederes; sed, quum ipse perspexisses, tum ut se amares. Quod nisi fidem mihi fecisset iudicassemque hoc, quod dico, fir-

---

s. w. — *Ille Brutum putabat,* „er hatte den Brutus erwartet:“ eine andere Tragödie des Accius, worin die Vertreibung des Tarquinius Superbus durch Iunius Brutus, den Ahnherrn unseres Marcus Brutus, vorgestellt wurde. S. pro Sextio c. 56; de Div. c. 22. Varro de L. L. IV. Diess Gegenstück zur zweiten Befreiung Roms durch M. Brutus, ein Nazionalstück, hätte auf die Stimmung des Volks viel vortheilhafter wirken können; aber C. Antonius, der als anwesender Prätor bei den Spielen präsidirte, liess statt dieses Trauerspiels den Tereus geben. Vgl. ep. 745, 3. 751, 3. — *afflaverat,* hatte ihn angeweht, affluxerat. S. de Senect. c. 17. suavitatem odorum, qui afflarent e floribus. — *commissione Graecorum* ludorum i. e. quum Graeci ludi committerentur, infrequentem populum affuisse. Unter den Griechischen Spielen sind ausser den Satyris u. mimis (s. ad Famil. VII, 1.) hier auch die aus dem Griechischen nachgeahmten Trauer- und Lustspiele, also auch der Tereus zu verstehen. Daher oben *non novum* die richtige Lesart ist. — *fefellit,* mich hatte Das gar nicht befremdet. — *existimem* i. e. eos minime dignos esse, qui spectentur. (Vid. ep. 126.) *MANUT.* Cicero hatte vielmehr desswegen keinen grossen Beifall erwartet, weil diese nachgebildeten Griechischen Stücke noch zu wenig Eleganz hatten und dem Volke zu fern lagen.

2. *Quintus* filius. S. ep. 748, 6, wo vorliegender Brief angekündigt wurde. — *quantum* Lamb. *quamdiu,* ut volebat Ern. *ORELLI.* — *in omni genere,* in ieder Hinsicht. S. Ramsh. §. 203, 2. — *in quo m. satisf.,* „worin man bisher am Wenigsten mit ihm zufrieden war.“ Er meint dessen Freundschaft mit Antonius und den Cäsarianern. S. ep. 694. 699. 701. — *assid. orat.* st. assiduo sermone, durch die häufige Unterhaltung. — *quali* eum esse. — *egit mecum,* da drang er in mich. — *Quod nisi* als Gegensatz von *quod si:* „im Fall dass er nicht wirklich diese Überzeugung in mir hervorgebracht hätte. — *firmum fore,* sich bestätigen würde.

mum fore, non fecissem id, quod dicturus sum. Duxi enim mecum adolescentem ad Brutum. Sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crediderit, me sponsorem accipere noluerit eumque laudans amicissime mentionem tui fecerit, complexus osculatusque dimiserit. Quamobrem etsi magis est, quod gratuler tibi, quam quod te rogem: tamen etiam rogo, ut, si quae minus antea propter infirmitatem aetatis constanter ab eo fieri videbantur, ea iudices illum abiecisse; mihique credas multum allaturam vel plurimum potius ad illius iudicium confirmandum auctoritatem tuam. Bruto quum saepe iniecis- 3
sem de ὁμοπλοίᾳ, non perinde, atque ego putaram, arripere visus est. Existimabam μετεωρότερον esse: et hercule erat, et maxime de ludis. At mihi, quum ad villam redissem, Cn. Lucceius, qui multum utitur Bruto, narravit illum valde morari, non tergiversantem, sed exspectantem, si qui forte casus. Itaque dubito, an Venusiam tendam et ibi exspectem de legionibus: si aberunt, ut quidam arbitrantur, Hydruntem, si neutrum erit ἀσφαλὲς, eodem revertar. Iocari me putas? Moriar, si

---

— *dicturus*, narraturus. — *ad Brutum*. S. ep. 748, 1. — *Sic ei prob. est*, so wahr fand er Das. — *tui* Deiner als eines Onkels, der ihm zum Vorbilde dienen müsse. — *gratuler tibi* de Q. filio commutato. — *rogem* pro eo. — *etiam*, zu allem Überfluss. — *si quae . . . fieri videbantur*, wenn er früher wegen Flüchtigkeit der Iugend zu wenige Festigkeit in seinen Handlungen sollte verrathen haben. „Wie zart u. schonend und vorsichtig! — *ad ill. iud. confirm.*, seinen Grundsätzen, Gesinnungen, Festigkeit zu geben.

3. *Bruto . . . de ὁμοπλ.*, ungeachtet ich gegen Brutus öfter ein Wort über unsere gemeinschaftliche Seefahrt fallen liess. S. ep. 748, 3. de meo una cum eo navigandi proposito. — *arripere*, Asc. Crat. *accipere*, Glosse. „ergreifen, aufzunehmen, darauf zu hören. — *μετεωρ.*, animo suspensiore et molestia quadam districto, mit seinen Gedanken zwischen Himmel und Erde, zu abwesend. — *de ludis*, über seine Spiele. S. den Anf. dies. Br. — *mult. utit. Brut.*, mit Brutus oft in Gesellschaft ist. — *morari*, mit seiner Abreise zögere. — *non tergiv. . . casus*, nicht als ob er sich davor sträubte, sondern um zu erwarten, ob sich das Blatt nicht durch einen Zufall wenden möchte. — *dubito*, bin ich unschlüssig. — *Venusia*, Horazens Vaterstadt. — *exsp. de legion.* und dort abwarte, ob die Macedonischen Legionen ankommen oder nicht; dum audiam transiiciantne legiones e Graecia, an, ut quidam arbitrantur, nullae veniant. Verebatur maxime, ne, si ipse Hydrunte aut Brundisio transiiceret in Graeciam, incideret in legiones Macedonicas, quas Antonii iussu in Italiam adventare rumor increbuerat. *MANUT.* S. ep. 733. 750. — *aberunt* = non advenient. — *Hydruntem* tendam, unde in Graeciam transiiciam. — *eodem revertar*, unde veni; nimirum Puteolos. Um das Weitere

quisquam me tenet praeter te. Etenim circumspice: sed
4 ante, quam erubesco. O dies in auspiciis Lepidi lepide descriptos et apte ad consilium reditus nostri! Magna ῥοπὴ ad proficiscendum tuis literis. Atque utinam te
5 illic! sed ut conducere putabis. Nepotis epistolam exspecto. Cupidus ille meorum? qui ea, quibus maxime γαυριῶ, legenda non putet. Et ais, μετ᾽ ἀμύμονα. Tu vero ἀμύμων. Ille quidem ἄμβροτος. Mearum epistolarum nulla est συναγωγή· sed habet Tiro instar septuaginta. Et quidem sunt a te quaedam sumendae. Eas ego, oportet, perspiciam, corrigam. Tum denique edentur.

---

dort abzuwarten. Post v. *revertar* Md. Asc. pr. Crat. inserunt Epistolam tertiam *Lib.* 12. integram, loco suo ab eisdem non omissam. *ORELLI.* — *tenet,* hier festhält, fesselt; in Italia. — *circumspice* cet. circumspice, num quis sit alius, cuius cupiditate remanere velim; sed ante oculos tuos et in os tuum hoc dicere erubesco, ne me blandum existimes. *SCH.* *quam* Margo Crat. Lamb. om. *quam* Cett. *ORELLI.*

4. *O dies . . . nostri!* „o wie löblich ist des Lepidus Einfall, die Sitzung der Augurn auf den Anfang des Ianuars zu bestimmen, und wie passend zu meinem Plane grade in diesen Tagen wieder in Rom zu sein!" S. ep. 742. Man beachte den artigen Gleichklang in *Lepidi lepide.* Lepidus pontifex max. in auspiciis pontificatus ferias indixerat (v. ep. 769.). Eas dicit Cicero lepide descriptas, quia eius consilio Romam redeundi bene conveniebant. *ERNESTI.* Cicero war Augur. Über M. Aemilius Lepidus, der an des getödteten Cäsars Stelle (s. Philipp. V, 14. 15.) zum Pontifex Max. ernannt war, s. zu ep. 801 im Anf. Es ist der bekannte triumvir. — *ῥοπή,* momentum, impulsio. — *tuis literis.* Fortasse: *in tuis literis. ORELLI.* „Ein mächtiger Sporn zur Abreise sind Deine Zeilen! — *illic* videam; scil. in Graecia. S. ep. 745, 2. — *conducere,* zuträglich.

5. *Nepotis* i. e. Cornelii Nepotis, clarissimi historici, ad quem fuerunt Ciceronis libri epistolarum. Is non multum tribuebat philosophiae atque adeo exagitabat ipsos philosophos ut animo et vita improbos. Vid. Lactant. Instit. divin. Libr. III, c. 16. *POPMA.* — *meorum,* lüstert ihn nach meinen Schriften? — *qui* = quum is. — *γαυριῶ,* glorior et superbio; nempe scripta philosophica. — *legenda,* lesenswerth. — *et ais μετ᾽ ἀμύμονα.* Scripserat Atticus ad Ciceronem, Cornelium Nepotem teneri magno desiderio scriptorum ipsius; simulque Nepotem commendans dixerat, eum esse *μετ᾽ ἀμύμονα* (post eum, qui omnis reprehensione solutus esset, untadelich), quum Ciceronem ipsum intelligeret et ab eo secundum Cornelium faceret. Cicero hanc laudem a se modeste amovens ait Atticum ipsum esse *ἀμύμονα,* Cornelium vero *ἄμβροτον* i. e. divinum plane et immortalem. Respicit autem ad versum illum Homericum ex Odyss. H. quo Aiacem laudans ait eum omnium formosissimum fuisse *μετ᾽ ἀμύμονα Πηλείωνα. MANUT.* — *συναγωγή,* Sammlung. — *instar,* Md. *in instar,* = ungefähr. So Hirt. Alex. 9: cohortium trium instar exposuit; Varro R. R. I, 1: demsit instar librorum octo. — *quaedam* literae, quas ad te scripsi.

EPISTOLA DCCL. (ad Att. XVI. 4.)

Scr. in Puteolano VI. Id. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Narrat, quid apud Brutum de Sexto Pompeio audiverit. 1—2. de Buthrotiis se nihil certi reperisse scribit. 3. denique de navigatione sua quae cogitet exponit. 4.

CICERO ATTICO S.

Ita ut heri tibi narravi vel fortasse hodie — Quintus enim altero die se aiebat — in Nesida VIII. Idus. Ibi Brutus. Quam ille doluit de Nonis Iuliis! Mirifice est conturbatus. Itaque sese scripturum aiebat, ut venationem eam, quae postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent III. ID. QUINT. Libo intervenit. Is Philonem, Pompeii libertum, et Hilarum, suum libertum, venisse a Sexto cum literis ad consules sive quo alio nomine sunt. Earum exemplum nobis legit, si quid videretur. Pauca παρὰ λέξιν, ceteroqui et satis graviter et non contumaciter. Tantum addi placuit, quod erat COSS. solum, ut esset, PRAETT. TRIBB. PLEB. SENATUI; ne illi non proferrent eas, quae ad ipsos missae essent.

---

1. *Quintus enim*, cui eas literas (epistolam 749.) dedi, *altero die se* Romae futurum *aiebat*. — *in Nesida* veni. Vid. ep. 748 init. — *Ibi* enim *Brutus* erat. — *de Nonis Iuliis* i. e. quod in ludorum suorum proscriptione *Nonis Iuliis* pro *Nonis* Quintilibus legeretur. Cfr. ep. 748. *SCH.* — *conturb.*, ausser Fassung darüber. — *Itaque . . . ID. QUINT.*, und so sagte er denn, er wolle hinschreiben: man solle die Thierhetze, die Tages nach den Apollinarischen Spielen gegeben wird, ausdrücklich auf den Dritten vor den Idus des *Quintilis*, nicht Iulii, ankündigen. *venationem eam* de Ernest. susp. Sch. *etiam* Cett. cum Cdd. notis. *OR. est.* Ern. susp. *esset.* — L. *Libo*, socer Sexti Pompeii. Vid. ad Famil. I, 1. VII, 4. XI, 7. ad Attic. VII, 12. — *Is* nuntium attulit, wovon der folg. accus. c. infinit. abhängt. — *suum libertum.* del. hoc *libertum* Man. Ern. Sch. Lün., prius Lamb. contra consuetudinem Latinam, Inscriptionum certe. *ORELLI.* — *a Sexto* Pompeio, Libonis genero, ut ex Dione cognoscitur. *MANUT.* Sextus war in Spanien. — *sive quo alio nomine sunt*, oder wie man sie nennen solle. Als wenn Antonius und Dolabella nicht Consuln dürften genannt werden, weil sie eigenmächtig vom Cäsar und nicht nach den gesetzlichen Formen ernannt waren, auch nicht als Consules handelten. — *si quid videretur* i. e. ut, si quid videretur notandum, diceremus; „falls noch Was daran auszusetzen wäre. — *παρὰ λέξιν* contra proprie loquendi rationem d. i.“ allein ausser ein Paar Fehlern im Ausdruck war Alles mit Würde und ohne Beleidigung gesagt.“ — *Tantum . . . missae essent*, wir beliebten, da es bloss an die Consuln überschrieben war, man sollte noch hinzusetzen; wie auch an die Prätoren, Volkstribunen und den Senat, damit die Consuln es nicht als ein blosses Privatschreiben unterdrücken könnten, sondern genöthiget wären, es öffentlich vorzulegen.

2 Sextum autem nuntiant cum una solum legione fuisse Karthagine: eique eo ipso die, quo oppidum † Boream cepisset, nuntiatum esse de Caesare: capto oppido, miram laetitiam commutationemque animorum concursumque undique: sed illum ad sex legiones, quas in ulteriore reliquisset, revertisse. Ad ipsum autem Libonem scripsit nihil esse, nisi ad larem suum liceret. Summa postulatorum, ut omnes exercitus dimittantur, qui ubique sint.
3 Haec fere de Sexto. De Buthrotiis undique quaerens, nihil reperiebam. Alii, concisos agripetas: alii, Plancum, acceptis nummis, relictis illis, aufugisse. Itaque non video sciturum me, quid eius sit, ni statim aliquid
4 literarum. Iter illud Brundisium, de quo dubitabam, sublatum videtur. Legiones enim adventare dicuntur. Haec autem navigatio habet quasdam suspiciones periculi. Itaque constituebam uti ὁμοπλοίᾳ. Paratiorem offendi Brutum, quam audiebam. Nam et ipse Domitius bona plane habet dicrota: suntque navigia praeterea luculenta Sestii, Buciliani, ceterorum. Nam Cassii clas-

---

2. *nuntiant* Philo et Hilarus. — *Karthagine* nova, ietzt Carthagena, in Spanien. — † *Boream*. Sch. susp. *Bigerram*, Turneb. *Eboram*. — *de Caesare* i. e. de Caesaris nece. — *concurs.* ad Sextum, und von allen Seiten habe man sich zu ihm geschlagen. — *illum*, Sextum. — *in ulteriore*. Asc. 1. Crat. *in ult. Hispania*. Facile excidere potuit voc. prope necessarium, quum in Inscrr. hoc obtineat compendium scripturae: *P. H. C.* = Provincia Hispania Citerior. *ORELLI*. — *scripsit* Sextus. — *nihil . . . liceret* scil. reverti. Scripserat Sextus Pompeius se ab armis non recessurum et pacem facturum, nisi domum patris sui a Caesare publicatam et venditam ab Antonio reciperet. *ERN*. Sextus erhielt es nie wieder, sondern liess sich endlich damit beruhigen, dass man ihm die ganze Erlössumme aus den versteigerten Gütern seines Vaters wiedergab. *GRÄTER*. — *summa postulatorum* a Sexto haec erat, ut," seine Friedensbedingungen liefen dahin aus, dass. — *dimittantur* a Caesarianis. — *Haec fere* sunt, quae *de Sexto* audivimus.

3. *De Buthr.*, über die Vorgänge zu Buthrotum. S. ep. 748, 2. 746, 3. — *Alii . . alii* scil. aiebant. — *relictis illis* agripetis. — *scitur. me, quid illius sit*, wie ich erfahren solle, Was daran sei. S. Ramsh. §. 104, 2. Grotef. §. 231. — *aliquid literarum* a te accipiam.

4. *sublatum*, aufgegeben. S. ep. 748, 3. — *Legiones* Antonii e Macedonia. — *Haec . . navigatio* e portu Puteolano s. Puteolis *habet suspiciones periculi* a piratis, qui in illo mari vagari dicuntur. *ERNESTI*. Cfr. ep. 748, 3. — ὁμοπλ. Bruti. S. ebendas. — *parat.*, bereitwilliger dazu. Vgl. ep. 749, 3. — *Domitius* ist L. Domitius Ahenobarbus, der mit ihm abfährt, geht. S. zu ep. 432. im Anf. — *dicrota*, Zweiruderer. — *lucul.*, in herrlichem Zustande. — *Sestii*. S. zu ep. 15 im Anf. — *Buciliani*. S. ep. 729, 2. gegen

sem, quae plane bella est, non numero ultra fretum. Illud est mihi submolestum, quod parum Brutus properare videtur. Primum confectorum ludorum nuntios exspectat: deinde, quantum intelligo, tarde est navigaturus, consistens in locis pluribus. Tamen arbitror esse commodius tarde navigare quam omnino non navigare: et si, quum processerimus, exploratiora videbuntur, Etesiis utemur.

EPISTOLA DCCLI. (ad Att. XVI. 2.)

Scr. in Puteolano a. d. IV. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De Buthrotiis; de nominibus suis expediendis 1—2. de suo cum Bruto congressu. 3. de itinere suo. 4. breviter de aliis. 5—6.

CICERO ATTICO S.

VI. Idus duas epistolas accepi, unam a meo tabellario, alteram a Bruti. De Buthrotiis longe alia fama in his locis fuerat: sed cum aliis multis hoc ferendum. Erotem remisi citius, quam constitueram, ut esset, qui Hortensio: et quia † equitibus quidem ait se Idibus

---

Ende. — *non numero ultra fretum* Siculum, „auf die Flotte des Cassius kann ich nicht weiter rechnen als über den Sicilischen Sund.“ Denn dieser wollte erst nach Sicilien, von da nach Syrien, nicht nach Griechenland. — *submol.*, ein wenig verdriesslich. — *conf. lud.*, von der Beendigung seiner Spiele. — *consistens*, anhaltend. — *quum processer.*, sobald ich einmahl auf der See bin. Sensus: et si, ubi iam in cursu fuerimus, speculatoriae naves, ut mos est, praemissae explorandi itineris causa, nobis referent pacatum liberumque a piratis esse, omisso Bruto, ventis Etesiis nos mandabimus. *ERNESTI.* Die Etesiae waren regelmässige Winde der Hundstage. S. Gellius N. Att. II, 22.

1. *VI. Id.* Quint., am 10. Iulius. — *duas* Attici. — *a Bruti* tabellario, durch den Boten des Brutus. So verbesserte Lamb. die eigentliche Lesart. s. §. 3. — *De Buthr.* S. ep. 748, 2. 746, 3. 750, 3. Atticus igitur scripserat agrum Buthrotium dici a Planco divisum agripetis. — *qui Hortensio* petenti responderet, der dem Hortensius wegen seiner Forderungen die Meinung sagen könnte. Hortensius, nach ep. 629 (8) vielleicht *Hordeonius,* hatte seinen Erbtheil an der Verlassenschaft des Cluvius dem Miterben Cicero verkauft und zwar mit der Bedingung, dass dieser ihm das Geld in drei Terminen bezahlte. Cicero hatte die Summe der beiden ersten Termine und auch den grössern Theil der Summe für den dritten Termin noch vor dem 1. August als dem bestimmten Zahlungstage zustellen lassen. Es war also vom Hortensius unverschämt, dass er ihm den kleinen Rest noch vor Ablauf des Termins abforderte. S. darüber ep. 759, 3: „Sed opus est diligentia, coheredibus pro Cluviano Kal. Sext. persolutum ut sit;“ aus welcher Stelle sich ergibt, dass auch die übrigen Miterben ihren Theil an Cicero verkauft hatten. — † *equitibus,* quod v. vitiosum

constituisse. Hortensius vero impudenter. Nihil enim debetur ei nisi ex tertia pensione, quae est Kal. Sext.; ex qua pensione ipsa maior pars est ei soluta aliquanto ante diem. Sed haec Eros videbit Idibus. De Publilio autem, quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam. Sed quum videas, quantum de iure nostro decesserimus, qui de residuis cccc. HS cc. praesentia solverimus, reliqua rescribamus: loqui cum eo, si tibi videbitur, poteris, eum commodum nostrum exspectare
2 debere, quum tanta sit a nobis iactura facta iuris. Sed ambo te, mi Attice — videsne, quam blande? — omnia nostra, quoad eris Romae, ita gerito, regito, gubernato, ut nihil a me exspectes. Quamquam enim reliqua satis apta sunt ad solvendum; tamen fit saepe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. Si quid eiusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. Non modo

---

equibus Md. (Oxon. 2.) *Equiribus* Bos. coni. Recte vidit Manutius et Graevius in altero hoc membro sermonem esse de Publiliis s. potius de uno Publilio. Sequitur enim: *Hortensius vero . . De Publilio autem.* Huius autem *Publilii* nomen ubivis fere corruptum in Cdd. Hoc loco leg. est *Publilio* vel *cum Publilio*, e quo videtur factum illud *equibus* Md. *ORELLI.* „Dann auch desswegen, weil er wenigstens sagt, er habe dem Publilius den 15. Iulius zur Abmachung der bewussten Sache festgesetzt. — *impudenter* agit. — *videbit*, in's Klare setzen; Hortensio respondebit. — *Publilio.* Agitur de pecunia debita ex dote Publiliae dimissae. *ERNESTI.* — *quod perscr. . . faciend.*, es sei kein Tag zu versäumen, um ihm die schuldigen Verschreibungen auszustellen. *Perscribere* est de mensa numerare aut de chirographo ab argentario solvere, cui solvendi modo opponitur *praesente pecunia solvere.* Dicitur id quoque *rescribere* paulo post. *GRAEV.* — *Sed . . . rescrib.*, allein, da Du selbst weisst, wie Viel ich von dem mir zustehenden Rechte nachgelassen habe, indem ich von den restirenden 400,000 Sestertien 200,000 baar bezahlt habe und für die andern 200,000 eine Verschreibung geben will. *perscribamus* Manut. Lamb. 1566. Ut nos, cum Ceteris idem in Curis sec. *ORELLI.* — *commodum nostrum*, eine mir gelegenere Zeit zur wirklichen Auszahlung. — *quum . . facta iuris*, da ich mir von meinen Rechtsansprüchen einen so grossen Verlust dabei haben gefallen lassen. S. ep. 759, 3: (Publilius) „non debet urgere, quoniam iure non utimur."

2. *amabo te*, ich will Dich auch küssen. — *blande* loquar, zärtlich. — *ita*, lieber so für dich. — *ut nihil a me exsp.*, als dass Du erst noch Etwas von mir darüber abwarten solltest. Nihil ad me referas (weise Nichts an mich), sed agas ipse, quod ageres in rebus tuis. *MANUT.* — *reliqua*, mein Guthaben, Überschuss. Collatis creditorum et debitorum nominibus, quum eam pecuniam, quam ipsi debemus, et, quam alii nobis, redigimus, id quod superat nobis, *reliqua* dicuntur. *MANUT.* — *non resp. ad temp.*, sich nicht auf den bestimmten Tag mit ihrer Zahlung einstellen. — *ne . . potius*, so sei Dir Nichts theurer

versura, verum etiam venditione, si ita res coget, nos vindicabis. Bruto tuae literae gratae erant. Fui enim 3
apud illum multas horas in Neside, quum paullo ante tuas literas accepissem. Delectari mihi Tereo videbatur et habere maiorem Accio quam Antonio gratiam. Mihi autem quo laetiora sunt, eo plus stomachi et molestiae est populum Romanum manus suas non in defendenda re publica, sed in plaudendo consumere. Mihi quidem videntur istorum animi incendi etiam ad repraesentandam improbitatem suam. Sed tamen, *dummodo doleat aliquid, doleat quid lubet.* Consilium meum quod ais 4
quotidie magis laudari, non moleste fero; exspectabamque, si quid de eo ad me scriberes. Ego enim in varios sermones incidebam. Quin etiam idcirco trahebam, ut quam diutissime integrum esset. Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundisium cogito. Facilior enim et exploratior devitatio legionum fore videtur quam piratarum,

---

als meine Ehre. d. i. treibe ein, leihe, verkaufe damit ich mit Ehren bestehen und bezahlen könne. — *versura,* durch Geldaufleihen für Zinsen. — *vend.* bonorum. — *nos vindicabis,* rette meinen Namen.

3. *tuae* ad me missae literae; an ad Brutum? Tunc initio epistolae praeferenda foret lectio *alteram Bruti* pro *a Bruti,* quam exhib. Md. Asc. Crat. Vict. Manut. — *in Neside.* Hunc in Neside congressum significans Philipp. X, 4: *Brutum,* inquit, *his ipsis ludorum diebus videbam in insula clarissimi adolescentis Luculli, propinqui sui, nihil nisi de pace et concordia civium cogitantem. SCH.* — *accepissem.* An: *accepisset* Brutus easdem illas tuas, quae ei tam gratae erant? *ORELLI.* — *Del. Tereo.* Pertinet ad plausum, qui Bruto in ludis saepe datus fuerat, quum ageretur fabula Attii Tereus. *ERNESTI.* S. ep. 749, 1. und zu 763, 2. *ludorum.* — *L. Antonio.* S. zu 749, 1. — *istorum,* inprimis Antonii, qui patriae liberatores oderat, ad tyrannidem spectans. — *incendi* = invitari plaudendo, id est quod vident populum Bruto absenti plausum dare, *etiam ad repr. improb. s.,* so erhitzt zu werden, dass sie mit ihrer Verruchtheit schneller hervortreten. Zu *repraes.* vgl. Caes. de B. Gall. I, 40: Itaque se cet. — *dummodo . . . lubet,* doch wenn sie nur Etwas ärgert, mag es sein, was es will. Sic e *Tuscul.* 4, 20. *ORELLI.* Senarius iambicus Afranii.

4. *Consilium* in Graeciam proficiscendi. cfr. ep. 748, 3. — *si,* εἰ, ob. — *varios serm.* vgl. ep. 742. — *trahebam* propositum, ich zog diess mein Vorhaben, meine Reise, in die Länge. — *integr. esset,* freie Hände hätte, thun könnte, Was ich wollte. — *furcilla,* mit der Heugabel; ut in proverbio est. — *Brund.* navigare. — *explorat.,* leichter zu erspähen, sicherer; wenn er von Brundisium abführe. — *legionum,* quas ab Antonio arcessitas, profectas e Macedonia Brundisium adventare fama erat. Brundisium tamen et iter illud postea vitavit, ut ipse narrat Philipp. 1. *MANUT.* Vgl. ep. 750, 4. — *quam piratarum,* näml. wenn er von der anderen Seite Italiens, von Puteoli absegelte. S. ep. 733, 3. 732, 3. 749, 3; über

qui apparere dicuntur. Sestius VI. Idus exspectabatur, sed non venerat, quod sciam. Cassius cum classicula sua venerat. Ego, quum eum vidissem, V. Id. in Pompeianum cogitabam, inde Aeculanum. Nosti reliqua. De
5 Tutia ita putaram. De Aebutio non credo: nec tamen curo plus quam tu. Planco et Oppio scripsi equidem, quoniam rogaras: sed, si tibi videbitur, ne necesse habueris reddere. Quum enim tua causa fecerint omnia, vereor, ne meas literas supervacaneas arbitrentur. Oppio quidem utique: quem tibi amicissimum cognovi. Verum,
6 ut voles. Tu, quoniam scribis hiematurum te in Epiro, feceris mihi gratum, si ante eo veneris, quam mihi in Italiam te auctore veniendum est. Literas ad me quam saepissime: si de rebus minus necessariis, aliquem nactus; sin autem erit quid maius, domo mittito. *Ἡρακλειδεῖον*, si Brundisium salvi, adoriemur. De Gloria misi tibi. Custodies igitur, ut soles: sed notentur eclogarii, quos

---

die Seeräuber ep. 748, 3. — *apparere*, sich zeigen, sehen lassen. — *Sestius* (s. ep. 750, 4.) . . . *exspectabatur* a Bruto, ut una discederent. *VI. Id.*, auf den 10. Iulius. — *quod* = so viel. — *Aeculanum*, eine Stadt der Hirpini, ietzt Fricenti, auf dem Wege von Pompeii nach Brundisium. Sic Cld. Malasp. Crat. Recte. v. Romanelli *Topografia del regno di Napoli* T. 2. p. 523. *Aculanum* Cett. *ORELLI*.

5. *De Tutia*, Corrad. susp. *Iulia*. S. zu ep. 746, 2. — *ita* scil. ut tu scripsisti. — *Planco* wegen der Buthrotischen Sache. S. ep. 750, 3. 752 u. s. w. Über *Oppius* s. ep. 747. — *ne . . reddere*, so möchtest Du wol nicht nöthig haben, die Briefe abzuschicken. — *Oppio quidem utique* ne putaris necessarium reddere. Sollte nicht hier und vorher *Capitoni* gestanden haben? S. ep. 740. 754.

6. *te auctore*, auf Deinen Rath. Atticus auctor erat Ciceroni, ut omnino e Graecia rediens Romae adesset Kalendis Ianuariis. Vid. ep. 742. 749, 4. 759, 2. — *veniendum est.* Sic Md. Oxon. 2. Edd. meae ante Bos. *sit* (Oxon. 1?) Bos. Seqq. *ORELLI*. — *si . . . necessariis, aliquem nactus*, betrifft es unnöthigere, keiner Eile bedürftige Dinge, durch Wen Du willst; quemcunque habueris, cui des. Sic Crusell. Tornaes. Cld. Malasp. Lamb. Bos. Graev. *sed.* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Ern. Sch. Lün. Ortum hoc ex *si* (quod requiritur fere a seq. *sin*, atque est in optt. Cdd.) et seq. *d.* Sic in Ep. seq. bis habet *sed* pro *si* Md. *ORELLI*. — *domo*, also einen eigenen Boten, domesticos tabellarios *mittito*. — *Ἡρακλ.*, quod tu a me tanto opere postulasti. *MANUT*. Vid. ep. 711, 3. 745, 2. 767, 3. — *salvi* venerimus. — *De Gloria*. S. ep. 745, 2. — *misi* = mitto. — *Custod.* halte es geheim. Daher ep. 755, 1. *arcano*. — *sed notentur eclogarii*, aber lass die schönsten Stellen daraus mir auszeichnen. Rectam explicationem a Mongaltio propositam, ut *eclogarii* sint loci electi i. e. ii, qui scriptoris ipsius et amicorum iudicio sunt pulcherrimi et maxime plausu digni, firmat inprimis Plinius Epp. 8, 21: *Lego enim omnia, ut omnia emendem, quod contingere non potest ELECTA recitantibus. ORELLI*. Vgl. ep. 770,

Salvius, bonos auditores nactus, in convivio dumtaxat legat. Mihi valde placent: mallem tibi. Etiam atque etiam vale.

EPISTOLA DCCLII. (ad Att. XVI. 16. *app. B.*)

Scr. in Puteolano a. d. IV. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Causam Buthrotiorum iterum Planco commendat. 8—9.

CICERO PLANCO PRAET. DES. S.

B. Iam antea petivi abs te per literas, ut, quum causa Buthrotiorum probata a consulibus esset, quibus et lege et senatus consulto permissum erat, UT DE CAESARIS ACTIS COGNOSCERENT, STATUERENT, IUDICARENT, eam rem tu adiuvares: Atticumque nostrum, cuius te studiosum cognovi, et me, qui non minus laboro, molestia liberares. Omnibus enim rebus magna cura, multa opera et labore confectis, in te positum est, ut nostrae sollicitudinis finem quam primum facere possimus. Quamquam intelligimus ea te esse prudentia, ut videas, si ea decreta consulum, quae de Caesaris actis interposita sunt, non serventur, magnam perturbationem rerum fore. Equidem, quum multa — 9
quod necesse erat in tanta occupatione — non probentur, quae Caesar statuerit; tamen otii pacisque causa acerrime illa soleo defendere: quod tibi idem magno opere faciendum censeo: quamquam haec epistola non suasoris est, sed rogatoris. Igitur, mi Plance, rogo te et etiam oro, sic medius fidius! ut maiore studio magisque ex animo agere non possim, ut totum hoc negotium ita agas, ita tractes, ita conficias, ut, quod sine ulla dubitatione apud consules obtinuimus propter sum-

---

1: ἄνθη. — *Salvius,* servus anagnostes. — *in conv. dumtaxat,* iedoch nur, wenn die Gäste bei guter Laune sind. — *mallem tibi* placerent.

PLANCO. S. zu ep. 739. im Anf. über diesen Cn. Munatius Plancus.

B. *lege.* S. ep. 740, 11. — *laboro,* Antheil an der Sache nehme. — *Omnibus . . . confectis,* denn, da alle Schritte, die zu thun waren, . . . gethan sind. — *quae de Caes. actis interposita sunt,* denen Cäsars Verordnungen unterworfen wurden. — *non serventur,* ut servanda censuimus causa pacis et otii. *CORRAD.* Vid. Philipp. 1. et XII, 1. ep. h. ed. 712. 740, 12.

9. *occupatione* Caesaris. — *et etiam.* Semper displicuit mihi hoc *et etiam.* Fuitne hic quoque *et etiam atque etiam? ORELLI.* — *sic . . . ut . . . non possim,* denn so wahr mir Gott helfe, ei-

mam bonitatem et aequitatem causae, id tu nos obtinuisse non modo facile patiare, sed etiam gaudeas. Qua quidem voluntate te esse erga Atticum saepe praesens et illi ostendisti et vero etiam mihi. Quod si feceris, me, quem voluntate et paterna necessitudine coniunctum semper habuisti, maximo beneficio devinctum habebis: idque ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA DCCLIII. (ad Att. XVI. 16. *app. E.*)

Scr. circa Id. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Buthrotiorum causam iterum Planco commendat. 15—16.

CICERO PLANCO PRAET. DES. S.

15. Ignosce mihi, quod, quum antea accuratissime de Buthrotiis ad te scripserim, eadem de re saepius scribam. Non mehercule, mi Plance, facio, quo parum confidam aut liberalitati tuae aut nostrae amicitiae; sed quum tanta res agatur Attici nostri, nunc vero etiam existimatio, ut id, quod probavit Caesar, nobis testibus et obsignatoribus, qui et decretis et responsis Caesaris interfueramus, videatur obtinere potuisse, praesertim quum tota potestas eius rei tua sit, ut ea, quae consules decreverunt secundum Caesaris decreta et responsa, non dicam comprobes, sed studiose libenterque comprobes.
16 Id mihi sic erit gratum, ut nulla res gratior esse possit. Etsi iam sperabam, quum has literas accepisses, fore, ut ea, quae superioribus literis a te petissemus, impetrata essent; tamen non faciam finem rogandi, quoad nobis nuntiatum erit te id fecisse; quod magna cum spe exspectamus. Deinde enim confido fore, ut alio genere literarum utamur tibique pro tuo summo beneficio gratias agamus. Quod si acciderit, velim sic existimes,

---

friger und herzlicher kann ich's nicht meinen. Über diese Betheurungsformel s. Ramsh. §. 166, 3, N. 1. Grotef. §. 384. Anm. 5. — *gaudeas* = studiose libenterque im 15. §. des folg. Br. — *Quod si feceris,* erfüllst Du diese Bitte. — *paterna nec.,* wie 739, 1.

15. *quo* = als ob. Sic C2d. Malasp. Margo Asc. pr. Vict. 2. Bos. Seqq. = *quod* Asc. 2. Crat. Vict. 1. Man. Lamb. — *quum tanta res agatur,* da es sich um ein so grosses Capital des Attikus handelt. S. ep. 739, 5. — *existim.* ebendas. §. 7. — *nobis testibus,* qui libellum dedimus et verba pro Buthrotiis fecimus. *CORRAD.* Vid. ep. 739, 5. — *responsa,* Bescheide.

16. *alio genere lit.,* nämlich Danksagungsschreiben statt der

non tibi tam Atticum, cuius permagna res agitur, quam me, qui non minus laboro quam ille, obligatum fore.

EPISTOLA DCCLIV. (ad Att. XVI. 16. *app. F.*)

Scr. circa Id. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Iterum rogat Capitonem, ut Buthrotiorum causam apud Plancum iuvet. 17—18.

CICERO CAPITONI S.

17. Non dubito, quin mirere atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam saepius. Hominis familiarissimi et mihi omnibus rebus coniunctissimi permagna res agitur, Attici. Cognovi ego tua studia in amicos, etiam in te amicorum. Multum potes nos apud Plancum iuvare. Novi humanitatem tuam. Scio, quam sis amicis iucundus. Nemo nos in hac causa plus iuvare 18
potest quam tu. Et res ita est firma, ut debet esse, quam consules de consilii sententia decreverunt, quum et lege et senatus consulto cognoscerent. Tamen omnia posita putamus in Planci tui liberalitate: quem quidem arbitramur quum officii sui et rei publicae causa decretum consulum comprobaturum, tum libenter nostra causa esse facturum. Adiuvabis igitur, mi Capito: quod ut facias, vehementer etiam atque etiam rogo.

---

bisherigen Bittschreiben. — *cuius . . . agitur,* dem es dabei um ein Bedeutendes gilt.

CAPITONI. S. zu ep. 740. im Anf.

17. *stomach.*, schmollen werdest. — *Attici,* mit Nachdruck hintangestellt. — *amicorum* studia. — *Novi hum. t.*, Du weist mit der Welt umzugehen.

18. *ita firma,* so begründet, in der Ordnung. — *quam* = quippe vel quum eam. — *de consilii sent.*, kraft eines Senatsschlusses. — *cognosc.*, das Recht hatten, über die acta Caesaris zu entscheiden. S. ep. 740, 11. — *rei publ. causa* i. e. pacis et otii causa. S. ep. 752, 8.

EPISTOLA DCCLV. (ad Att. XVI. 3.)

Scr. in Pompeiano Id. Quint. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Rescribit Attici literis et, quae se in discessu vel moveant vel consolentur, exponit. 1—6.

CICERO ATTICO S.

Tu vero sapienter. Nunc demum enim rescribo iis literis, quas mihi misisti, convento Antonio Tiburi. Sapienter igitur, quod manus dedisti quodque etiam ultro gratias egisti. Certe enim, ut scribis, deseremur potius a re publica quam a re familiari. Quod vero scribis te magis et magis delectari, O TITE SI QUID EGO: auges mihi scribendi alacritatem. Quod Erotem non sine munusculo exspectare dicis, gaudeo non fefellisse eam rem opinionem tuam: sed tamen idem *σύνταγμα* misi ad te retractatius, et quidem *ἀρχέτυπον* ipsum crebris locis inculcatum et refectum. Hunc tu tralatum in macrocollum lege arcano convivis tuis: sed, si me amas, hi-

---

1. *sapienter* egisti. — *iis* Manut. Lamb. *his* Cett. *ORELLI.* — *conv. Ant. Tiburi,* nach Deiner Zusammenkunft mit Antonius in Tibur (ietzt Tivoli); in Tiburtino Metelli Scipionis. Vid. Philipp. II, 42. V, 7 et ep. h. ed. 763, 1. — *Sapienter igitur* = sag ich. Epanalepsis nach der Parenthese von *Nunc . . . Tiburi.* — *quod manus dedisti,* dass Du Dich fügtest. Ein von den Fechtern entlehnter Ausdruck. — *gratias egisti* de re Buthrotia. — *Certe enim . . . a re familiari*, „denn sicher werden wir, wie Du schreibst, uns eher vom Staate als von unserem Vermögen verlassen sehen," d. i. durch Geschenke, durch Verlust, den man sich gefallen lässt, kommt man heutiges Tages viel eher zum Zwecke, als durch rechtliche Ansprüche und durch Unterstützung von Staatswegen. Denn es gibt keinen Staat, kein Ansehen der Behörden und ihrer Decrete mehr zu unserem Schutze; Was man erlangen will, muss man durch Fügung in den Willen des Antonius und durch Aufopferung eines Theils seines Vermögens erlangen. Wirklich muss Attikus auf diese Art die Buthrotische Sache glücklich genug beendigt haben, da deren weiter nicht gedacht wird. Auch sagt Cicero ep. 751. vom Plancus und Capito *quum tua causa fecerint omnia* cet. — *delectari O TITE* i. e. libro de Senectute, cuius initium est ab hoc versiculo. *ERNESTI.* — *auges,* spornst Du. *addis* Manut. Vict. 2. Bos. in Ed. Seqq. — *non sine munusculo,* nicht ohne ein kleines gelehrtes Geschenk. — *exsp. dicis.* Attikus hatte nämlich den Brief, worauf Cicero ietzt antwortet, früher geschrieben, als er den 751. Brief mit dem Buche *de gloria* erhielt. — *σύνταγμα*, opus, librum de Gloria, cuius antea apographum miserat, nunc ipsum *ἀρχέτυπον* mittit novis curis retractatum. *SCH.* „sehr umgearbeitet. — *ἀρχέτ.*, das Concept. — *incülc.*, mit vielen Einschiebseln. — *refectum*, ausgebessert. Trope vom Hausbau. — *tral. in macrocollum*, wann Du es hast in's Reine schreiben lassen. S. ep. 618. — *arcano*, vgl. ep. 715, 6: *Custodies* cet. — *hilaris et . . accept.* und gut bewirthet st. durch

laris et bene acceptis; ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati. De Cicerone, velim ita sit, ut au- 2
diimus. De Xenone, coram cognoscam: quamquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter neque illiberaliter. De Herode, faciam, ut mandas: et ea, quae scribis, ex Saufeio et e Xenone cognoscam. De Q. filio, gaudeo 3
tibi meas literas prius a tabellario meo quam ab ipso redditas: quamquam te nihil fefellisset. Verumtamen. . . Sed exspecto, quid ille tecum, quid tu vicissim; nec dubito, quin suo more uterque. Sed eas literas Curium mihi spero redditurum: qui quidem, etsi per se est amabilis a meque diligitur, tamen accedit magnus cumulus commendationis tuae. Literis tuis satis responsum est: 4
nunc audi, quod, etsi intelligo scribi necesse non esse, scribo tamen. Multa me movent in discessu, in primis mehercule, quod diiungor a te. Movet etiam navigationis labor, alienus non ab aetate solum nostra, verum etiam a dignitate; tempusque discessus subabsurdum. Relinquimus enim pacem, ut ad bellum revertamur; quodque temporis in praediolis nostris et belle aedificatis et satis amoenis consumi potuit, in peregrinatione consumimus. Consolantur haec: aut proderimus aliquid Ciceroni aut, quantum profici possit, iudicabimus. Deinde tu iam, ut spero et ut promittis, aderis. Quod quidem si

---

gute Bewirthung fröhlich. Eine hysterologia. S. Ramsh. §. 206, B, 3. — *stom. erump.*, ihre Galle auslassen. — *irati*, quod minus laute a te accepti sint. Suaviter iocatur.

2—3. *De Cicerone* filio meo. — *de Xenone, coram cogn.* (persönlich untersuchen), quum Athenas venero; scil. cognoscam an verum sit eum filio meo pecuniam γλίσχρως praebuisse. *SCH.* Vid. ep. 748, 5. — *illiberaliter*, knickerig. Erg. factum esse. — *De Herode* Athenis versante. S. ep. 745, 3. — *faciam* scil. quum Athenas venero. — *ex Saufeio*, qui etiam tum Athenis erat. S. ep. 711, 2. bes. 702, 4 am Ende. — *quam ab ipso.* Significat epistolam 749, quam Q. filio ad Atticum perferendam dederat. Cfr. ep. 748, 6. — *Verumtamen* scil. melius ita est. Aposiopesis. — *tecum* locuturus sit, locutus fuerit. — *vicissim* cum eo. — *suo more uterque,* tu sapienter, ille stulte. *MANUT.* — *eas literas*, einen Brief darüber von Dir. Über Curius s. ad Famil. VII, 29. 30. XII, 17. XIII, 17. 50. XVI, 4. 5. 9. ad Attic. VII, 2.

4. *movent*, rühren, bekümmern. — *in discessu*, bei meiner Abreise nach Griechenland. — *alienus*, unvereinbar mit, *a.* — *dignit.* Ein Consular auf so kleinen Fahrzeugen, unter Gefahr von Seeräubern angefallen zu werden u. s. w.! — *subabsurd.*, ein wenig linkisch gewählt. — *potuit* = potuerit. — *Consolantur* tamen. — *profici* a me. — *iudic.*, werden wir mit eigenen Augen sehen. — *iam*, bald, in kurzem. — *aderis* i. e. venies in Epirum ac fortasse

5 acciderit, omnia nobis erunt meliora. Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum: quae quamquam explicata sunt; tamen, quod et Dolabellae nomen in iis est † et attributione mihi nomina ignota, conturbor: nec me ulla res magis angit ex omnibus. Itaque non mihi videor errasse, quod ad Balbum scripsi apertius, ut, si quid tale accidisset, ut non concurrerent nomina, subveniret; meque tibi etiam mandasse, ut, si quid eiusmodi accidisset, cum eo communicares: quod facies, si tibi
6 videbitur, eoque magis, si proficisceris in Epirum. Haec ego conscendens e Pompeiano tribus actuariolis decemscalmis. Brutus erat in Neside etiam nunc, Neapoli Cassius. Ecquid amas Deiotarum, et non amas Hieram?

Athenas. S. ep. 751, 6. — *omn. . . meliora,* wird mir Alles in besserem Lichte erscheinen.

5. *ratio reliq. m.*, die Abrechnung meiner Rückstände. S. zu ep. 751, 1. — *explicata*, gedeckt. S. das. §. 2. — *Dolabellae nomen,* pecunia mihi a Dolabella ex Tulliae dote debita; cuius hoc tempore difficilis erat exactio. *SCH.* — † *et attrib... ignota.* Haec corrupta. *et in attributione m. n. i.* (i. e. in iis, a quibus pecuniam per attributionem accipere debeo, sunt mihi ignoti homines.) Ern. susp. *et attributio est mihi n. i.* de Manut. susp. Lamb. Malim: *et attributionis m. n. i. ORELLI.* „und seine eigenen Schuldner, die er zu meiner Bezahlung angewiesen hat, mir unbekannte Menschen sind." et nesciam, an ii debitores, per quos mihi Dolabella attributione soluturum se ostendit, bona nomina sint, erklärt Sch. die Vulgata. — *ut non concurr. nomina* i. e. ut, quo tempore ego solvere debeam creditoribus meis, non respondeant ii, qui mihi debent. *SCH.* „dass sich iene Schuldner nicht auf meine eigenen Zahlungstermine einhielten, einstellten. — *subveniret* d. i. sich als Selbstzähler erklären möchte. L. Cornelius Balbus (s. ep. 339. 348. 354.) war als Freund des Dolabella (637.) ein Vermittler in dieser Sache gewesen. ep. 521, 5.

6. *Haec* scripsi. Hinc novae epistolae initium facit Graeter. — *conscend.*, indem ich im Begriff bin vom Pompeiano aus mit drei Brigantinen, iede mit 10 Rudern, in See zu stechen. — *decemscalmis* est manifesto ἐπίθετον actuariolarum (sic: est enim gen. fem.). *ORELLI. decem scalmi* Md. Asc. 1. Crat. *actuariolis, decem scalmis* divise Lamb. Bos. Seqq. *decem scalmorum* Stephan. in *Thesauro* Cic. Ut Orell., Vict. Man. — *in Neside.* S. ep. 748, 1. — *Cassius.* S. ep. 751, 4. Cicero dagegen segelte wirklich vom Pompeiano aus längs der westlichen Küste herab auf Rhegium zu und nahm dann sein erstes Absteigequartier in Velia oder Helia (ietzt Castello a Mare Della Brucca) am Sicilischen Meerbusen, wo wir ihn in der Folge wieder finden werden. *GRÄTER.* — *Hieram?* Hieram et Blesamium legatos Deiotari nominat in oratione pro eo habita c. 15. Et illud *amas* est dictum εἰρωνικῶς. Cur, inquit, Hieram aeque atque Deiotarum odio dignum non putas, qui, quum ei praescriptum esset a Deiotaro, ne quid sine Sexti nostri sententia ageret, neque ad illum neque ad quemquam nostrum retulit. Miserat autem eum Deiotarus, ut Armeniam sibi a Caesare ereptam

Qui, ut Blesamius venit ad me, quum ei praescriptum esset, ne quid sine Sexti nostri sententia ageret, neque ad illum neque ad quemquam nostrûm retulit. Atticam nostram cupio absentem suaviari: ita mihi dulcis salus visa est per te missa ab illa. Referes igitur ei plurimam itemque Piliae dicas velim.

EPISTOLA DCCLVI. (ad Div. VII. 20.)

Data XIII. Kal. Sext. A. U. C. 710. (a. C. 44.) Velia.

Scribit de amore Veliensium in Trebatium et hortatur, ne paternas possessiones vendat, quae tam miseris temporibus perfugium esse possint. 1—3.

CICERO TREBATIO S.

Amabilior mihi Velia fuit, quod te ab ea sensi amari. Sed quid ego dicam te; quem quis non amat? Rufio, medius fidius, tuus ita desiderabatur, ut si esset unus e nobis. Sed te ego non reprehendo, qui illum ad aedificationem tuam traduxeris. Quamquam enim Velia non est vilior, quam Lupercal, tamen istuc malo, quam haec omnia. Tu, si me audies, quem soles, has paternas possessiones tenebis — nescio quid enim Velienses verebantur — neque Haletem, nobilem amnem, relinques

---

emeret ab Antonio, quod factum est Fulvia, quae Antonii uxor erat, intercedente i. e. cum Deiotari legatis de pretio paciscente, inde illud ep. 692, 1: *Digno ille* cet. Armeniam autem quum Deiotaro Antonius accepta grandi pecunia venderet, dixit se restituere ex Caesaris libellis. Quod ei Cicero Philipp. II, c. 37. in criminibus obiicit his verbis: *Sunt ea quidem* cet. *SCH. amas* s. v. als odio dignum habes; *non amas* st. non odio dignum habes. — *Sexti* Peducaei, Sext. fil. senatoris. Vid. ad Attic. III, 1. 2. 13. 14. 17. ad Famil. VIII, 14. Verrin. I, 7. II, 56. de Finibb. II, 18. — *sententia,* Beistimmung. — *referre ad,* Rücksprache mit Iemanden nehmen., — *absent.,* aus dieser weiten Ferne. — *salus,* Gruss. — *Referes,* erwiedere.

TREBATIO. S. zu ep. 135. im Anf.

1. *Velia.* S. z. vorig. Br. §. 6. Sie war die Vaterstadt des Trebatius. — *Rufio,* libertus, sogar Dein Rufio u. s. w. — *unus e nobis,* unseres Gleichen. — *te ego* Md. Vict. 1. 2. *ego te* Cett. *ORELLI.* — *qui* = quod tu. — *ad aedif. tuam tradux.,* zur Aufsicht Deines Baus nach Rom mitgenommen hast. Aedificabat Trebatius in regione Lupercali proxima. *MANUT.* — *Lupercal,* locus in urbe Roma, sic appellatus a Lupercali sive fano Panis Luperci. Varro de L. L. IV, 24. Iustin. XLIII, 1. *GRONOV.* — *istuc* = istoc (S. Ramsh. §. 46, 4.) Lupercal. — *haec omnia,* als alle die hiesigen Herrlichkeiten. *istic malo te, quam hic hiemare* Sch. susp. Cicero ita mavult eum hieme Romae habitare, ubi eius consuetudine frui possit. — *Tu tamen* Lamb. — *soles* audire. — *tenebis,* non vendes. — *verebantur,* ne tu forte possessiones Velinas venderes. —

nec Papirianam domum deseres: quamquam illa quidem habet lotum, a quo etiam advenae teneri solent: quem
2 tamen si excideris, multum prospexeris. Sed in primis opportunum videtur, his praesertim temporibus, habere perfugium, primum eorum urbem, quibus carus sis: deinde tuam domum tuosque agros, eaque remoto, salubri, amoeno loco: idque etiam mea interesse, mi Trebati, arbitror. Sed valebis meaque negotia videbis me-
3 que diis iuvantibus ante brumam exspectabis. Ego a Sex. Fadio, Niconis discipulo, librum abstuli, *Νίκωνος περὶ πολυφαγίας*. O medicum suavem meque docilem ad hanc disciplinam! Sed Bassus noster me de hoc libro

---

Haletem. Der Hales oder Heles, ietzt Halente, ein Fluss in Lucanien neben Velia, das nach Strabo seinen Namen Helia = Velia davon sollte erhalten haben. — *nobilem;* iocose *εἰρωνεύεται.* — *Papirianam,* was einst einem Papirius oder der Papirischen Familie angehörte. Man erinnere sich des Papirius Cursor, Paetus, Caius Papirius u. s. w. aus Livius. Wahrscheinlich ist hier der berühmte Iurist C. Papirius, Verfasser des ius Papirianum gemeint. S. Dionys. Halic. III, 178. *Sylb.* Macrob. Saturnal. III, 11. Ducker de Latinit. vet. Iurisc. p. 156. Cicero will damit sagen: ein Iurist, wie Trebatius, wird doch das Haus nicht verkaufen, das einst vor Iahrhunderten der Stammherr aller Römischen Rechtsgelehrten, C. Papirius, besass? So erfasst er im Scherz den Trebatius bei seiner schwächsten Seite. — *lotum,* Diosp. Lotum Linn. Plinii *Faba Graeca.* S. meine Flora Classica p. 54 u. 247. Neap. Lamb. *lucum.* Crat. *locum.* Cic. de Legg. II, 8: Constructa a patribus *delubra* in *urbibus* habento, *lucos* in *agris* habento et larum sedes. — *teneri solent,* dessen Grösse sogar die Wanderer an sich lockt. — *multum prospexeris,* excisa arbore prospectum meliorem ex aedibus habebis.

2. *primum eorum urbem,* vor Allem in einer Stadt solcher Bürger. — *tuam,* Dein eigenes. — *eaque remoto* ab urbe Roma, und das Alles in einer so entlegenen . . . Gegend. — *idque etiam mea interesse,* und dass diess sogar für mich ein besonderes Interesse habe; nämlich insofern er im schlimmsten Falle auch eine Zuflucht dort bei seinem Trebatius haben oder darauf rechnen dürfte. — *videb.,* besorgen. — *exsp.* auf meine Zurückkunft rechnen.

3. *Ego.* Eine Nachschrift! — *Νίκωνος περὶ πολυφαγ.,* Nico de edacitate, war der Titel dieses Buchs. Hic Nico medicus in illo libro non incommoda solum ex nimio esu oriunda exposuisse videtur, sed etiam praecepisse, qua ratione is, qui plurimum cibi ingessisset, stomachi noxas avertere posset. Ad hanc igitur disciplinam Cicero per iocum se docilem profitetur. *SCH.* — *disciplinam,* wie man dem Magen ohne Gefahr eine gute Portion zumuthen könne. Cicero macht ihn mit seinem Appetit wieder bange. — *Bassus* hatte mir aus diesem Buche ein Geheimniss gemacht. Q. Caecilius Bassus ist bekannt aus ad Attic. II, 9. ad Famil. XI, 1. XII, 11. 12. 18. Philipp. XI, 13. pro Deiot. 8. 9.

celavit: te quidem non videtur. Ventus increbrescit. Cura, ut valeas. XIII. Kal. Sextil. Velia.

EPISTOLA DCCLVII. (ad Div. VII. 19.)

Dat. Rhegio V. Kal. Sext. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Trebatio librum Topicorum mittit in itinere a Velia scriptum.

CICERO TREBATIO S.

Vide, quanti apud me sis; etsi iure id quidem: non enim te amore vinco. Verumtamen quod praesenti tibi prope subnegaram, non tribueram certe, id absenti debere non potui. Itaque, ut primum Velia navigare coepi, institui Topica Aristotelea conscribere, ab ipsa urbe commonitus amantissima tui. Eum librum tibi misi Rhegio, scriptum, quam planissime res illa scribi potuit. Sin tibi quaedam videbuntur obscuriora, cogitare debebis nullam artem literis sine interprete et sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longe abieris: num ius civile vestrum ex libris cognosci potest? qui quamquam plurimi sunt, doctorem tamen nonnunquam desiderant.

Ioseph. XIV, 11. — *non videtur* celasse, quia te video sine valetudinis damno largiter edere, ut ex lectione illius libri multum mihi profecisse videaris. *SCH.* — *increbrescit* = *increbescit* Asc. 1. Crat. Graev. Ern. Lünem. *ORELLI.*, der Wind wird frisch, schwellt die Segel; ut mox me navigaturum sperem. — *XIII. Kal. Sextil.*, am 20. Iulius.

1. *subneg. . . tribueram.* Nempe ut ex prooemio Topicorum intelligitur, quum Trebatius apud Ciceronem in Tusculano esset, incidit in Aristotelis Topica et ab eo illorum librorum sententiam requisivit. Et quum Cicero ei exposuisset disciplinam inveniendorum argumentorum libris illis contineri, rogavit eum Trebatius, ut sibi illam traderet. Cicero autem, qui tum valde esset occupatus, id facere recusavit Trebatiumque, ut vel Aristotelis libros per se ipse legeret vel totam rationem a doctissimo quodam rhetore acciperet, hortatus est. Trebatium vero a libris obscuritas reiecit. Rhetor autem ille haec Aristotelia se ignorare respondit. Itaque Trebatius illius rationis cognitione, quam tamen vehementer desiderabat, diutius caruisset, nisi Cicero, Veliae quum esset, huius quasi aeris alieni admonitus in ipsa navigatione se ad Topica conscribenda dedisset. *SCH.* — *debere*, schuldig bleiben. Vgl. Topic. c. 1. „*Non potui* cet. — *res illa*, ein Stoff der Art. — *literis*, durch blossen schriftlichen Vortrag; solis libris legendis. — *Non longe abieris*, suche nicht in der Ferne einen Beleg dazu. — *ex libris*, bloss aus Büchern. — *nonnunquam* ex antiqua correctione Lamb. Beng. *usumque* pro vulg. *unumque* de Egnatii coni. Bos. Sch. Lün. Falsâ sententiâ; nam tametsi vel paucissimi libri essent, tamen

Quamquam tu si attente leges, si saepius, per te omnia consequere, ut certe intelligas. Ut vero etiam ipsi tibi loci, proposita quaestione, occurrant, exercitatione consequere. In qua quidem nos te continebimus, si et salvi redierimus et salva ista offenderimus. v. Kal. Sextil. Rhegio.

EPISTOLA DCCLVIII. (ad Div. XI. 3.)

Scr. prid. Non. Sext. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Contumeliosis et minacibus Antonii literis M. Iunius Brutus et C. Cassius Longinus fortiter respondent. 1-4.

BRUTUS ET CASSIUS PRAETT. S. D. ANTONIO COS.

S. V. B. E. Literas tuas legimus simillimas edicti tui, contumeliosas, minaces, minime dignas, quae a te nobis mitterentur. Nos, Antoni, te nulla lacessiimus iniuria neque miraturum credidimus, si praetores et ea dignitate homines aliquid edicto postulassemus a consule. Quod si indignaris ausos esse id facere, concede nobis, ut doleamus ne hoc quidem abs te Bruto et Cassio tribui.
2 Nam de delectibus habitis et pecuniis imperatis, exercitibus sollicitatis et nuntiis trans mare missis quod te

---

usum desiderarent: contra, plurimi quum sint, doctorem nihilominus *nonnunquam* desiderari, mirum sane videri poterat. In Md. autem lectione *non* absorptum est ab ultimis literis v. *tamen*; *quam* per compendium scriptum abiit in *que*. *ORELLI*. — *per te*, etiamsi doctorem non habeas. — *loci*, die Gemeinplätze (mittelst welcher man bei ieder vorgelegten Frage mit Probabilität in Syllogismen disputiren könne). — *prop. quaest.*, wann eine Streitfrage vorgelegt ist. — *et salva ista offend.*, und Alles so glücklich, wie wir es wünschen, in Rom antreffen sollten; d. i. wenn kein Bürgerkrieg oder sonstiges Unglück dem Staate und Uns widerfährt, sondern die alte Republik sich wieder herstellt. — *V. Kal. Sextil.*, am 28. Iulius.

1. *edicto postulassemus*, durch einen amtlichen Anschlag forderten. Licebat enim magistratibus de eo, quod ad officium eorum pertinebat, edicere. Postulaverant autem, quia ultra decem dies essent ab urbe afuturi, ut Consule ad Senatum referente legibus solverentur; quod nisi factum esset, ultra decem dies peregre esse non poterant. Philipp. II, 13. *GRONOV*. Diess hatte den Antonius verdrossen, weil ihre durch öffentlichen Anschlag bekannt gemachte Forderung ihn dem Argwohn bloss stellte; er hatte desshalb gleichfalls durch einen öffentlichen Anschlag voller Schmähungen und Drohungen und durch ein gleiches Schreiben darauf geantwortet. Diess ist das zu Anfang erwähnte *edictum*.

2. *delectibus* militum a nobis *habitis*. — *nuntiis trans mare missis* ad sollicitandos exercitus, praesertim sex legiones Macedonicas,

questum esse negas; nos quidem tibi credimus optimo animo te fecisse: sed tamen neque agnoscimus quidquam eorum et te miramur, quum haec reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Caesaris
obiiceres. Illud vero quemadmodum ferendum sit, tute 3
cogita: non licere praetoribus concordiae ac libertatis causa per edictum de suo iure decedere, quin consul arma minetur. Quorum fiducia nihil est, quod nos terreas: neque enim decet aut convenit nobis periculo ulli submittere animum nostrum neque est Antonio postulandum, ut iis imperet, quorum opera liber est. Nos si alia hortarentur, ut bellum civile suscitare vellemus, literae tuae nihil proficerent. Nulla enim minantis auctoritas apud liberos est. Sed pulchre intelligis non posse nos quoquam impelli: et fortassis ea re minaciter agis, ut iudi-
cium nostrum metus videatur. Nos in hac sententia su- 4
mus, ut te cupiamus in libera re publica magnum atque honestum esse; vocemus te ad nullas inimicitias: sed tamen pluris nostram libertatem, quam tuam amicitiam aestimemus. Tu etiam atque etiam vide, quid suscipias, quid sustinere possis: neque, quam diu vixerit Caesar, sed quam non diu regnarit, fac cogites. Deos quaesumus,

---

quibus uti Caesar in Parthico bello cogitaverat. *MANUT.* — *neque agnoscimus quidquam eorum*, allein wir erkennen keine dieser Angaben als wahr an. *agnoscere* est fateri; *ncn agnoscere* negare (ep. h. ed. 650). *MANUT.* — *et* = sed nach *neque.*

3. *Illud* weiset auf den folgenden Obiectsinfinit. *non licere* cet. hin: „dass es uns Prätoren nicht erlaubt sein solle, um der inneren Ruhe und Freiheit willen über die Verzichtleistung ihres Rechts (in der Hauptstadt zu wohnen) durch einen öffentlichen Anschlag zu unterhandeln.“ *de suo iure decidere* = transigere, pacisci, ut legibus solverentur et iis concordiae causa ab urbe abesse liceret. A consule autem postulabant, ut de ea re ad senatum referret, ut scil. senatusconsulto legibus solverentur: id quod etiam Antonio ferente factum est. Vid. Philipp. II, 13. *SCH. decidere* de Graevii susp. Sch. in Ed. mai. Lün. *decernere* Cd. Urs. Sed cfr. *Philipp.* 10, §. 7. *ORELLI.* Vulgo legitur *decedere.* — *quin* = ohne dass. — *peric. ull. submitt. an. n.*, unseren Muth von Furcht vor irgend einer Gefahr überwältigen zu lassen. — *ut iis*, Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. *his.* — *liber est*, Caesare scil., ut tyranno, interempto. — *literae tuae nihil profic.*, so würde ohnehin ein Schreiben, wie das Deinige, Nichts dagegen ausrichten. — *pulchre*, gar hübsch, meisterhaft. — *non . . . impelli*, dass man uns nicht nach Belieben irgend wozu treiben kann. — *ea re*, desswegen. — *ut iud. n. met. vid.*, damit Das, was bei uns Entschluss der Überlegung ist, vor der Welt als Furcht erscheine. Iudicio nostro, non armorum tuorum timore nihil novi cogitamus. *MANUT.*

4. *libera.* Hierauf ruhet der Accent. — *sustinere*, auf Deinen Schultern tragen, ausführen. — *quam non diu.* Regnavit absoluta

consilia tua rei publicae salutaria sint ac tibi; si minus: ut, salva atque honesta re publica, tibi quam minimum noceant, optamus. Pridie Nonas Sext.

EPISTOLA DCCLIX. (ad Att. XVI. 6.)

Scr. Vibone a. d. VIII. Kal. Sext. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Scribit de itinere suo petitque, ut nomina sua expediat; denique aliud libri de Gloria prooemium mittit. 1-4.

CICERO ATTICO S.

Ego adhuc — perveni enim Vibonem ad Siccam — magis commode quam strenue navigavi: remis enim magnam partem, prodromi nulli. Illud satis opportune: duo sinus fuerunt, quos tramitti oporteret, Paestanus et Vibonensis: utrumque pedibus aequis tramisimus. Veni igitur ad Siccam octavo die e Pompeiano, quum unum diem Veliae constitissem: ubi quidem fui sane libenter apud Thalnam nostrum: nec potui accipi, illo absente praesertim, liberalius. IX. Kal. igitur ad Siccam. Ibi tamquam domi meae scilicet. Itaque obduxi posterum

---

potestate, nullo Pompeianarum partium metu, post victos in Hispania Pompeii liberos, quinque tantum menses. Rediit enim Octobri mense a. 709, occisus est Idibus Martiis anni sequentis. *MANUT.* — *consilia*, Anschläge. — *si minus*. Lamb. *sin*. — *salva . . re publica*, ohne Nachtheil für das Wohl und die Ehre eines freien Staats. — *quam min.*, so wenig als möglich. — *Prid. Non. Sext.*, am 4ten August.

1. *adhuc*, bis hieher. — *Vibo*, eine kleine Stadt der Bruttier. — *ad Siccam*. Zu ihm war Cicero auch im Exsil gekommen. S. ep. 55. — *strenue*, rasch. — *remis* usi sumus, navigavimus. — *prodromi nulli*, „von den Vorläufern des Hundstages war keine Spur.“ Acht Tage vor den Etesischen oder Sommerwinden pflegten Nordwinde zu wehen, desshalb prodromi genannt. S. Plin. H. N. II, 47. Ep. 750 am Ende sagte er *Etesiis utemur*. — *Illud satis opp.* accidit, ein glücklicher Umstand übrigens. — *pedibus aequis*, „mit vollen Segeln.“ Die Haupttaue, womit die Segel aufgespannt oder eingezogen wurden, hiessen *πόδες*, *pedes*, weil sie an dem Fusse des Hauptmastes befestigt waren; *pedibus aequis* segeln hiess es also, wenn man die Segel wegen widrigen Windes weder rechts noch links einziehen durfte, und folglich ein Tau so weit, als das andere losgelassen war. S. Heyne zu Virg. Aen. IV, 587. Macrob. VI. — *Thalnam*. Md. *Talanam*; sed *Testam* de nescio cuius susp. apud Ursin. Sch. Lün. *ORELLI*. Neque vero dubitari potest, Ciceronem Veliae ad domum Trebatii Testae absentis devertisse, si conferatur epistola 755. (756) ad eum scripta. *SCH.* — *IX. Kal.*, am 24. Iulius. — *ad Siccam* veni. — *obduxi*, insuper addidi. — *Rhegium*,

diem. Sed putabam, quum Rhegium venissem, fore ut illic *δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες* cogitaremus, corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, ast inde Corcyram: et, si oneraria, statimne freto, an Syracusis. Hac super re scribam ad te Rhegio. Meher- 2
cule, mi Attice, saepe mecum, *ἢ δεῦρ᾽ ὁδός σοι τί δύναται;* cur ego tecum non sum? cur ocellos Italiae, villulas meas non video? Sed id satis superque, tecum me non esse. Quid fugientem? periculumne? At id nunc quidem, nisi fallor, nullum est. Ad ipsum autem revocat me auctoritas tua. Scribis enim in caelum ferri profectionem meam, sed ita, si ante Kal. Ian. redeam: quod quidem certe enitar. Malo enim vel cum timore domi esse quam sine timore Athenis tuis. Sed tamen prospice, quo ista vergant; mihique aut scribe aut, quod multo malim, affer ipse. Haec hactenus. Illud velim in bo- 3
nam partem accipias, me agere tecum, quod tibi maiori curae sciam esse, quam ipsi mihi. Nomina mea, per deos, expedi, exsolve. Bella reliqua reliqui. Sed opus

---

ietzt Reggio. — *δολ. πλ. ὁρμαιν.*, „die lange Seefahrt bedenkend.“ Die Stelle aus Odyss. *Γ*, 169, wo Menelaus überlegt, ob er ober- oder unterhalb Chios nach seiner Heimath zurückkehren solle. — *corbitane*, navi oneraria, einem grossen Lastschiffe mit Segeln und Mastkorb; von welchem der Name Korbschiff. — *actuariolis*, kleinen Küstenfahrzeugen (*ἀκτή*) von Rudern getrieben. — *Leucopetram*, Weissenfells, Leuca an der untersten Spitze von Calabrien. — *ast.* Sic Md. Oxon. 1. 2. Vict. Bos. Graev. *ac inde* Rom. Asc. 1. Crat. Lamb. *atque inde* de Lamb. susp. Ern. Sch. Lün. Mihi quoque displicet hoc *ast;* quod in *Epp. ad Att.* aliquoties mordicitus retinent libri, nunquam autem legitur in *Epp. ad. Div.* ceterisque Cic. scriptis. *ORELLI.* — *Corcyram* scil. navigaturi essemus, abhängig von *ne* und *an.* — *statimne . . Syrac.*, ob ich unmittelbar vom Rheginischen Sunde aus nach Griechenland überschiffen oder zuvor einen Abstich nach Syrakus machen solle.

2. *saepe mecum* cogito. — *ἢ . . . δύναται;* was nützt Dir nun Dein Weg hieher? Ein Vers, den er schon ep. 724 citirte. — *ocellos*, die Kleinode. — *satis superque* est *τὸ tecum non me esse.* — *Ad ipsum* periculum cet., vielmehr soll ich Deiner Aufforderung zu Folge erst, wann sie kommt, am Platze sein. Vgl. ep. 760, 2: Ita fiebat, ut, dum minus periculi videretur, abessem; in flammam ipsam venirem. 776, 6: Veniendum est igitur in ipsam flammam. — *ante Kal. Ian.* S. zu ep. 742. 748, 3. 749, 4. 751, 6. — *prospice*, blick' in die Ferne. — *ista*, quae Antonius eiusque socii agitent.

3. *me agere tecum*, dass ich noch ein Wort über Das zu Dir rede, was u. s. w. Denn Deine Freundschaft will sich nicht erst darum bitten lassen. Ebenso §. 4. Metuo, ne tu nimium putes. — *expedi*, bring in's Reine. — *Bella reliqua reliqui*, ich habe schöne Überschüsse, Ausstände zurück gelassen. S. ep. 755, 5. „Sat magna reliqui debitorum nomina, unde creditoribus meis satis-

est diligentia, coheredibus pro Cluviano Kal. Sext. persolutum ut sit. Cum Publilio quo modo agendum sit, videbis. Non debet urgere, quoniam iure non utimur; sed tamen ei quoque satisfieri plane volo. Terentiae vero, quid ego dicam? Etiam ante diem, si potes. Quin, si, ut spero, celeriter in Epirum, hoc, quod satisdato debeo, peto a te, ut ante provideas planeque expedias
4 et solutum relinquas. Sed de his satis; metuoque, ne tu nimium putes. Nunc negligentiam meam cognosce. De Gloria librum ad te misi: at in eo prooemium id est, quod in Academico tertio. Id evenit ob eam rem, quod habeo volumen prooemiorum. Ex eo eligere soleo, quum aliquod σύγγραμμα institui. Itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto prooemio, conieci id in eum librum, quem tibi misi. Quum autem in navi legerem Academicos, agnovi erratum meum. Itaque statim novum prooemium exaravi; tibi misi. Tu illud desecabis, hoc agglutinabis. Piliae salutem dices et Atticae, deliciis atque amoribus meis.

EPISTOLA DCCLX. (ad Att. XVI. 7.)

Scripsit navigans ad Pompeianum a. d. XIV. Kal. Sept. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Reversionis suae causas exponit et consilium in Graeciam proficiscendi excusat. 1 - 8.

CICERO ATTICO S.

VIII. Id. Sext. quum a Leucopetra profectus — inde enim tramittebam — stadia circiter ccc. processissem,

---

fieri possit. *SCH.* Man beachte den Gleichklang. — *pro Cluviano.* S. ep. 751, 1. — *Cum Publilio.* S. zu ep. 751, 1. — *urgere*, drängen. — *iure ut.*, nach der Schärfe des Rechts verfahren. — *Etiam ante diem* ei satisfacias, ach! befriedige sie sogar noch vor dem Termine. — *Quin* = sogar, überdiess. — *in Epirum* proficisceris. S. ep. 751, 6. — *quod satisdato debeo*, wofür ich Bürgschaft geleistet habe. — *provid.*, vorher besorgest.

4. *misi.* S. ep. 751, 6. 755, 1. — *volumen*, einen ganzen Band, eine Sammlung. — *quum . . . institui*, wann ich eine neue Schrift herauszugeben gedenke. — *qui* = quum ego *non meminissem.* — *abusum* = usum. Compositum pro simplici. — *conieci*, setzte ich vor. — *tibi misi.* = mitto. — *agglut.*, diese wirst Du anleimen, anheften. — *Atticae.* Hanc puellam, cuius se per iocum amatorem esse fingit, delicias et amores suos nominat.

1. *VIII. Id. Sext.*, am 6. August. — *a Leucop.* S. ep. 759, 1. Narrat idem in Philipp. 1. — *tramittebam*, wollt' ich nach Griechenland übersetzen. S. Ramsh. §. 163, 3. b. — *stadia . . ccc* =

reiectus sum austro vehementi ad eandem Leucopetram. Ibi quum ventum exspectarem — erat enim villa Valerii nostri, ut familiariter essem et libenter — Rhegini quidam, illustres homines, eo venerunt, Roma sane recentes; in iis Bruti nostri hospes, qui Brutum Neapoli reliquisset. Haec afferebant: edictum Bruti et Cassii, et fore frequentem senatum Kalendis; a Bruto et Cassio literas missas ad consulares et praetorios; ut adessent, rogare. Summam spem nuntiabant fore, ut Antonius cederet, res conveniret, nostri Romam redirent. Addebant etiam, me desiderari, subaccusari. Quae quum audissem, sine ulla dubitatione abieci consilium profectionis, quo mehercule ne antea quidem delectabar. Lectis vero tuis 2
literis, admiratus equidem sum, te tam vehementer sententiam commutasse; sed, non sine causa, arbitrabar. Etsi, quamvis non fueris suasor et impulsor profectionis meae, approbator certe fuisti, dummodo Kal. Ian. Romae essem. Ita fiebat, ut, dum minus periculi videretur, abessem; in flammam ipsam venirem. Sed haec, etiam si non prudenter, tamen ἀνεμέσητα sunt; primum, quod de mea sententia acta sunt; deinde, etiam si te auctore, quid debet, qui consilium dat, praestare praeter fidem? Illud admirari satis non potui, quod scripsisti his verbis: 3
Veni igitur, tu, qui εὐθανασίαν. Veni. Relinques patriam? An ego relinquebam aut tibi tum relinquere videbar? Tu id non modo non prohibebas, verum etiam approbabas. Graviora, quae restant: *Velim σχόλιον ali-*

7½ Meile. — *austro*. Vgl. ep. 813, 3. *ab austro* Ball. Oxon. 2. prob. Graev. — *ventum* secundum. — *Valerii nostri*, wol des Publ. Valerius ad Attic. 1, 12 (16 h. ed.). — *essem* scil. ibi. — *Roma sane rec.*, sicher so eben von Rom. — *Kal.* Sextilibus. — *ut adessent* in senatu. — *res conven.*, die Sache sich ausgleichen. — *nostri*, Brutus, Cassius, Cett. — *subaccusari*, d. i. man sei mit meiner Abreise nicht ganz zufrieden. — *abieci*, warf ich weg, gab ich auf.

2. *sent. commut.*, qui quum antea profectionem meam probaveris, idem nunc reprehendas. *MAN.* — *dum* modo, wenn nur. — *venirem*, redirem. — *ἀνεμέσητα sunt* i. e. quamquam non erat a me prudenter institutum, tu tamen in eo non es reprehendendus. *SCH.* — *etiam si te auctore* fecissem, wenn ich es auch auf Dein Wort gethan hätte. — *praeter fidem*, als dass er es ehrlich meinte.

3. *qui εὐθανασίαν*, der Du den ehrenvollen Tod für kein Übel hältst. Attikus hatte dabei Tuscul. Quaest. I, 45: *Sed profecto mors* etc. im Auge. — *Relinques patriam*, Du, ein solcher Mann, ein Mann der Grundsätze, solltest das Vaterland aus Furcht im Stich lassen? — *prohibebas*, „Alii" in m. 1584. *inhibebas*. — *Grav. q. rest.*, noch härter ist das Übrige. — *σχόλιον* i. e. brevem explicationem; ich wünsche, Du setztest in einer kleinen Zu-

quod clines ad me, oportuisse te istuc facere. Itane, mi Attice? Defensione eget meum factum, praesertim apud te, qui id mirabiliter approbasti? Ego vero istum ἀπολογισμὸν συντάξομαι, sed ad eorum aliquem, quibus invitis et dissuadentibus profectus sum. Etsi quid iam opus est σχολίῳ? Si perseverassem, opus fuisset. At hoc ipsum non constanter. Nemo doctus unquam — multa autem de hoc genere scripta sunt — mutationem consilii
4 inconstantiam dixit esse. Deinceps igitur haec: *Nam si a Phaedro nostro, expedita excusatio esset. Nunc quid respondemus?* Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possem? flagitii scilicet plenum et dedecoris. Utinam a primo ita tibi esset visum! Tu mi-
5 hi, sicut esse soles, fuisses Cato. Extremum illud vel molestissimum: *Nam Brutus noster silet:* hoc est, non audet hominem id aetatis monere. Aliud nihil habeo, quod ex iis a te verbis significari putem: et hercule ita est. Nam XVI. Kal. Sept. quum venissem Veliam, Brutus audivit. Erat enim cum suis navibus apud Haletem fluvium, citra Veliam millia passuum III. Pedibus ad me statim. Dii immortales, quam valde ille reditu vel potius reversione mea laetatus effudit illa omnia, quae tacuerat! ut recordarer illud tuum, *nam Brutus noster silet.* Maxime autem dolebat me Kal. Sext. in senatu

---

schrift an mich auseinander. — *facere* d. i. iene Reise zu unternehmen. — *vero*, gut! — *ἀπολ. συντ.*, istam defensionem componam. — *σχολίῳ*, einer solchen Erklärung, Vertheidigung. — *Si persev.*, wär' ich weiter gereiset. — *At hoc . . non const.*, „allein eben das, meinst Du, sei ein Beweis meiner Unbeständigkeit." Vor *Nemo* erg. Gewiss nicht!

4. *Deinceps igitur haec* verba gravia sunt. — *si a Phaedro nostro*, *Epicureo*, hoc factum esset et fieret, qui finem bonorum in voluptate ponit negatque sapientem rem publicam tractare (*πολιτεύεσθαι*). *SCH.* Über Phaedrus s. ad Famil. XIII, 1. ad Attic. XIII, 37. de Finibb. V, 1. de Nat. Deor. I, 33. Philipp. V, 5. — *expedita*, zur Hand, leicht. — *Nunc* = aber so, Was sollen wir antworten? — *id* = eiusmodi . . *quod* = ut id, dass sie vor keinem Cato bestehen könnte? *Catoni* ut Stoïcae philosophiae addicto. Dem Stoïker war Aufopferung für's Vaterland das höchste Ziel.

5. *Extr. illud*, der Schluss Deines Briefs. — *molest.*, höchst empfindlich. — *silet* d. i. verhält sich schweigend, sagst Du. — me *hominem*. — *ita est*, Du hast recht! — *XVI. Kal. Sept.*, am 17. August. — *Haletem.* S. zu ep. 756, 1. — *statim* venit. — *reversione*, Umkehr; *redit.* Rückkehr. Nempe *reditus* est post finitum negotium, cuius causa profecti sumus: *reversio* est mutatio consilii atque adeo itineris ipsius, quum in ipso itinere convertimus nos et retro imus. *ERN.* — *Kal. Sextil.* S. oben §. 1. Es war diess eine wichtige und, falls der Redner und Patriot Cicero zu-

non fuisse. Pisonem ferebat in caelum; se autem laetari, quod effugissem duas maximas vituperationes. Unam, quam itinere faciendo me intelligebam suscipere, desperationis ac relictionis rei publicae, flentes mecum vulgo querebantur, quibus de meo celeri reditu non probabam: alteram, de qua Brutus et qui una erant — multi autem erant — laetabantur, quod eam vituperationem effugissem, me existimari ad Olympia. Hoc vero nihil turpius quovis rei publicae tempore: sed hoc, ἀναπολόγητον. Ego vero austro gratias miras, qui me a tanta infamia averterit. Reversionis has speciosas causas habes, iustas il- 6
las quidem et magnas: sed nulla iustior, quam quod tu idem aliis literis: *provide, si cui quid debetur, ut sit unde par pari respondeatur. Mirifica enim* δυσχρηστία *est propter metum armorum.* In freto medio hanc epistolam legi, ut, quid possem providere, in mentem mihi non veniret, nisi ut praesens me ipse defenderem. Sed haec hactenus. Reliqua coram. Antonii edictum legi 7
a Bruto, et horum contra, scriptum praeclare. Sed quid

---

gegen gewesen wäre, eine erfolgreiche Session. Denn L. Calpurnius Piso Caesoninus, Cäsars Schwiegervater, aber parteilos im Bürgerkriege und voll Eifer den Frieden der Republik herzustellen, trat da gegen Antonius mit dem entschiedensten Nachdruck auf. Allein die anwesenden Consularen waren zu schwach und furchtsam; daher sein Antrag vergeblich. *GRÄTER.* S. Philipp. I, 4. u. ep. 763, 1. — *suscipere*, sich zuziehen, aussetzen. — *mecum* gegen mich bei meiner Abreise, auf meiner Hinreise. — *probabam*, überzeugen konnte; quibus non persuadebam me ante Kal. Ianuar. rediturum esse. *SCH.* — *me existimari ad Olympia*, dass man gemeint hatte, mich hätte bloss gelüstet die Olympischen Spiele zu sehen. S. zu ep. 742: *mysteria.* Das *Unam* und *alteram* hängt von *effugissem* im vorigen Satze ab. — *turpius* esse potuisset viro consulari. — *sed hoc* tempore, aber in diesem höchst kritischen Zeitverhältnisse. — *ἀναπολ.*, nullam habens excusationem, gar nicht zu entschuldigen, zu rechtfertigen. — *qui* = quod is . . . *averterit*, st. a me tantam infamiam averterit.

6. *speciosas*, einleuchtende, in die Augen fallende; die sich können sehen lassen; ansehnliche. — *illas quidem.* S. Ramsh. §. 158, 2, f. — *idem*, gleichfalls. — *aliis literis* attulisti, monuisti. — *unde par pari respondeatur*, woher man nehmen könne, Gleiches mit Gleichem zu vergelten d. i. so richtig wieder zu zahlen, als man erhalten hat. Ernesti, Schütz, Lünemann erklärten *par pari* für ein Einschiebsel. — *δυσχρηστία*, Geldklemme, difficultas pecuniae mutuae sumendae s. versurae. *SCH.* — *In freto* Siculo. — *providere*, für meine Schulden hier mitten auf dem Wasser sorgen. — *praesens* i. e. Romam rediens ibique praesens. Brachylogia.

7. *a Bruto* suppeditatum. — *horum*, Bruti et Cassii. S. hui. ep. §. 1. — *quid . . valeant*, Was sie wirken sollen. — *ad rem p. cap.*,

ista edicta valeant aut quo spectent, plane non video: nec ego nunc, ut Brutus censebat, istuc ad rem publicam capessendam venio. Quid enim fieri potest? Num quis Pisoni est assensus? Num rediit ipse postridie? Sed abesse hanc aetatem longe a sepulcro negant oportere.
8 Sed obsecro te, quid est quod audivi de Bruto? Piliam πειράζεσθαι παραλύσει te scripsisse aiebat. Valde sum commotus: etsi idem, te scribere, sperare melius. Ita plane velim. Ei dicas plurimam salutem et suavissimae Atticae. Haec scripsi navigans, quum Pompeianum accederem, XIV. Kal.

EPISTOLA DCCLXI. (ad Div. X. 1.)

Scr. Romae exeunte Septembri A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Invehitur in Antonii insolentiam; Planco rem publicam commendat ac de Furnio benigne suscepto gratias agit. 1-4.

CICERO PLANCO.

Et afui proficiscens in Graeciam: et posteaquam de meo cursu rei publicae sum voce revocatus, nunquam per

---

um mich mit Staatssachen zu befangen. — *rediit* in senatum. — *Sed . . negant oportere*, „freilich meinen die Herrn, ein Alter wie das meinige müsse vor dem Grabe nicht zittern.“ Wider ein Stich gegen eine Zudringlichkeit, von welcher auch Attikus wol nicht frei war. S. §. 3. εὐθανασίαν.

8. *de Bruto*, vom, nicht über, Brutus. — πειράζ. παραλ, tentari nervorum resolutione, Lähmung. — *etsi idem* Brutus adiiciebat. — *sperare melius*, Du habest Hoffnung zu ihrer Besserung. — *XIV. Kal.*, am 19. August. Vom Pompeianum war er ausgefahren; ebendahin kehrte er zurück.

PLANCO. Lucio Munatio Planco, olim C. Iulii Caesaris legato, qui tum Galliam ulteriorem cum legionibus obtinebat. *SCH.* S. zu ep. 431 im Anf.

1. *revocatus.* Er war am 31. August von seiner Reise aus den im vorhergeh. Briefe §. 1. angegebenen Gründen nach Rom zurückgekehrt und mit unglaublichem Zulaufe und Glückwünschen empfangen worden. Als er aber am 1. September nicht im Rath erschien, hätte Antonius ihn beinahe durch Soldaten holen und sein Haus umstürzen und anstecken lassen. Tages darauf kam aber Cicero in den Rath und hielt in Abwesenheit des Antonius am 2. die erste Philippica gegen ihn, die Antonius in Cicero's Abwesenheit am 19. beantwortete, worauf Cicero die zweite Philippica als Gegenrede schriftlich abfasste und bekannt machte. In diese Zeit fällt vorliegender Brief, wodurch er den Plancus, den Commandeur einer Armee und durch die lex Iulia für das Iahr 712 designirten Consul, zu gewinnen suchte. — *de meo cursu*, von meinem Ausfluge, de itinere in Graeciam suscepto. *de medio* ex antiqua correctione ad-

M. Antonium quietus fui: cuius tanta est, non insolentia — nam id quidem vulgare vitium est — sed immanitas, non modo ut vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam. Itaque mihi maximae curae est, non de mea quidem vita, cui satisfeci vel aetate vel factis vel — si quid etiam hoc ad rem pertinet — gloria: sed me patria sollicitat inprimisque, mi Plance, exspectatio consulatus tui, quae ita longa est, ut optandum sit, ut possimus ad id tempus rei publicae spiritum ducere. Quae potest enim spes esse in ea re publica, in qua hominis impotentissimi atque intemperatissimi armis oppressa sunt omnia! et in qua nec senatus nec populus vim habet ullam? nec leges ullae sunt nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod ac vestigium civitatis? Sed 2
quoniam acta omnia mitti ad te arbitrabar, nihil erat, quod singulis de rebus scriberem. Illud autem erat amoris mei, quem a tua pueritia susceptum non servavi solum, sed etiam auxi, monere te atque hortari, ut in rem publicam omni cogitatione curaque incumberes. Quae si ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio est: ut

---

modum probabili Man. Lamb. probb. Ern. et Beier *Offic.* T. 2. p. 417. *OR.* Vgl. Philipp. I. — *n. . . quietus fui* i. e. Antonius assidue me vexavit. — *non insolentia*, ich will nicht sagen Übermuth, seine Frechheit. Insolens dicitur, qui sua potestate abutitur ad calumniam bonorum virorum. — *immanitas*, saevitia et crudelitas, Despotismus. — *vocem* liberam, ein freies Wort, liberam sententiam in senatu pronuntiatam. — *curae est*, *non de* cet. i. e. sollicitus sum non de me, sed de patria. Cicero hätte bloss *sed de patria* in Verbindung mit *curae est* sagen sollen. Epanalepsis. — *ita longa est*, in so weiter Ferne ist. — *spiritum ducere*, bei Athem sein, athmen st. in vivis esse, vivere. Non vidit Cicero Plancum consulem. Is enim consulatum adiit a. 711. Ceterum Marcus ostendit, quantum sit periculi et quam praesenti et subito auxilio opus sit, ut ita Planco ad rei publicae defensionem suscipiendam animum addat. Alii iungunt *rei publicae spiritum ducere* = producere i. e. vitam rei publicae conservare; non male: nam §. 2. dicitur *Quae si ad tuum tempus perducitur.* — *impot.*, des zügellosesten, qui minime sui potens est; synonym mit *intemp.* Bekanntlich mied Cicero als Redner die Verknüpfung zweier Synonyme nicht. Sic Md. Margo Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. *impudentissimi* Crat. Sch. Lün. — *simulacrum*, umbra, Schattenbild. — *civit.*, von einem Bürgerstaate.

2. *quoniam*, wie ep. 717, 1 u. 3. — *acta* publica, Vorgänge im Staate. — *mitti*, nuntiari. — *ad tuum tempus* i. e. ad tempus consulatus tui. — *perducitur* = durat, „lässt sich die Republik noch bis auf Dein Consulat hinfristen.“ Vorahnend scheint diess Cicero so zweifelhaft ausgedrückt zu haben; denn noch ehe Plancus sein Consulat angetreten hatte, ging mit Cicero's Ermordung auch der

perducatur autem, magnae quum diligentiae est, tum
3 etiam fortunae. Sed et te aliquanto ante, ut spero, habebimus, et, praeterquam quod rei publicae consulere debemus, tamen tuae dignitati ita favemus, ut omne nostrum consilium studium, officium operam, laborem diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Ita facillime et rei publicae, quae mihi carissima est, et amicitiae nostrae, quam sanctissime nobis colendam puto,
4 me intelligo satisfacturum. Furnium nostrum tanti a te fieri, quantum ipsius humanitas et dignitas postulat, nec miror et gaudeo: teque hoc existimare volo, quidquid in eum iudicii officiique contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse.

EPISTOLA DCCLXII. (ad Div. XI. 4.)

Scr. in Gallia citeriore exeunte Sept. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Res a se gestas exponit et, ut Cicero sua se sententia in supplicatione decernenda adiuvet, rogat. 1-2.

D. BRUTUS IMP. COS. DESIG. S. D. CICERONI.

Si de tua in me voluntate dubitarem, multis a te verbis peterem, ut dignitatem meam tuerere: sed profecto est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curae. Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu, non tam nomen imperatorium captans, quam cupiens militibus satisfacere

---

Freistaat für immer zu Grabe. — *facilis gub. est*, so wird das Steuerruder leicht zu führen sein.

3. *aliquanto ante* quam consulatum aditurus es. — *habebimus* Romae, werden wir Dich zu Rom sehen. — *ad amplitudinem tuam* augendam.

4. *Furnium* Planci legatum, Ciceronis amicum. cfr. ep. 226. — *iudicii*, günstige Meinung, Geneigtheit, quanticumque eum feceris.

D. BRUTUS hatte seine Krieger in der Provinz Gallia Cisalpina durch Kämpfe mit den benachbarten Alpwohnern zu wichtigeren Unternehmungen glücklich vorbereitet und sich den Titel Imperator bei der Armee erworben, den er von ietzt an zwischen den Namen und den Titel *consul designatus* einschob. Ietzt wünscht er, dass ihm eine supplicatio wegen seines Sieges über die Inalpini vom Senate möchte decretirt werden. S. zu ep. 686 im Anf.

1. *multis verbis.* Ambitiosis enim petitionibus utimur apud illos, de quorum voluntate erga nos dubitamus. — *tuerere* i. e. ut auctoritate tua efficeres, ut senatus mihi supplicationem decerneret. *SCH.* — *Inalpinos* im heutigen Savoyen u. Piemont, welche wenigstens vorgeblich einen Aufstand erregt hatten. — *imperatorium* statt imperatoris. S. Ramsh. §. 203, II, b.

firmosque eos ad tuendas nostras res efficere. Quod mihi videor consecutus: nam et liberalitatem nostram et animum sunt experti. Cum omnium bellicosissimis bellum gessi: multa castella cepi, multa vastavi. Non sine causa ad senatum literas misi. Adiuva nos tua sententia: quod quum facies, ex magna parte communi commodo inservieris. 2

EPISTOLA DCCLXIII. (ad Div. XII. 2.)

Scr. Romae exeunte Septembri A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Invehitur in Antonii immanitatem et rei publicae statum describit. 1-3.

CICERO CASSIO S.

Vehementer laetor tibi probari sententiam et orationem meam: qua si saepius uti liceret, nihil esset negotii libertatem et rem publicam reciperare. Sed homo amens et perditus multoque nequior, quam ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, caedis initium quaerit: nullamque aliam ob causam me auctorem fuisse Caesaris interficiendi criminatur, nisi, ut in me veterani incitentur. Quod ego periculum non extimesco: modo vestri facti gloriam cum mea laude communicet. Ita nec Pi-

---

2. *liberalitatem.* Imperatores infinitis largitionibus exercitus suos permulcebant et retinebant. — *animum*, fortitudinem. — *experti sunt* milites, sie haben erprobt. — *non sine causa.* Iustas habui causas supplicationis honorem a senatu petendi. *SCH.* Nam gessi res illo honore dignissimas. — *tua sententia* in senatu. — *facies.* Sch. Lün. de Ern. coni. *feceris.* om. *facies* Crat. *facies . . . inservies* ex antiqua correct. Bened. *ORELLI.* — *communi comm.*, dem gemeinen Besten; weil ich dann nach einer solchen Auszeichnung desto nachdrücklicher für die Sache der Freiheit kämpfen kann.

C. *CASSIO* Longino. S. zu ep. 241 im Anf.

1. *sententiam*, Abstimmung. — *orationem* primam Philippicam, cui responsurus Antonius, quod deinde commemorat, complures dies in villa Metelli est commentatus. *SCH.* S. zu ep. 761, 1. Der Brief des Cassius, worauf Cicero hier antwortet, ist nicht mehr vorhanden. — *saepius.* i. e. si mihi liceret saepius ita dicere et concionari. — *nihil esset negotii* i. e. facile foret. — *homo amens*, Antonius. — *ille ipse*, Caesar. — *initium*, causam, praetextum. — *veterani*, qui favebant Caesari omnesque persequebantur, quos putabant participes fuisse caedis. — *modo* = wenn nur. — *facti*, caedis Caesaris et liberationis reipublicae. — *cum mea laude comm.* Antonius, wenn er nur von dem Ruhme Eurer That einen Theil auf die Liste des meinigen setzt; ut aliqua pars laudis vestrae ad me quoque pertineat. — L. Calpurnio *Pisoni*, Caesaris socero. —

soni, qui in eum primus invectus est, nullo assentiente; nec mihi, qui idem tricesimo post die feci; nec P. Servilio, qui me est consecutus, tuto in senatum venire licet. Caedem enim gladiator quaerit eiusque initium a. d. XIII. Kalend. Octob. a me se facturum putavit: ad quem paratus venerat, quum in villa Metelli complures dies commentatus esset. Quae autem in lustris et in vino commentatio potuit esse? Itaque omnibus est visus, ut ad
2 te antea scripsi, vomere suo more, non dicere. Quare, quod scribis te confidere auctoritate et eloquentia nostra aliquid profici posse, nonnihil, ut in tantis malis, est profectum. Intelligit enim populus Romanus tres esse consulares, qui, quia, [quae] de re publica bene senserint, libere locuti sunt, tuto in senatum venire non possint. Nec est praeterea quod quidquam exspectes. Tuus enim necessarius affinitate nova delectatur. Itaque iam non

---

nullo assent., ohne dass ihn ein Einziger unterstützte. S. ep. 760, 7. — *feci* in der ersten Philippischen Rede am 2. September. — *P. Servilio* Isauriti filio, qui consul fuerat cum C. Caesare a. 706. *MANUT.* — *est consecutus*, meinem Beispiele folgte; nämlich insectando et criminando Antonium. — *gladiator*, der Bandit. — *XIII. Kal. Oct.*, am 19. September. quo die Antonius Ciceronem in senatu adesse iusserat et, quum ille non venisset, acerbitatis virus in eum oratione evomuit, cui Cicero deinde Philippicam secundam opposuit, non habitam quidem, sed tamen ita compositam, quasi eam postridie eius diei in senatu habuisset. *SCH.* — *ad quem* scil. diem. Sic Md. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Bened. *ad quam* (caedem) Neap. Lamb. Sch. Lün. *At quam . . .!* Vict. 1. Graev. Ern. *OR.* — *in villa* Caecilii *Metelli* Pii Scipionis, des Schwiegervaters vom Pompeius, welcher nach der Pharsalischen Schlacht zum Oberbefehlshaber des Kriegsheers in Africa ernannt sich daselbst nach der Schlacht bei Thapsus in's Meer gestürzt hatte, um der Gefangenschaft zu entgehen. Antonius war ietzt im Besitze der Villa desselben. — *comment. esset*, vorbereitet hatte; bes. auf die Rede gegen Cicero. — *in lustris*, mitten unter Ausschweifungen. — *antea*, früher, iüngst. — *vomere*, sich zu erbrechen; was ihm einmahl als Prätor vor dem Römischen Volke begegnet war. Über seine Trunkenheit s. bes. die zweite Philippische Rede.

2. *nonnihil*, nur Etwas. — *ut in t. mal.*, wie es in unserer so unglücklichen Lage nicht anders sein kann. — *tres . . consulares*, Pisonem, Servilium et Ciceronem. — [*quae*] ex antiquo suppl. Crat. Lamb. Ern. Bened. Sch. om. *quae* Md. Vict. 1. 2. Graev. *qui quia de rep. quae bene* e Gud. pr. Sch. in Ed. mai. Lün. *ORELLI.* — *bene* mit Patriotismus, *libere*, mit Freimüthigkeit. — *praeterea*, anders woher. Notat levitatem et timiditatem aliorum consularium et senatorum. — *necessarius*, Schwager, M. Lepidus, qui sororem M. Bruti unam habebat in matrimonio; alteram C. Cassius. *MANUT.* — *affinitate nova* M. Antonii, cuius filiam Lepidi filius uxorem duxerat. Vid. Dio Cass. Libr. XLIV. *MANUT.* Cassius und Brutus konnten sich also von nun an auf die Truppen des Lepidus nicht

est studiosus ludorum, infinitoque fratris tui plausu dirumpitur. Alter item affinis novis commentariis Caesaris delinitus est. Sed haec tolerabilia: illud non ferendum, quod est, qui vestro anno filium suum consulem futurum putet ob eamque causam se huic latroni deservire prae se ferat. Nam L. Cotta familiaris meus fatali quadam 3
desperatione, ut ait, minus in senatum venit. L. Caesar, optimus et fortissimus civis, valetudine impeditur. Ser. Sulpicius et summa auctoritate et optime sentiens non adest. Reliquos, exceptis designatis, ignosce mihi, si non numero consulares. Habes auctores consilii publici: qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset, quid censes perditis? Quare spes est omnis in vobis: qui si idcirco abestis, ut sitis in tuto; ne in vobis quidem. Sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis, velim salvis nobis: sin id

mehr mit Zuversicht verlassen. — *ludorum.* Quia ludis Apollinaribus, quos praetor urbanus M. Brutus de more dederat, plaudi a populo viderat L. Cassio tribuno pl., fratri C. Cassii; propterea ludos non amplius amabat. *MANUT.* S. ep. 751, 3. 750. — *fratris tui* (s. ep. 681.) Lucii Cassii *plausu dirump.*, „und er berstet vor Ärger (dolet) über den Beifall, der Deinem Bruder noch immer geklatscht wird.“ Dieser hatte im Namen seines Bruders C. Cassius diese Spiele, die er und M. Brutus auf ihre Kosten gaben, in Rom am 5. Iulius besorgt. — *delinitus est.* Alter affinis (an C. Marcellus?), cuius nomen ignoratur, delinitus est accepta ab Antonio pecunia, tanquam e Caesaris commentariis. *MANUT.* „Der Andere, gleichfalls ein Schwager von Dir, ist durch neu fabricirte Gelddecrete aus Cäsars Brieftasche breit geschlagen.“ Antonius gab vor, seine Geldvergünstigungen seien noch von Cäsar selbst decretirt. — *quod est, qui.* Wer Der gewesen sei, ist nicht mehr zu errathen. — *vestro anno* i. e. anno (712) vobis destinato, post biennium. Nam hoc anno praeturam gerebant Brutus et Cassius, et praeturam consulatus biennio interposito sequebatur. *MANUT.* — *prae se ferat*, und kein Geheimniss daraus macht, dass er bloss desswegen diesem Spitzbuben (Antonius) den Fuchsschwanz streiche.

3. *Nam* in Bezug auf *Nec . . . exspectes.* — *L. Cotta*, Aureliae gentis, qui consul biennio ante Ciceronem fuerat. *MANUT.* — *fatali*, unwiderstehlich; wie vom Verhängniss aufgedrungen; quod putat in fatis esse, ut corruat res publica. — *desperatione* de omnibus rebus, de republica. — *minus*, seltener, sehr selten. — *L. Caesar* avunculus M. Antonii. L. Caesaris fuit soror Octavia, mater Antonii. — *civis*, Patriot. — *Ser. Sulpicius* ille praefectus in legatione ad Antonium, *non adest;* nam erat in Graecia proconsul. Vid. ad ep. 365 init. — *exceptis designatis* consulibus Hirtio et Pansa in ann. 711; Dec. Bruto et Planco in ann. 712. — *auctores cons. publ.* „die Wortführer im Staatsrathe, Senate. — *bonis rebus*, wenn man dem Glück im Schosse sässe; im Gegens. von *perditis* rebus, „ietzt da Alles so gut wie verloren ist.“ — *ne in vobis quidem* spes aliqua est. — *velim* id fiat *salv. nob.*, so wünscht' ich das noch zu erleben. — *sin id minus*, wo nicht d. i. wenn ich es

minus, res tamen publica per vos brevi tempore ius suum reciperabit. Ego tuis neque desum neque deero: qui sive ad me referent [*sive non referent*], mea tibi tamen benevolentia fidesque praestabitur. Vale.

EPISTOLA DCCLXIV. (ad Div. XII. 3.)

Scr. Romae circa Nonas Octobres A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Queritur Antonium furores in dies augere. 1 - 2.

CICERO CASSIO S.

Auget tuus amicus furorem in dies: primum in statua, quam posuit in Rostris, inscripsit **PARENTI OPTIME MERITO**: ut non modo sicarii, sed iam etiam parricidae iudicemini, quid dico, iudicemini? iudicemur potius: vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. Utinam quidem fuissem! molestus nobis non esset. Sed hoc vestrum est: quod quoniam praeteriit, utinam haberem, quid vobis darem consilii! Sed ne mihi quidem ipsi reperio, quid faciendum sit. Quid enim est, quod contra vim sine vi fieri possit?
2 Consilium omne autem hoc est illorum, ut mortem Caesaris persequantur. Itaque a. d. VI. Non. Octob. productus in concionem a Canutio, turpissime ille quidem

---

aber auch nicht erleben sollte. — *ius suum*, libertatem, iura, iudicia, comitia, cetera. — *qui . . referent* cet., „mögen sie mit mir zu Rathe gehen oder nicht." Nicht bloss Anverwandte, sondern vielmehr der Anhang des Cassius. — [*sive non referent*]. Verba ista necessaria exciderunt e Med. sicque cum defectus signo Vict. 2. *OR.* — *tibi* hat den Accent.

1. *amicus* Antonius. Ironia. „Antonius treibt seinen Wahnsinn täglich weiter; fit magis furiosus. — *statua* Caesaris. — *iudicari*, wofür erklärt werden. — *vestri . . facti*, quod interfecistis Caesarem. — *molestus . . . esset* i. e. eum una interficiendum curassem. *ERNESTI.* Ich hätte es planmässiger gemacht, so dass Cäsar nicht noch nach seinem Tode im Antonius uns lästig fiele und wir nicht so rathlos wären, als wir sind. Antonius schützte immer acta Caesaris vor. — *vestrum est* h. e. vos soli gloriam obtinetis huius tam egregii facti. — *quoniam*, wie ep. 761, 2. — *ipsi* im Gegens. von *vobis*.

2. *Consilium* (Absicht) Antonii eiusque amicorum. — *perseq.* = ulciscantur, interfectores Caesaris exagitent. — *VI. Non. Oct.*, am 2. October. — *in concionem* populi. — *productus* a Ti. Canutio tribuno pl., qui se opposuit Antonio. Antonius sollte sich ein für alle Mahl erklären, wie er es mit seinem Vaterlande meine. S. Philipp. III. Ienen Canutius liess nachher Octavian tödten. S.

discessit, sed tamen ea dixit de conservatoribus patriae, quae dici deberent de proditoribus. De me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio et vos fecissetis et Canutius faceret. Cetera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos interpretari putas, quum hoc faciunt? Ad hostem scilicet portari. O rem miseram! dominum ferre non potuimus: conservo servimus. Et tamen me quidem favente magis, quam sperante, etiam nunc residet spes in virtute tua. Sed ubi sunt copiae? De reliquo, malo te ipsum tecum loqui, quam nostra dicta cognoscere. Vale.

EPISTOLA DCCLXV. (ad Div. XII. 23.)

Scr. Romae medio Octobri A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Respondet ad ea, quae Stratorius nuntiaverat de provincia; deinde rei publicae formam describit. 1-4.

CICERO CORNIFICIO S.

Omnem conditionem imperii tui statumque provinciae

Vellei. Paterc. libr. II. Sueton. de clariss. Rhetor. Dio Cass. libr. XLVIII. — *ille* Antonius. — *conservat.* i. e. de Bruto et Cassio. — *De me* scil. dixit *non dubitanter.* i. e. ita ut non dubitaret, quin, ganz unzweideutig, dass. — *de meo consilio*, auf mein Anstiften. — *legato tuo*; erat enim Cassius Syriae proconsul. *MANUT.* — *viaticum*, die Reisediäten. — *interpretari*, dass sie es nehmen; quem praetextum putas adducturos eos esse de hoc facto? — *portari* dicunt istam pecuniam. — *conservo* Antonio, qui itidem, ut nos, fuit servus C. Caesaris. Vgl. ep. 758,3. — *favente* vobis i. e. optante. — *sperante* meliora. — *tecum loqui*, dass Du mit Dir zu Rathe gehest, uti tuo consilio. — *quam . . cognoscere*, als dass Du meine Gesinnungen hierüber aus einem Briefe erfahrest.

CORNIFICIO. S. zu ep. 641 im Anf.

1. *condit.*, Verhältniss Deiner Befehlshaberstelle. Q. Cornificius Q. F. hoc tempore Africam veterem obtinuit Proconsul. Occiso Caesare, quum M. Antonius consul bellum moliens in annum sequentem sortitionis titulo distribuisset provincias et C. Calvisium successorem huic destinasset, senatus irritam fecit sortitionem et Cornificio aliisque provinciarum rectoribus prorogavit imperium, donec iis ex senatusconsulto succederetur. Vid. Dion. Appian. Cic. Philipp. III, 10. Itaque ex senatusconsulto Cornificius Africam anno etiam insequente retinuit. Deinde vero quum ex foedere inter triumviros inito Caesar Octavianus Africam omnem cum vicinis insulis provinciam in quinquennium accepisset, cum T. Sextio, qui cum Caesaris nomine provincia decedere iubebat, bellum gessit, proscriptos a triumviris et ex Italia profugos recepit et post varias tandem conflictationes proelio victus et interemptus est. *Pighius*

mihi demonstravit Tratorius. O multa intolerabilia locis omnibus! Sed quo tua maior dignitas, eo, quae tibi acciderunt, minus ferenda. Neque enim, quae tu propter magnitudinem et animi *et* ingenii moderate fers, ea non ulciscenda sunt, etiam si non sunt dolenda. Sed haec
2 posterius. Rerum urbanarum acta tibi mitti certo scio. Quod ni ita putarem, ipse perscriberem, in primisque Caesaris Octaviani conatum: de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adolescentis impetum faceret: prudentes autem et boni viri et credunt factum et probant. Quid quaeris? magna spes est in eo. Nihil est, quod non existimetur laudis et gloriae causa facturus. Antonius autem, noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut, quum interfectores suos domi comprenderit, rem proferre non audeat. A. d. VII. Idus Octobr. Brundisium erat profectus obviam legionibus Macedonicis IV., quas sibi conciliare pecunia cogitabat easque ad urbem adducere et in cervicibus nostris collocare.
3 Habes formam rei publicae, si in castris potest esse res publica: in qua tuam vicem saepe doleo, quod nullam

---

in annal. ad h. a. — *Tratorius*. Sic Md. Bas. Crat. Bened. *Stratorius* Ceteri. *Stratorius* Manutii susp. Res incerta. *ORELLI.* Stratorius Cornificii fortasse quaestor aut legatus, certe in eius contubernio, quem ille tum Romam ex Africa miserat. Manutius dubitabat, an legendum esset *Statorius* ex Festo in *Lacus Lucinus. SCH.* — *dignitas* est, ut legit Lamb. — *quae tibi accid.*, quod Antonius ei Calvisium successorem destinarat. — *et ing.* Illud *et* ex antiquo suppl. om. *et* Md. *ORELLI.* — *ea non.* Sic Vict. 2. Md. *a te non* Ceteri. *ORELLI.* — *dolenda*, von der Art, dass man sich darüber betrüben müsste.

2. *Rer. urb. acta*; also die Staatszeitung. — *Caes. Oct. conatum*, Versuch auf Einiger Anrathen durch gedungene Mörder den Antonius aus dem Wege räumen zu lassen. S. Sueton. Aug. 10. — *de quo*, welches angeschuldigte Verbrechen iedoch nur eine Erdichtung des Antonius dem Volke, dem Publico zu sein scheint. — *probant.* S. Philipp. III, 8. — *in eo*, Octaviano. — *famil. noster.* Ironia. — *rem proferre*, den Vorfall zur Sprache zu bringen. — *VII. Idus. Oct.*, am 9. October. — *Macedonicis*, ex Macedonia profectis. Ibi enim Caesar eas collocarat ducturus in Parthos, quibus inferre bellum cogitabat. *MANUT.* — *quatuor*, Martiae, Quartae, Secundae, trigesimae quintae, quarum duae, Martia et quarta, illum sequi noluerunt seque Octaviano tradiderunt (v. ep. h. ed. 779. Philipp. III. Vellei. II. Dio XLV.); reliquae vero duae pro eo contra Pansam proelio Mutinensi pugnaverunt (vid. ep. 810). — *in cerv. n. colloc.*, und uns auf den Nacken zu setzen gedachte.

3. *formam*, Umriss. — *in castris*, weil Rom ietzt zur Unterdrückung der Freiheit mit Soldaten überschwemmt war. — *res publ.*, ein Freistaat. — *in qua*; de Ern. susp. Sch. in Ed. mai. Lün.

partem per aetatem sanae et salvae rei publicae gustare
potuisti. Atque antehac quidem sperare saltem licebat:
nunc etiam id ereptum est. Quae enim est spes, quum
in concione dicere ausus sit Antonius, Canutium apud eos
locum sibi quaerere, quibus, se salvo, locus in civitate
esse non posset! Equidem et haec et omnia, quae homini 4
accidere possunt, sic fero, ut philosophiae magnam habeam gratiam, quae me non modo ab sollicitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunae impetus armat: tibique idem censeo faciendum nec, a quo culpa absit, quidquam in malis numerandum. Sed haec tu melius. Tratorium nostrum quum semper probassem, tum maxime in tuis rebus summam eius fidem, diligentiam prudentiamque cognovi. Da operam, ut valeas; hoc mihi gratius facere nihil potes.

EPISTOLA DCCLXVI (ad Div. X. 2.)

Scr. Romae medio Octobri A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Excusat se, quod in senatum ad agendam Planci causam non venerit, et officia sua in aliis rebus pollicetur. 1-2.

CICERO PLANCO S.

Meum studium honori tuo pro necessitudine nostra non defuisset, si aut tuto in senatum aut honeste venire potuissem. Sed nec sine periculo quisquam libere de re publica sentiens versari potest in summa impunitate gladiorum: nec nostrae dignitatis videtur esse ibi sententiam

---

in quo. *ORELLI.* „in dieser Hinsicht.“ — *per aetatem*, weil Du zu spät geboren bist. — *Canutium* tribunum pl. eo tempore Antonio infensum et Octaviano faventem. *SCH.* V. ep. 761, 2. Confugeratne ad interfectores Caesaris, quum persecutionem ab Antonio pateretur? Imo remansit. — *locum sibi quaerere*, sich eine höhere Stelle zu erwerben, sich beliebt zu machen und emporzuschwingen, und zwar dadurch, dass er den Antonius mit seinen Reden neckte. — *apud eos*, qui partibus rei publicae studerent, apud Brutum, Cassium cet. Vid. ep. 761. — *se salvo*, so lange er geborgen sei.

4. *quae* = quippe *quae*, da sie. — *melius* scis. — *probass.*, erprobt befunden hatte. — *prudent.*, Einsicht.

PLANCO. S. zu ep. 431. 761.

1. *Meum studium hon. tuo . . non defuisset*, „an meiner Verwendung für Deine Ehrensache würde es . . . nicht gefehlt haben.“ Was für eine Angelegenheit Diess gewesen sei, ist unbekannt; indess ergibt sich aus Dem, was folgt, dass es eben Nichts grosses war, was Plancus vom Senat begehrte. — *honeste*, mit Ehren. — *nec sine periculo* per Antonium. — *gladiorum*, meton. st. *gladiatorum* (der Garden des Antonius.) Cdd. aliq. Man. „quum

de re publica dicere, ubi me et melius et propius au-
2 diant armati, quam senatores. Quapropter in privatis rebus nullum neque officium neque studium meum desiderabis: ne in publicis quidem, si quid erit, in quo me interesse necesse sit, unquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuae. In iis autem rebus, quae nihilominus, ut ego absim, confici possunt, peto a te, ut me rationem habere velis et salutis et dignitatis meae.

EPISTOLA DCCLXVII. (ad Att. XV. 13.)

Scr. in Puteolano VIII. Kal. Nov. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De variis rebus breviter. 1—7.

CICERO ATTICO S.

VIII. Kal. duas a te accepi epistolas. Respondebo igitur priori prius. Assentior tibi, ut nec duces simus nec agmen cogamus; faveamus tamen. Orationem tibi misi. Eius custodiendae et proferendae arbitrium tuum.
2 Sed quando illum diem, quum tu edendam putes? Inducias, quas scribis, non intelligo fieri posse. Melior est ἀναντιφωνησία: qua me usurum arbitror. Quod scribis legiones duas Brundisium venisse; vos omnia prius.
3 Scribes igitur, quidquid audieris. Varronis διάλογον ex-

---

arma tam impune grassentur." — *armati* milites, quibus Antonius senatum circumsepserat. *SCH.*

2. *desider.*, vermissen. — *in quo . . . necess. sit*, wobei meine Gegenwart unentbehrlich sein dürfte. — *ut ego absim*, gesetzt ich wäre auch nicht gegenwärtig = ohne mich. — *rationem . . . meae*, dass Du mir erlauben mögest, auf meine Sicherheit und Würde Rücksicht nehmen zu dürfen.

1. *VIII. Kal.* Novembres, am 25. October. — *ut nec duces simus* in Octaviani partibus. — *nec agmen cogamus*, noch hinter drein ziehen. — *Orationem* Philippicam secundam. — *Eius . . arb. t.* scil. sit, sie geheim zu halten oder bekannt zu machen, Das sei Dir überlassen. Fort.: *Eius et cust. OR.*

2. *Inducias* cum Antonio. — *ἀντιφ.*, „taciturnitas in respondendo, sich schweigend zu verhalten; ut Antonio nihil palam respondeamus ad orationem XIII. Kal. Oct. contra me habitam." Nam quamquam Philippicam secundam, scriptam illam quidem sed non habitam, ei opposuit, noluit tamen eam foras prodire. *SCH.* — *legiones duas Br. venisse* e Macedonia. His legionibus quum Antonius non prius quam VII. Id. Oct. obviam ierit, necesse est haec epistola scripta fuerit octavo Kal. Novembres, non, ut alii, perturbato in edd. ordine epistolarum decepti, Iunias vel Quintiles. *SCH.* Vid. ep. 765, 2 sub fin. — *prius* auditis.

specto. Iam probo Ἡρακλείδειον, praesertim quum tu tanto opere delectere: sed quale velis, velim scire. Quod ad te *antea* atque adeo *prius* scripsi, — sic enim mavis — ad scribendum tibi vere dicere, fecisti me acriorem. Ad tuum enim iudicium, quod mihi erat notum, addidisti Peducaei auctoritatem, magnam quidem apud me et in primis gravem. Enitar igitur, ne desideres aut industriam meam aut diligentiam, Vettienum, ut scribis, et Faberium foveo. Clodium nihil arbitror malitiose: quamquam. Sed quid egerit. De libertate retinenda, qua certe nihil est dulcius, tibi assentior. Itane C. Annio? O hominem nequam! quid enim dicam aliud? Cautum Marcellum; me sic, sed non tamen cautissimum. Lon- 4

---

3. *exspecto*, ich bin begierig auf. Varro der bekannte literatissimus. — *Iam probo* Ἡρακλ., ietzt lass' ich mir ein Werk ad modum Heraclidis gefallen. S. ep. 711, 3. 751, 6. 745, 2. — *quale velis*, wie Du es gerne haben möchtest! — *antea atque adeo prius*, vorher oder vielmehr — denn so verbesserst Du, — früher. — *fecisti*. Haec corrupta. Simplicissimum esset: *ad scribendum tibi, vere dicam, fecisti me acriorem* vel *alacriorem*. *OR*. „Du hast mich in der That ein wenig hitzig gemacht, Dir einen Aufsatz der Art anzufertigen.“ — *iudicium*, Gründen. — *Peducaei*. S. zu ep. 755 am Ende. — *auctor*., der Beifall. — *Vettienum*. Sic scripsi. (Infra: *Vettinum* Md.) *Vettenum* Cd. in m. 1584. *Vectenum* Cett. *OR*. Dieser Freund Cicero's war ein argentarius oder fenerator. S. ad Attic. X, 5. 11. XII, 3. — Q. *Faberium*, Ciceronis debitorem. Vid. ad Attic. XII, 25. 29. 31. 51. XIII, 2. 8. 29. 30. 33. — *foveo*, will ich schonen. — *P. Clodium*, P. Clodii filium. — *malitiose* contra me facturum. Denn Cicero hatte seine Zurückberufung aus dem Exsile genehmigt. S. ep. 693, 6. A. 2. und B. — *quamquam* scil. praestare id non ausim. Aposiopesis. — *egerit*. Sic Man. Bos. Graev. Ern. (Id est: „*quamquam* fieri potest, ut malitiose egerit. Parvi vel sic tamen momenti res erit. Sed, quid egerit, scribes.“) *quamquam. Sceleste quidem egerit* Cdd. Iunii, Asc. pr. Crat. Sch. Lün. *ORELLI*. Si tamen aliquid egerit malitiose, certe id scelestum fuerit, propterea quod nullam a me iniuriam accepit. *SCH*. — *Itane C. Annio? O hominem*. Sic omnibus rebus pensitatis cum Huschkio scribendum esse duxi. *OR*. Vid. Huschkii Commentat. de *C. Annio Cimbro Lysidici filio* Rostochii 1821. p. 76. Antonianus fuit ille Annius et praetorius de beneficio Caesaris. Vid. Philipp. XI, 6. XIII, 12. „So ist es dem C. Annius ergangen? so spielt man ihm mit?“ — *O hominem nequam* bezieht sich auf Antonius. — *Cautum Marcellum* dicis. Est C. Marcellus, qui cum Lentulo consul fuit, de quo ep. 710. sripsit: *praesertim quum Marcellum scribas aliosque discedere. SCH*. Aller Wahrscheinlichkeit nach der Schwager des Octavianus, der, so wie sein Schwäher Philippus, aus Furcht vor Antonius den raschen Schritten dieses kühnen Iünglings nur von ferne und fast missbilligend zusah. *GRÄTER*. — *me sic., sed n. t. caut.*, „auch ich handle so ziemlich vorsichtig, meinst Du; aber doch nicht vorsichtig genug.“ *me sic satis; non*

giori epistolae superiorique respondi. Nunc breviori
propiorique quid respondeam nisi eam fuisse dulcissi-
mam? Res Hispanienses valde bonae. Modo Balbilium
incolumem videam, subsidium nostrae senectutis. De
Anniano item, quod me valde observat Visellia. Sed
haec quidem humana. De Bruto te nihil scire dicis:
sed Selicia venisse M. Scaptium: eumque non qua pom-
pa, ad se tamen clam venturum sciturumque me omnia:
quae ego statim. Interea narrat eadem Bassi servum
venisse, qui nuntiaret legiones Alexandrinas in armis
esse, Bassum arcessi, Cassium exspectari. Quid quae-
ris? Videtur res publica ius suum reciperatura. Sed ne
quid ante. Nosti horum exercitationem in latrocinio et
5 amentiam. Dolabella vir optimus. Etsi, quum scribe-
bam, secunda mensa apposita, venisse eum ad Baias au-

---

tamen Sch. coni. (Lün.) haud animadvertens hoc ipsum significari voc. *sic* (so ziemlich). *OR.*

4. *propior.*, letzteres. — *Res Hisp.* Optima narrantur de Sexto Pompeio. S. ep. 750, 2. — *Modo . . . videam*, „möcht ich nur erst das Balbchen wieder gesund aus Spanien zurückkehren sehen!" Das Deminutivum von Balbus. „Mongaltius hoc nomine designari putabat Balbum minorem, probante Oliveto." Sch. in *Ind.* Recte: sed tum leg. *Balbum filium*, ut solet Cicer., potius quam *Balbi filium. OR.* — *De Anniano item*, „Das möchte ich mir auch vom Annianus wünschen;" der gleichfalls in Spanien war. — *me observat*, mir viele Anhänglichkeit beweiset. — *Visellia* Anniani uxor. — *humana*, doch so ist das Loos der Sterblichen! — *Selicia*, filia Selicii feneratoris, scil. mihi narravit, dixit. *Servilia* de Corradi susp. et cum Cd. Urs. Sch. Lün. *OR.* Servilia mater Bruti, ad quam M. Scaptius, Bruti familiaris, clam venire volebat, ne suspicarentur Bruti inimici, ubi esset aut quid rerum gereret, in vicinia villae, ubi nunc erat Cicero, rusticata esse videtur. *SCH.* — *M. Scaptium.* De *M. Scaptio* vid. ad Attic. VI, 1. Er war Römischer Ritter, Client des Brutus; aber ein fenerator. Über seinen Bruder s. ad Attic. V, 21. VI, 1. 2. — *cumque*, und zwar. — *non qua pompa.* Haec quoque dubia. Explicant: „non qua pompa olim solebat." Sed talis *ἐλλείψεως* exemplum addere debebant. Fuitne: *non sua pompa? OR. pompa* = insigni comitatu. — *statim* ad te scribam. — *eadem* Servilia. — Q. Caecilii *Bassi*, de quo ep. 689, 3. — *Alexandrinas*, quatuor legiones, quas e Pompeii Crassique clade dispersas Cleopatra sub Caesare collectas retinebat. Has quum A. Allienus a Dolabella missus educeret, Cassius cum octo legionibus in Palaestina adortus omnes ad se traduxit. (Vid. ep. 817. et Appian. libr. III.) *MANUT.* — *Bassum arcessi* a legionibus, quae illi se tradere vellent. *MANUT.* — *Cassium*, dem späterhin C. Caecilius Bassus seine Legion übergab. — *ius suum*, das ihr zustehende Recht. — *Sed ne quid ante*, doch dass man uns nicht zuvorkomme! Erg. videndum est nach *Sed.* — *in latr.*, in Spitzbubenstreichen.

5. *vir optimus.* Ironie! Denn Dolabella war bereits vom An-

diebam: tamen ad me ex Formiano scripsit — quas literas, quum e balineo exissem, accepi — sese de attributione omnia summa fecisse: Vettienum accusat: tricatur scilicet, ut homo talis. Sed ait totum negotium Sestium nostrum suscepisse, optimum quidem illum virum nostrique amantissimum. Quaero autem, quid tandem Sestius in hac re facere possit, quod non quivis nostrûm? Sed, si quid praeter spem erit, facies ut sciam. Sin est, ut arbitror, negotium perditum, scribes tamen; neque ista res commovebit. Nos hic φιλοσοφοῦ- 6
μεν — quid enim aliud? — et τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus προσφωνοῦμενque Ciceroni. Qua de re enim potius pater filio? Deinde alia. Quid quaeris? Exstabit opera peregrinationis huius. Varronem hodie aut cras venturum putabant. Ego autem in Pompeianum properabam; non quo hoc loco quidquam pulchrius; sed interpellatores illic minus molesti. Sed perscribe quaeso, quae causa sit Myrtilo: — poenas quidem illum pepen-

---

tonius gewonnen. — *sese . . . fecisse*, „dass er in Hinsicht der Geldanweisung für mich alles Mögliche gethan habe," ut ii, qui ipsi deberent, mihi se soluturos pollicerentur. *MANUT.* — *Vettienum* feneratorem, qui ei noluerit in versura facienda operam dare, ob id *accusat*. — *tricatur scilicet* Vettienus, dieser bringt offenbar allerlei Knoten in die Sache, moras nectit in versura facienda et ludificatur Dolabellam, cui ut malo nomini parum confidit. — *ut homo talis* i. e. fenerator solet. *ut monetalis* (i. e. argentarius) Sch. susp. ingeniosa: cfr. *Attic.* 10, 11. *OR.* (ep. 377.) — *Sestium*, wo nicht P. Sestius L. F. (ep. 750, 4), doch L. Sestius, nachheriger Proquaestor des M. Brutus in Macedonien und 731 Consul. S. ad Attic. XIII, 2. — *si quid praeter spem erit*, sollte es wider mein Erwarten ausfallen d. i. gut ausfallen. — *negotium*, Unterhandlung. — *commov.*, ausser Fassung bringen.

6. *φιλοσ.*, wir beschäftigen uns hier dermahlen mit philosophicis. — *aliud* agamus? — *τὰ . . . καθήκ.*, libros de Officiis. — *προσφων.*, nuncupamus, dicamus. — *Deinde alia* explicabimus, scribemus. — *Exstabit . . . huius*, dastehen soll für die Nachwelt ein Denkmal meines gegenwärtigen Ausflugs in die Fremde, auf das Land, rusticationis, wie ep. 30. — *putabant*, glaubt man. Vom gelehrten Varro ist die Rede. — *properabam* = propero. — *non quo*, nicht als ob. — *hoc loco*, Puteolano. — *pulchrius* esse posset. — *interpell.*, die Stöhrer, lästigen Besucher. — *illic*, in Pompeiano. — *molesti* sunt. — *quae causa sit Myrtilo*, was für ein Verbrechen man dem Myrtilus Schuld gibt. Nomen servi fuisse videtur, quem Antonius fortasse ab Octavio ad se interficiendum subornatum esse dixerat, sive quod ita crediderit sive quod simulaverit. *SCH.* Vid. ep. 765, 2. „Imo ab Antonio ad D. Brutum interficiendum subornatus fuisse videtur. Vid. ep. 770, 5. Puto Graece scriptum fuisse, ut saepe eiusmodi nomina propria in Cic. epistolis: *Μυρτίλου*,

disse audivi — et, satisne paret, — unde corruptus?
7 Haec quum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam. Hui, quam timeo, quid existimes! Etsi quid ad me, quae non sit foras proditura, nisi re publica reciperata? De quo quid sperem, non audeo scribere.

EPISTOLA DCCLXVIII. (ad Att. XVI. 8.)

Scr. in Puteolano post Kal. Nov. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Quid Octavianus a se postulet, narrat. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Quum sciam, quo die venturus sim, faciam, ut scias. Impedimenta exspectanda sunt, quae Anagnia veniunt: et familia aegra est. Kal. vesperi literae mihi ab Octaviano. Magna molitur. Veteranos, quiqui Casilini et Calatiae [sunt], perduxit ad suam sententiam. Nec mirum: quingenos denarios dat, cogitat reliquas colonias

---

indeque factum *Myrtilo* pro veriore *Myrtili*. Cd. Faërni, Ball. *in Myrtilo. OR.* — *poenas . . pependisse* = suppliciis affectum esse, er sei mit dem Tode bestraft. — *paret.* Sic Lamb. (ut *Milon.* c. 6.) *patet* Cett. praeter Ern. et Sch. cum Md. *pateat* Ern. coni. Sch. Lün. Coniunct. non puto prorsus necessarium. *OR.* — *paret* = apparet. — *unde* = a quo *corruptus* sit, von Wem er dazu bestochen sei. *correptus* (i. e. accusatus. vid. Graev. ad Tacit. Annal. III. 66.) e Faërni Cd. Sch. Lün. In re prorsus incerta nihil definiri potest. Attamen, collatis v. *Ep. ad Attic.* 16, 11: *Itane in D. Brutum?*, non video, cur lectio vulg. non ita possit explicari: „Itane Myrtilus ab Antonio aliisve *corruptus* in D. Brutum impetum fecit, insidias ei struxit?" *OR.*

7. *tantum quod* h. e. commodum, so eben; ut supra ep. 124: *tantum quod ex Arpinati veneram. SCH.* — *orationem* Philippicam secundam. S. §. 1. — *existimes*, indices de hac oratione. — *quid ad me*, was geht's mich an, was frag' ich danach? — *quae* = quippe quae *vel* quum ea. — *foras*, in's Publicum. — *De quo*, de re publica reciperanda.

1. *Quum* = sobald. — *Impedimenta,* mein Gepäck. — *Anagnia,* Hauptstadt der Hernici, 3 Meilen von Rom. — *familia,* meine Leute, servi complures aegrotant. — *Kal.* Novembr. — *ab Octaviano* = *Octavio* (ut ep. seq. plerique) Asc. utraq. Crat. *OR.* Erg. afferebantur. — *quiqui* = so viele ihrer, deren. — *Casilini,* ietzt Nova Capua, in Campanien. — *Calatiae,* ein Paar Meilen nordwärts vom Casilinum, gleichfalls in Campanien. — [*sunt*] om. Md. Oxon. 1. 2. Vict. 1. 2. — *ad suam sent.* = ad suas partes, auf seine Seite gebracht. — *quing. denar.*, *πεντακοσίας δραχμὰς* Dion. libr. 44., *dat,* er gibt Iedem 500 Denarien = 5 Karolinen. — *cog.* . . .

obire. Plane hoc spectat, ut se duce bellum geratur cum Antonio. Itaque video paucis diebus nos in armis fore. Quem autem sequamur? Vide nomen, vide aetatem. Atque a me postulat, primum ut clam colloquatur mecum vel Capuae vel non longe a Capua. Puerile hoc quidem, si id putat clam fieri posse. Docui per literas id nec opus esse nec fieri posse. Misit ad me Caecinam 2
quendam Volaterranum, familiarem suum, qui haec pertulit: Antonium cum legione Alaudarum ad urbem pergere, pecunias municipiis imperare, legionem sub signis ducere. Consultabat, utrum Romam cum CIƆ CIƆ CIƆ. veteranorum proficisceretur, an Capuam teneret et Antonium venientem excluderet, an iret ad tres legiones Macedonicas, quae iter secundum mare superum faciunt; quas sperat suas esse. Eae congiarium ab Antonio accipere noluerunt, ut hic quidem narrat, et ei convicium grave fecerunt concionantemque reliquerunt. Quid quaeris? Ducem se profitetur nec nos sibi putat deesse oportere. Equidem suasi, ut Romam pergeret. Videtur enim mihi et plebeculam urbanam et, si fidem fecerit, etiam

---

obire, er gedenkt auch alle anderen Kolonien zu bereisen. — *vide nomen, v. aet.*, i. e. cogita Octavianum Caesaris nomen gerere; cogita eum adolescentem ac paene puerum esse. — *Puerile*, ein Beweis, dass er noch ein iunger Mensch ist. — *clam*; in urbe tam frequenti!

2. *Alaudarum.* Caesar nempe, ut Suetonius Caes. c. 24 narrat, ad legiones, quas a re publica acceperat, alias privato sumptu addidit, unam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo avis quoque Gallico, — Alauda enim appellabatur —, quam disciplina cultuque Romano institutam et ornatam postea universam civitate donavit. Vid. Philipp. I, 8. V, 5. XI, 18. *SCH.* Vgl. Plin. H. N. XI, 37. Offenbar ist der Name von der alauda cristata Linn. *κορυδαλὸς λόφον ἔχουσα* Aristot. galerita Plinii entlehnt. — *ad urbem pergere.* Antonium ab urbe Octavianus avertit, quo ille infestus cum legione Alaudarum Brundisio veniebat. *MANUT.* Vid. Philipp. III. h. ed. ep. 813. — *sub signis*, mit fliegenden Fahnen. — *Consultabat* me Octavianus, er liess mich befragen. S. Ramsh. §. 163, 3, a. — *an Capuam teneret*, oder sich in Capua postiren sollte. — *exclud.*, abschneiden, s. ab urbe. — *Macedonicas*, quarum duas, Martiam et quartam, sibi conciliaverat. Vid. ep. 767, 2. 765, 2 sub fin. — *sec. mare sup.*, längs des Adriatischen Meeres. — *suas*, ihm ergeben. — *congiarium* = das Bettelgeld. Denn er gab ihnen nur den fünften Theil Dessen, was Octavian den Seinigen als Werbegeld gab. — *ut hic*, Caecina, *narrat* et Appianus confirmat Libr. III. — *conv. f.*, ihn geschimpft. — *concion.*, mitten in seiner Anrede. — *profitetur* Octavianus, er bietet sich an. — *si fidem fecerit* wenn er sich Vertrauen erwerben sollte. Non enim satis Octaviano credebant boni viri, quod Caesaris et heres et filius ex

bonos viros secum habiturus. O Brute, ubi es? quantam εὐκαιρίαν amittis! Non equidem hoc divinavi, sed aliquid tale putavi fore. Nunc tuum consilium exquiro. Romamne venio, an hic maneo, an Arpinum — ἀσφάλειαν habet is locus — fugiam? Romam; ne desideremur, si quid actum videbitur. Hoc igitur explica. Nunquam in maiore ἀπορίᾳ fui.

EPISTOLA DCCLXIX. (ad Att. XVI. 9.)

Scr. in Puteolano circa Non. Nov. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De literis ab Octaviano acceptis.

CICERO ATTICO S.

Binae uno die mihi literae ab Octavio; nunc quidem, ut Romam statim veniam: velle se rem agere per senatum. Cui ego, non posse senatum ante Kal. Ian.: quod quidem ita credo. Ille autem addit, *consilio tuo*. Quid multa? Ille urget: ego autem σκήπτομαι. Non confido aetati. Ignoro, quo animo: nil sine Pansa tuo volo. Vereor, ne valeat Antonius: nec a mari discedere libet: et metuo, ne quae ἀριστεία me absente. Varroni quidem displicet consilium pueri; mihi non. Si firmas copias

---

testamento esset. *MANUT.* — *secum*, auf seiner Seite. — εὐκαιρίαν, quantam opportunitatem rerum gerendarum *amittis*, lässt Du fahren! — *aliquid tale*, putavi fore ut Caesariani inter se collidantur. *GRAEV.* — ἀσφάλειαν, tutius Arpini, ut inter meos municipes, versabor. *SCH.* — *si quid actum videbitur*, wenn Etwas vorgehen sollte. — ἀπορίᾳ, dubitatione, Unschlüssigkeit, Verlegenheit.

1. *ab Octavio* scil. allatae sunt. = *Octaviano* Oxon. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. Ipse Cicero vacillare potuit in hoc nomine. Quocirca nihil mutavi. *OR.* Cfr. §. 1. ep. 768. — *nunc quidem* petente, mit der Bitte. — *Cui ego* respondi. — *ante Kal. Ian.* scil. haberi, convocari. Denn die Consuln Antonius und Dolabella waren abwesend; ein Theil patriotischer Prätoren ausser Italien. — *consilio tuo*, wie Du es für gut hältst. Octavianus se consiliis Ciceronis usurum profitebatur. — σκήπτομαι, tergiversor, cunctor, ich zögere. — *aetati* Octaviani. S. ep. 768, 1: *Vide nomen, vide aetatem.* — *Ignoro, quo animo* sit, ich kann ihm nicht in's Herz sehen. — *nil* gerere. — *valeat*, dass Antonius die Oberhand behält. — *libet*, um nöthigen Falls die Flucht zu ergreifen. — ἀριστεία, praeclarum facinus bonorum, optimatum fiat. — *et* tamen. — *me absente*, ohne dass ich grade dabei wäre. — *Si firmas copias* habet Octavianus, vel M. quamvis profectum (ep. 768.) vel D. Brutum Galliae citeriori tunc praefectum secum habere potest adversus Antonium. *CORRAD.* M. Brutus in Macedonien, noch ohne Kriegesmacht.

habet, Brutum habere potest: et rem gerit palam; centuriat Capuae; dinumerat. Iam iamque video bellum. Ad haec rescribe. Tabellarium meum Kalend. Roma profectum sine tuis literis miror.

EPISTOLA DCCLXX. (ad Att. XVI. 11.)

Scr. in Puteolano Nonis Novembr. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Duabus Attici epistolis respondet, et priori quidem potissimum de iis, quae Atticus in oratione Philippica secunda animadverterat. 1—3: posteriori de libris *de officiis,* de Octaviani progressibus et aliis rebus. 4—8.

CICERO ATTICO S.

Nonis accepi a te duas epistolas: quarum alteram Kal. dederas, alteram pridie. Igitur prius ad superiorem. Nostrum opus tibi probari laetor: ex quo ἄνθη ipsa posuisti, quae mihi florentiora sunt visa tuo iudicio. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam. De Sicca ita est, ut scribis. Ast aegre me tenui. Itaque perstringam sine ulla contumelia Siccae aut Septimiae: tantum, ut sciant παῖδες παίδων sine vallo Luciliano, eum

---

Sic Cd. Tornaes. Crat. Lamb. om. *si* Ceteri. *OR.* — *rem gerit palam,* er geht ganz offen zu Werke. — *centuriat Capuae,* hält Heerschau zu Capua. — *dinumerat* i. e. milites in centurias dividit. — *Kal.* Novembr.

1. *Nonis* Novembr., am 5. November. — *ad sup.* respondebo. — *Nostrum opus* de Gloria. S. ep. 759, 4. — *ἄνθη,* flores, locos s. eclogas maxime insignes. S. ep. 751, 6. — *posuisti,* daraus gezogen, ausgestellt hast. — *tuo iudicio,* wegen Deines günstigen Urtheils darüber od. seit Du so günstig darüber geurtheilt hast. — *Cerulas,* quibus in libris Ciceronis ea notabat Atticus, quae sibi minus placerent. *SCH.* Vgl. ep. 737, 4. — *De Sicca.* S. zu ep. 759, 1. Im Mscr. der zweiten Philippischen Rede, die er mit dem 767. Briefe an Attikus sandte, hatte Cicero den Sicca und dessen Frau Septimia bestreift; worauf ihn Attikus vermahnte, diese Stelle auszulassen. Cicero that das und liess nur stehen: Antonium ex filia Fadii hominis libertini liberos habuisse. S. Philipp. II, c. 2. *Sed hoc idcirco* cet. — *ita est, ut scribis* i. e. causae idoneae sunt, quare ei parcam, dum perstringo alium, Antonium. — *aegre me tenui,* ut tibi obsequerer et omitterem ea, quae Siccam et Septimiam tangunt. Attamen tibi cedendum putavi. Itaque corrigam hunc locum et *perstringam* Antonium sine ulla contumelia Siccae et Septimiae, ohne die mindeste beleidigende Anspielung auf S. und S. — *tantum,* nur. — *παῖδες παίδων,* omnes posteri. Orientalischer Sprachgebrauch mit Anspielung auf Homers Il. XX, 308. — *sine vallo.* Sic Md. Oxon. 1. 2. Asc. Crat. Man. Lamb. Graev. Ipse

ex C. Fadii filia liberos habuisse. Atque utinam eum diem videam, quum ista oratio ita libere vagetur, ut etiam in Siccae domum introeat! Sed illo tempore opus est, quod fuit illis triumviris. Moriar, nisi facete. Tu vero leges Sexto eiusque iudicium mihi perscribes. *Εἷς ἐμοὶ μύριοι.* Caleni interventum et Calvenae cavebis.
2 Quod vereris, ne ἀδόλεσχος mihi tu: quis minus? cui, ut

---

quidem Ern. in *Clavi* p. 810 defendit *vallo*, explicatque cum Corrado: „sine exceptione." Lall. fere cum Oliveto: „ita ut nemo ab orationis lectione arceatur." *sine sale* Graevii susp. „Sed id lenius est, quam res postulat." Ern. Aptius sane esset: *sine felle.* Ovid. *Trist.* 2, 565. *Candidus a salibus suffusis* felle *refugi:* nisi vero refertur ad vers. Lucilii, ubi ignoto nobis nexu erat voc. *valli. OR.* „ohne des Lucilius Verschanzung d. i. ohne dessen Einschränkung, indem Lucilius versicherte, dass er nicht von Iedermann wolle gelesen werden." ohne Lucilische Galle wäre s. v. a. ohne Bitterkeit auf Sicca und Septimia, sine ulla eorum contumelia. — *C. Fadii.* Sic edd. meae omnes. Sed *Philipp.* 2, 2. loco satis certo est *Q. Fadius* (libertinus); unde h. l. *Q. Fadii* legendum probabiliter censuit Ferrarius. *OR.* — *Sed illo . . . triumviris,* „aber dazu bedarf es einer Zeit, wie die, da iene Dreiweibermänner die Herrschaft führten;" ut prodire possit Philippica secunda, tempore opus est, quo libere de re publica liceat sententiam dicere; id quod certe adhuc licebat sub illis triumviris, Caesare, Pompeio et Crasso. Quae conspiratio quamquam proprie triumviratus non nominabatur, Atticus tamen eos per iocum triumviros appellare poterat, facete simul alludens ad tres Pompeii et Caesaris uxores, quasi eos *trium* mulierum *viros* diceret. Notum est enim Pompeium in matrimonio habuisse Muciam, deinde Iuliam, postremo Corneliam; Caesarem vero Corneliam, Pompeiam, Calpurniam. Illo vero tempore magna adhuc erat adversus hos quamvis potentes dicendi scribendique libertas; quam testantur Bibuli edicta in consulatu adversus Caesarem collegam, idemque Varronis *Τρικάρανον* s. Tricipitinus de illa coitione scriptus. Appian. Lib. II. de B. Civ. c. 9. Iac. Gronov. coniiciebat Ciceronem scripsisse: *illo tempore opus est, quo fuerint illi triumviri.* h. e. quo perierint M. L. C. Antonii: in quo Ciceroni faceta videri potuit *ἀμφιβολία,* quia ista verba significare quoque possent *quo tempore illi triumviratum adepti essent. SCH.* — *Moriar, nisi facete* hoc dixeris, ich will des Todes sein, wenn das nicht witzig und trefflich von Dir gesagt ist. — *Sexto* Peducaeo. S. ep. 767, 3. — *Εἷς ἐμοὶ μύριοι,* hic unus mihi instar multorum millium, ut ep. 31: Cato ille noster, *qui mihi unus est pro centum millibus.* „Sein Urtheil gilt mir mehr, als das Urtheil tausend Anderer." — Q. Fufii *Caleni,* den einmahl das Volk als eine Creatur Cäsars öffentlich auszischte. Vid. ad Attic. 1, 6. IX, 2. ad Famil. V, 6. Philipp. VIII, 3. — *Calvenae* i. e. Matii. S. zu ep. 356. 716. 717. Über den Spottnamen Calvena s. epist. 684, 1. 689, 3 am Ende. „Aber verhüte, dass Calenus und Matius Euch überraschen, wann Du die Rede dem Peducäus vorliesest." Diesen traute er nicht.

2 *ne ἀδόλεσχος mihi tu* i. e. ne tu mihi nimium loquax vi-

Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quaeque optima videtur. Quod me admones: tu vero etiam si reprehenderes, non modo facile paterer, sed etiam laetarer; quippe quum in reprehensione est prudentia cum εὐμενείᾳ. Ita libenter ea corrigam, quae a te animadversa sunt. *Eodem iure, quo Rubriana,* potius, quam *quo Scipionis:* et de laudibus Dolabellae deruam cumulum. Attamen est isto loco bella, ut mihi videtur, *εἰρωνεία,* quod eum »ter contra cives in acie.« Illud etiam malo, *indignissimum est hunc vivere,* quam: *quid indignius?* *Πεπλογραφίαν* Varronis tibi probari non mo- 3

---

deare." Fort.: *ne ἀδόλεσχος*· (scil. mihi videare) *ἀδόλεσχος mihi tu? Quis* cet. *OR.* — *Quis minus ἀδόλεσχος* mihi videatur? *cui* = quippe cui vel quum mihi .. videtur, „Wer könnte mir weniger als Du ein Babillard scheinen? da, grade wie dem Grammatiker Aristophanes die längste Satire des Archilochus, so mir die längste Epistel die liebste ist." Über long. quaeq. opt. s. Grotef. §. 279 und 381. Ramsh. §. 156, b. — *Quod me admones,* was Deine Verbesserungen meiner Philippica secunda, Deine Erinnerungen darüber, betrifft, scito u. s. w. — *reprehensione* tua. — *prud. cum εὐμενείᾳ,* Einsicht und Wohlwollen gepaart ist. — *Eodem iure, quo Rubriana* potius, quam *quo Scipionis,* ich will also lieber *eodem iure, quo Rubriana,* als *quo Scipionis* setzen. Es bezieht sich diess auf folgende Stelle im 40. Cap. der zweiten Philippica: *„advolas* (nämlich Antoni) *in M. Varronis, sanctissimi atque integerrimi viri fundum Cassinatem. Quo iure? quo ore? Eodem, inquies, quo in heredum L. Rubrii, quo in heredum L. Turselii praedia."* Auf die Erinnerung des Attikus hat also unser Redner *in heredum L. Rubrii* statt *in heredum Scipionis* verbessert. — *et de laud. D. deruam cumulum,* und will von den Lobeserhebungen des Dolabella das übervoll Zugemessene abstreichen d. i. das zu Viele abschneiden; laudes Dolabellae circumscribam. Diess bezieht sich auf Philipp. II. c. 30: *Ter depugnavit* cet. — *quod eum „ter contra cives in acie"* stetisse dicam, „es liegt iedoch in dem Lobe, drei Schlachten des Cäsars beigewohnt zu haben, auch der feine Spott verborgen, dass er desswegen auch dreimahl gegen seine Mitbürger im Treffen gestanden sei." Iene Stelle lautet: Ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania. Omnibus affuit his pugnis Dolabella; in Hispaniensi etiam vulnus accepit. — *Illud etiam,* ut corrigere iubes, *malo,* auch gefällt mir, wie Du vorschlägst, *Ind. est hunc vivere* besser als *quid indignius* cet. Darüber besann sich iedoch Cicero eines Anderen und liess *quid indignius* stehen; denn die Stelle Philipp. II, 1, 34 lautet noch: Quid indignius, quam vivere eum u. s. w. Die Einkleidung in Frage schien ihm lebendiger und kräftiger. Vergl. Garatoni zu *Philipp.* II. §. 86.

3. *Πεπλογραφ.,* die Mantelmalerei, der neue Minervenmantel. So nennt Cicero Varro's Werk mit dem Titel: Hebdomadum sive de imaginibus libri oder dessen Galerie und Schilderung berühmter Männer, weil die Athener auf das Peplum, was der Mi-

leste fero: a quo adhuc Ἡρακλείδειον illud non abstuli. Quod me hortaris ad scribendum: amice tu quidem; sed me scito agere nihil aliud. Gravedo tua mihi molesta est. Quaeso adhibe, quam soles, diligentiam. O TITE tibi prodesse laetor. Anagnini sunt, Mustela ταξιάρχης et Laco, qui plurimum bibit. Librum, quem rogas, perpo-
4 liam et mittam. Haec ad posteriorem. Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, quatenus Panaetius, absolvi duobus: illius tres sunt. Sed quum initio divisisset ita, tria genera exquirendi officii esse; unum, quum deliberemus, honestum, an turpe sit; alterum, utile, an inutile; tertium, quum haec inter se pugnare videantur, quo modo iudicandum

---

nerva zum Geschenk alle fünf Iahre gebracht wurde, die Namen und Bildnisse besonders im Kriege ausgezeichneter Männer sticken liessen. S. Euripid. in Hecub. Harpocration u. s. w. Auch erwähnt Porphyrius, dass Aristoteles sein Verzeichniss der Schiffe gegen Troia und die Stammtafeln der berühmten Heerführer auf denselben **Peplon** betitelt habe. — *tibi* statt *a te probari.* — *a quo* statt etsi ab eo cet., obgleich ich sein lange versprochenes Werk in modum Heraclidis ihm noch nicht habe abholen können; obgleich es nicht artig von ihm ist, dass er sein versprochenes Werk mir noch nicht zugesandt hat. „Varro hatte dem Cicero versprochen, ihm ein Werk zu dediciren, den Dialog, wovon ep. 767, 3 die Rede war, der in der Manier des Heraclides geschrieben und desshalb Ἡρακλειδεῖον genannt, de Re publica handelte. Wirklich findet sich unter den verlorenen Büchern des Varro ein Buch der Art aufgeführt. Vgl. ep. 771 am Ende. — *ad scribendum,* vielleicht an dem von ihm versprochenen Ἡρακλειδεῖον. S. ep. 711. 751, 6. 767, 3. — *amice tu quidem* agis, das ist allerdings von Dir freundschaftlich. — *aliud,* und dass es folglich keines Treibens bedarf. — *O TITE* = librum de Senectute. S. zu ep. 755, 1. — *Anagnini . . bibit,* „die Herrn von Anagnia, nach denen Du bei mir fragst, sind Mustela, der Maitre des gladiateurs, u. Laco, der nicht Lakonisch, sondern gewaltig Viel trinkt.“ Die Stelle in Philipp. II, 41, worauf sich diess bezieht, ist folgende: praesertim quum (Antonius) duos secum Anagninos haberet, Mustelam et Laconem, quorum alter gladiatorum est princeps, alter poculorum (potatorum). Cicero hatte die Namen der Anagniner nicht beigesetzt, was er nun erst auf die Anfrage des Attikus that. Schütz vermuthet, diese Stelle *Anagnini . . . bibit* gehöre hinter *quid indignius* und sei von da durch die Abschreiber hieher versetzt. Allein nicht selten findet sich bei Cicero in seinen Briefen, zumahl ad Atticum, besonders wenn er sehr beschäftigt und von Sorgen gedrängt ist, ein solches plötzliches Zurückkehren zu einem früher beregten Gegenstande mitten unter fremdartigen Stoffen. — *librum,* wohl seine Topica. S. ep. 757 am Ende.

4. *Haec* respondeo *ad post.* epistolam. — *Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος,* das thema de officiis. — *quatenus,* so weit als Panaetius, der Stoïker von Rhodus und Lehrer des Posidonius. — *duo-*

sit: qualis causa Reguli, redire honestum, manere utile: de duobus primis praeclare disseruit: de tertio pollicetur se deinceps: sed nihil scripsit. Eum locum Posidonius persecutus. Ego autem et eius librum arcessivi et ad Athenodorum Calvum scripsi, ut ad me τὰ κεφάλαια mitteret; quae exspecto: quem velim cohortere et roges, ut quam primum. In eo est περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος. Quod de inscriptione quaeris, non dubito, quin καθῆκον *officium* sit, nisi quid tu aliud: sed inscriptio plenior, *de officiis.* Προσφωνῶ autem Ciceroni filio. Visum est non ἀνοικεῖον. De Myrtilo dilucide. O quales 5
tu semper istos! Itane in D. Brutum? Dii istis! Ego 6
me, ut scripseram, in Pompeianum non abdidi, primo tempestatibus, quibus nil tetrius: deinde ab Octaviano quotidie literae, ut negotium susciperem, Capuam veni-

---

bus libris. — *qualis causa* cet., von welcher Art die Lage des Regulus war, dass nämlich nach Karthago zurückkehren die Sittlichkeit, in Rom bleiben sein Vortheil (die Erhaltung seines Lebens) ihm gebot. — *deinceps* scil. *scripturum*, was Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Lamb. wirklich hinzufügen; aber in einem Briefe ad Atticum? — *scripsit.* Vgl. de Officc. III, 2. — *persecutus.* Lego *persecutus est.* Absorptum v. substant. scriptura *persecutust. OR.* „diesen Stoff, diese Frage hat Posidonius verfolgt;" ein Stoïker von Apamea in Syrien. Bevor er nach Rom kam, lehrte er auf Rhodus, wo Pompeius und Cicero dessen Zuhörer waren. *persecutus*, sed breviter. Vid. de Officc. III, 2. — *arcessivi*, ich lasse mir kommen. — *Athenodorus Calvus* (von seiner Glatze) Sandons Sohn, ein Stoïker, aus Tarsus in Cilicien, lebte nachher am Hofe des Kaisers August als Lehrer und Hofmeister des Tiberius. Ienem soll er nach Suidas nicht die besten Rathschläge ertheilt haben. S. ep. 775, 4. — *τὰ κεφ.*, capita, die Summarien. — *ut quam primum* mittat. — *καθήκοντος*, es ist darin die Frage von der Collision der Pflichten verhandelt; de officio ad temporis rationem accommodato. — *de inscriptione* libri mei. — *aliud* sentis. — *plenior*, vollklingender. — *Προςφωνῶ*, ich dedicire es. — *ἀνοικεῖον*, alienum, unpasslich, ungerathen.

5. *De Myrtilo dilucide* scripsisti, über den Myrtilus bin ich nun ganz im Klaren. S. ep. 767, 6. — *O quales* cet, o! wie gut hast Du diese Leute immer taxirt; quales tu semper istos homines, Antonios scilicet, intus et in cute novisti, tales etiam nunc eos habuisti cognitos. *SCH.* — *Itane in D. Brutum?* „So geht man gegen einen Brutus zu Werke?" Popma, Mongault, Schütz dagegen erklären: Itane illi audent culpam Myrtili sive veram sive fictam in D. Brutum conferre, quasi is percussorem in M. Antonium subornaverit? — *Dii istis* male faciant, dass die Götter es ihnen . . . Eine Aposiopesis.

6. *ut scripseram* ep. 767, wo er schrieb: „Ego autem in Pompeianum properabam." — *temp.*, wegen der Herbststürme. Ablat. causae. — *Octaviano* = *Octavio* Oxon. 2. — *literae* afferuntur. —

rem, iterum rem publicam servarem, Romam utique statim.

- - - αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι.

Is tamen egit sane strenue et agit. Romam veniet cum manu magna: sed est plane puer. Putat senatum statim. Quis veniet? Si venerit, quis, incertis rebus, offendet Antonium? Kal. Ian. erit fortasse praesidio: aut quidem ante depugnabitur. Puero municipia mire favent. Iter enim faciens in Samnium venit Cales, mansit Teani. Mirifica ἀπάντησις et cohortatio. Hoc tu putares? Ob hoc ego citius Romam, quam constitueram. Simul et
7 constituero, scribam. Etsi nondum stipulationes legeram — nec enim Eros venerat — tamen rem pridie Idus velim conficias. Epistolas Catinam, Tauromenium, Syracusas commodius mittere potero, si Valerius interpres ad me nomina gratiosorum scripserit. Alii enim sunt alias: nostrique familiares fere demortui. Publice tamen scripsi, si uti vellet eis Valerius; aut mihi nomina mit-

---

ut neg. susc., ich möchte mich der Sache annehmen. — *statim* properabo vel properarem. — *αἴδεσθεν ... ὑποδέχθαι*, wie ep. 252. ut Graecos Hectore provocante pudebat quidem recusare, sed certamen suscipere verebantur; sic me ab Octaviano ad rem publicam servandam invitatum pudet quidem recusare, sed tamen vereor negotium suscipere. *CORRAD.* Ex Homeri Iliad. VII, 93. — *Is*, Octavianus. — *statim* a se cogi posse. Cfr. ep. 769. — *Si* quis *venerit* in senatum. — *incert. reb.*, bei dieser ungewissen Lage. — *Kal...praesidio* senatui, am 1. Ianuar kann er dem Senat vielleicht den Rücken decken. — *depugn.*, oder es wird noch zuvor ein Hauptgefecht absetzen. — *Cales*, ietzt Calvi. — *Teani*, ietzt Tiano in Campanien. — *ἀπάντησις*, obviam-itio, überall ein Entgegeneilen und Auffordern zur Verwunderung. — *Simul et*. Sic Md. = *simul ac* Cett. praeter Lamb., qui: = *simul atque*. Aliis placebit: *simul ut*, aliis simpliciter: = *simul. OR.* S. Ramsh. §. 179, B, a, 4. Not. 2.

7. *stipulationes*, den Revers, scil. sponsorum Dolabellae, debitoris mei, quibus se Idibus solutum promiserant. *CORRAD.* S. ep. 767, 5. 755, 5. — *prid. Id.* Novembr., 12. November. — *Epist.*, die Empfehlungsschreiben; die er auf Bitten des Attikus zur Empfehlung des Valerius Interpres aufsetzen sollte. Valerius interpres C. Antonii in Macedonia, nisi forte Romae in ipso senatu. Vide ad Attic. I, 12, 2 (16). — *Catina*, Catanea in Sicilien, nahe am Ätna. — *Taurom.*, das ietzige Taormina in Sicilien. — *commod.*, mit mehrer Frucht, mit mehr Erfolg. — *gratiosorum* in istis civitatibus, quibus eum commendasse prosit. *ERN.* „der Männer, die ietzt dort vielen Einfluss haben. — *Alii enim sunt alias* gratiosi, denn das ändert sich täglich. — *demortui*, sind hinweggestorben; seit der Zeit, wo ich auf Sicilien war. S. Oratt. Verr. — *publice* i. e. ad universas civitates s. earum magistratus. — *nomina* gratiosorum. Denn von Briefen an diese versprach er sich mehr Wirkung. — *mitteret*, scil. dic.

teret. De Lepidianis feriis Balbus ad me usque ad III. Kalend. Exspectabo tuas literas: deque Torquati negotiolo sciturum puto. Quinti literas ad te misi, ut scires, quam valde eum amaret, quem dolet a te minus amari. Atticae, quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est, meis verbis suavium des. Vale. 8

EPISTOLA DCCLXXI. (ad Att. XVI. 12.)

Scr. VIII. Id. Nov. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Scribit se arbitrari prid. Id. Romae futurum.

CICERO ATTICO S.

Oppii epistolae, quia perhumana erat, tibi misi exemplum. De Ocella, dum tu muginaris nec mihi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum. Itaque me pridie Idus arbitror Romae futurum. Commodius est visum frustra me istic esse, quum id non necesse esset, quam, si opus esset, non adesse: et simul, ne intercluderer, metuebam. Ille enim iam adventare potest: etsi varii rumores multique, quos cuperem veros. Nihil tamen certi. Ego vero, quidquid est, tecum potius, quam animi pendeam, quum a te absim, et de te et de me.

---

8. *De Lepidianis feriis*, über die Festsetzung der Ferien durch den Oberpontifex Lepidus. S. ep. 749, 4. Scripsi cum Crat. Vict. 1: *Lepidianis*, ut *Catulliana* carmina dicimus, non *Catullana*; nisi Cicero formavit *Lepidinis*, ut alibi in Cdd. certe est *Caesarinus*, *Hirtinus*. *OR.* — *ad me* scripsit. — *usque ad III. Kal.*, dass ich bis zum 29. November abwesend sein könne; dass die Ferien bis zum 29. dauerten. — *Exsp.*, ich werde also erst abwarten. — *Torquati*, ob A. Manlii Torquati (s. ep. 517 im Anf. 524. 526. 559), der de Finib. II, 22, ad Attic. V, 1. und ad Famil. VI, 1 erwähnt wird; oder L. Manlii Torquati de Finibb. 1, 5. ad Attic. IV, 16. VII, 12. IX, 8.? Non male margo 1584: *meque de T. negotiolo sciturum* ex Oxon. 1. 2. *OR.* — *eum amaret*, Q. Ciceronem filium. — *in pueris*, an Kindern. — *meis verbis*, in meinem Namen.

1. C. *Oppii*, eines Freundes von Cicero und vormaligen Legaten des Cäsars in Africa. S. zu ep. 747 im Anf. — *misi* = mitto una cum his literis. — *muginaris*, indem Du darüber brütest, nihil explicans differs. *MANUT.* — *consil. dom.*, einen Entschluss auf meine eigene Gefahr, i. e. a me ipso, proprium. Über *Ocella*, den Pompeianer, s. ad Famil. II, 15, VIII, 7. ad Attic. X, 13. 16. — *pridie Id.* Nov., am 12. November. — *commod.*, gerathener. — *interclud.*, ich möchte von Rom abgeschnitten werden. — *ille enim*, Antonius. — *adventare*, alle Augenblicke ankommen. — *vero*, wirklich, in der That. — *tecum potius* deliberarim. — *quam animi pendeam, quum a te absim*, als hier allein am Kreuze hangen S.

Sed quid tibi dicam? Bonum animum. De Ἡρακλειδείῳ Varronis, negotia salsa. Me quidem nihil unquam sic delectavit. Sed haec et alia maiora coram.

EPISTOLA DCCLXXII. (ad Att. XVI. 10.)

Scr. in Sinuessano VI. Id. Nov. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

De itinere suo scribit et, quid Atticus de accessu ad urbem censeat, quaerit. 1 — 2

CICERO ATTICO S.

VII. Id. veni ad me in Sinuessanum. Eodem die vulgo loquebantur Antonium mansurum esse Casilini. Itaque mutavi consilium. Statueram enim recta Appia Romam. Facile me ille esset assecutus. Aiunt enim eum Caesarina uti celeritate. Verti igitur me a Minturnis Arpinum versus. Constitueram, ut V. Idus aut
2 Aquini manerem aut in Arcano. Nunc, mi Attice, tota mente incumbe in hanc curam. Magna enim res est. Tria sunt autem, maneamne Arpini, an propius accedam, an veniam Romam. Quod censueris, faciam. Sed quam primum: avide exspecto tuas literas. VI. Idus mane in Sinuessano.

Ramsh. §. 107, 6, Not. III, 2. Grotef. §. 244, 5. Zumpt §. 437. — *Bonum animum*, scil. habeto vel habeamus, guten Muth! — *negotia salsa*, das Werk des Varro hast Du recht eingesalzen. Facete scripsisti de Ἡρακλειδείῳ Varronis, meque ea pars literarum tuarum ita delectavit, ut nihil umquam magis. *MANUT.* S. ep. 770, 3.

1. *VII. Id.* Nov., am 7. November. — *ad me*, in meine Villa. S. Ramsh. § 158, 1 Not. — *mansurum esse*, übernachten würde. *recta Appia R.*, gradewegs auf der Appischen Heerstrasse nach Rom zu gehen. — *Caesarina* (s. zu ep. 770, 8). Sic Md. Pantagathi. Cd. Vict. 2. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. = *Caesariana* Cett. *OR.* — *V. Id.*, den 9ten. — *in Arcano*, der Villa seines Bruders Quintus.

2. *incumbe in h. cur.*, lass Folgendes Deine ganze Sorge sein. — *quam primum* responde. — *exspecto*. Er wollte also die Briefboten des Attikus in Arpinas abwarten. S. ep. 774. In Rom wollte er den 12. schon sein. — *VI. Id.*, am 8. November — *mane*, früh Morgens.

EPISTOLA DCCLXXIII. (ad Att. XVI. 13. a.)

Scr. Aquini IV. Id. Nov. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Duabus Attici epistolis respondet et, quo itinere Aquinum pervexerit, narrat. 1 — 2.

CICERO ATTICO S.

O casum mirificum! VI. Idus quum ante lucem de
Sinuessano surrexissem venissemque diluculo ad pontem
Tirenum, qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter
Arpinas, obviam mihi fit tabellarius, qui me offendit
δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα. Ego statim, cedo, inquam, si
quid ab Attico. Nondum legere poteramus. Nam et
lumina dimiseramus nec satis lucebat. Quum autem lu-
ceret, ante scripta epistola ex duabus tuis prior mihi
legi coepta est. Illa omnium quidem elegantissima. Ne
sim salvus, si aliter scribo, ac sentio; nihil legi huma-
nius. Itaque veniam, quo vocas, modo adiutore te. Sed
nihil tam *ἀπροσδιόνυσον* mihi primo videbatur quam ad
eas literas, quibus ego a te consilium petieram, te mihi
ista rescribere. Ecce tibi altera, qua hortaris *παρ' ἠνε-* 2
μόεντα Μίμαντα, νήσου ἐπὶ Ψυρίης, Appiam *ἐπ' ἀρίστερ' ἔχοντα.*

---

1. *O cas. mirif.*, o des wunderschönen Zufalls! — *VI. Id. Nov.*, am 8ten. — *surrexissem*, aufgebrochen. — *Tirenum.* Sic Cd. Tornaes. Crusell. Bos. Seqq. *Tiretium* Priores cum Md. Oxon. I. 2. *OR.* — *δόλιχ. πλ. ὁρμ.*, die lange Seefahrt bedenkend; wie ep. 759, 1. His versibus significatur eum deliberasse, quo itinere Romam proficiscatur: utrum recta via pergat, ne incidat in Antonium (ep. 768, 2.); an quodam anfractu et longiore itinere utatur. *MONGALT.* — *cedo*, her damit! — *ab Attico* epistolarum habes. — *legi*, vorgelesen werden. — *scribo* i. e. loquor. — *modo adiutore te*, modo mihi sis adiutor. — *Sed*, scil. quum, quae ad me scripseras, mecum reputarem. — *ἀπροςδιόνυσον*, tam parum ad rem faciens, ineptum, alienum, unpassend, unzweckmässig; wie ein quid haec ad Bacchum? Nach dem Griechischen Sprichworte: *οὐδὲν πρὸς Διόνυσον*, das geht den Bacchus Nichts an! — *ad eas.* Sic Man. Lamb. *has* Cett. *OR.* — *consilium*, über den zu nehmenden Weg.

2. *Ecce tibi.* S. Ramsh. §. 125, 2. 119. — *altera* epistola mihi legi coepta est. — *παρ' ἠνεμ. . . . ἔχοντα*, worin Du mir räthst „Grad auf Psyria hin am Hang des stürmischen Mimas" die Appische Strasse „zur Linken behaltend" meinen Hinweg nach Rom zu nehmen. Attikus rieth also dem Cicero, bei seiner Heimkehr aus Campanien wegen des Antonius (s. ep. 771 *intercluderer*) nicht grades Weges auf der Appischen Strasse, sondern durch die Arpinatische Insel, so dass er iene Strasse links liesse, nach Rom zu reisen. Eine Anspielung auf Homers Odyss. III, 171 ff., wo Nestor wegen der Rückfahrt von Troia überlegt, ob sie oberhalb der Insel Chios grade auf die In-

Itaque eo die mansi Aquini. Longulum sane iter et via inepta: inde postridie mane proficiscens has literas dedi. * *

EPISTOLA DCCLXXIV. (ad Att. XVI. 13. b.)

Dat. III. Id. Nov. in Arpinati A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Quaerit, num propius accedere possit. Attico consulenti, quid sibi censeat faciendum, respondet: de historia scribenda se coram cum Attico collaturum scribit. 1—2. XVI, c. 1—2.

[CICERO ATTICO S.]

* * * * et quidem, ut a me dimitterem invitissimus, fecerunt Erotis literae. Rem tibi Tiro narrabit. Tu, quid faciendum sit, videbis. Praeterea, possimne propius accedere — malo enim esse in Tusculano aut uspiam in suburbano — an etiam longius discedendum putes, crebro ad me velim scribas. Erit autem quotidie,
2 cui des. Quod praeterea consulis, quid tibi censeam faciundum, difficile est, quum absim. Verumtamen, si pares aeque inter se, quiescendum: sin; latius manabit, et quidem ad nos; deinde communiter.

---

sel Psyria, sie selbst iedoch zur Linken behaltend, oder unterhalb Chios neben dem stürmischen Mimas vorbei steuern sollten. Unter Mimas wird hier der Apenninus verstanden, der den von Minturnä nach Arpinum Reisenden rechts, so wie die Appische Strasse links, lag; unter Psyria dagegen Arpinum, weil es zwischen dem Apenninus und der Appischen Strasse befindlich war, wie Psyria zwischen Chios und Mimas. — *via inepta* fuit i. e. incommoda, longulo itineri parum apta. Er hatte bei dem Umwege verdriessliche Feld- und Bergwege zu passiren gehabt.

1. ** * * * et quidem.* Novae epistolae hinc initium fecit cum Mongaltio Sch. Lün. *dedi. Tironem quidem* Lamb. in m. 1584. *OR.* Dass hier ein neuer Brief anfängt, ergibt sich aus dem verschiedenen Datum. Der vorhergehende ist IV. Id. zu Aquinum, dieser am III. Idus zu Arpinas geschrieben. Siehe das Ende des Briefes XVI, 13. c. Schütz ergänzt die hier befindliche Lücke auf folgende Weise: *Tantum quod* (kaum) *in Arpinas veneram, Tironi has ad te literas dedi.* Da *literas dedi* auch am Ende des vorigen mit diesem in Eins fortlaufenden Briefes stand, so konnte das Auge des Abschreibers leicht auf diess *literas dedi* abgleiten und die dazwischen befindlichen Worte auslassen. — *invitissimus*, so ungern ich es auch thue. — *aut usp. in suburb.*, oder sonst wo in der Nähe der Stadt. — *cui des*, tabellarius.

2. *consulis*, mich befragst. — *difficile est*, so ist diese Aufgabe für mich schwer zu beantworten. — *absim* Roma. — *si pares . . . inter se*, wenn die Parteien des Antonius und Octavianus unter sich gleich sind. — *quiesc.*, so muss man sich ruhig verhalten. — *sin*, ist das nicht der Fall. — *latius manabit* i. e. si alteruter superior

(ad Attic. XVI. 13. c.)

[CICERO ATTICO S.]

Avide tuum consilium exspecto. Timeo, ne absim, quum adesse me sit honestius: temere venire non audeo. De Antonii itineribus nescio quid aliter audio, atque ut ad te scribebam. Omnia igitur velim explices et ad me certa mittas. De reliquo quid tibi ego dicam? Ardeo 2
studio historiae — incredibiliter enim me commovet tua cohortatio — quae quidem nec institui nec effici potest sine tua ope. Coram igitur hoc quidem conferemus. In praesentia mihi velim scribas, quibus consulibus C. Fannius M. F. tribunus pl. fuerit. Videor mihi audisse P. Africano, L. Mummio censoribus. Id igitur quaero. Tu mihi de iis rebus, quae novantur, omnia certa, clara. III. Id. ex Arpinati.

---

fuerit, tum latius manabit negotium et ad nos quoque magis pertinebit. *SCH.* — *communiter* deliberabimus, quid nobis agendum sit.

1. *Avide.* Novae epistolae initium hinc faciunt Cdd. Bosii in Add. et Crat. *OR.* — *Timeo, ne absim,* ich scheue mich abwesend zu sein; nämlich von Rom. — *temere,* auf's Gerathewohl. Sic Cd. Bos. in Add. Lamb. *timere* Md. Sed *timere* linea notatum. *OR.* — *atque ut.* Sic Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Man. prob. Handio ad *Wopkens.* p. 119 et *Tursell.* p. 471. om. *ut* Lamb. Bos. Seqq. *OR.* Vgl. Moser zu Tuscul. III, 30, 73. — *scribebam* ep. 768, 2. — *explic.*, suche Allem auf den Grund zu kommen.

2. *De reliquo,* über den Schluss Deines Briefs. — *studio historiae,* vor Begierde ein historisches Werk zu Stande zu bringen. Sein Tod kaum 12 Monathe von ietzt hinderte ihn daran. — *cohortatio,* wie de Legg. I, 2. — *institui,* angelegt, *effici,* vollendet werden. — *confer.*, wir wollen besprechen. — *quibus consulibus* = quo anno. Vid. Pigh. *Annal.* a. u. c. 611 p. 477. — *C. Fannius M. F.* ist nicht zu verwechseln mit C. Fannius C. F., der nach frühern Briefen als Befehlshaber nach Sicilien geschickt wurde. Iener, wonach Cicero fragt, ein Tochtermann des C. Caelius, war ein so angesehener Historiker, dass M. Brutus aus einem seiner Werke einen Auszug machte. S. ep. ad Attic. IV, 16. XII, 5. Brut. 26. u. 21. u. 87. Orat. II, 67. Tuscul. V, 17. de Legg. I, 2. — *censoribus,* nicht, wie Einige geben, *consulibus,* denn Consuln waren sie nicht zugleich. Permira semper erit quaestio, „quibus censoribus aliquis fuerit tribunus plebis?“ Contra audisse sibi visus erat Tullius, Fannium tribunum pl. nescio quid egisse in censura P. Africani, L. Mummii: ambigebat autem, utrum a. u. c. 610 (611. Varr.) an 611 (612 Varr.)? *OR.* Nempe censurae tempus XVIII. mensium attingebat duo consulum paria. Ceterum P. Africanus et L. Mummius censores lustrum condiderunt a. u. c. 611. — *de iis,* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. *de his.* — *quae novantur,* die zu den neuen Umwandlungen gehören, — *clara* ad me scribes. — *III. Id.*, am 11. November.

EPISTOLA DCCLXXV. (ad Att. XVI. 14.)

Scr. in Arpinati IV. Idib. Nov. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Tribus Attici epistolis respondet. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Nihil erat plane, quod scriberem. Nam quum Puteolis essem, quotidie aliquid novi de Octaviano, multa etiam falsa de Antonio. Ad ea autem, quae scripsisti — tres enim acceperam III. Idus a te epistolas — valde tibi assentior, si multum possit Octavianus, multo firmius acta tyranni comprobatum iri quam in Telluris atque id contra Brutum fore: sin autem vincitur, vides
2 intolerabilem Antonium: ut, quem velis, nescias. O Sestii tabellarium, hominem nequam! Postridie Puteolis Romae se dixit fore. Quod me mones, ut pedetentim, assentior: etsi aliter cogitabam. Nec me Philippus aut Marcellus movet. Alia enim eorum ratio: et, si non est, tamen videtur. Sed in isto iuvene, quamquam animi satis, auctoritatis parum est. Tamen vide, si forte in Tusculano recte esse possum, ne id melius sit, — ero

---

1. *erat* = est; *scriberem* = scribam. — *de Octaviano* = Octavio; denn erst am 22. Sept. des folg. Iahrs 711, als er zum Consul erwählt und mit consularischer Pracht in Rom eingezogen nach vollbrachtem Opfer als solcher durch eine lex curiata bestätigt war, erhielt er durch dieselbige Acte den Namen C. Iulius Caesar *Octavianus*. Doch nannte man ihn schon früher oft honoris causa eben so. — *falsa*, falsche Nachrichten. — *Ad ea autem* ut respondeam. — *III. Id.* am 12. November. — *multum possit*, zu grosser Macht gelangen d. i. die Oberhand gewinnen sollte; im Gegens. von vincitur. — *firmius*, kräftiger. — *acta tyranni* Caesaris, Cäsars Verordnungen. — *in Telluris* templo, quo in loco decretum est, ut, quae Caesar statuisset, decrevisset, egisset, rata manerent. *MANUT.* Vid. ep. 740, 11. — *atque id contra Br.*, und zwar geradezu gegen Brutus. — *intolerabilem* fore, futurum esse. — *ut, quem velis, nescias*, so dass man nicht weis, Wen von beiden man sich wünschen soll.

2. *Sestii*. S. ep. 767, 5. An *Sexti* Peducaei? *ORELLI*. S. ep. 770, 1. — *ut pedetentim* agam contra Antonium, nur Schritt für Schritt gegen Antonius zu handeln. — *movet* me, „ist ein Grund für mich." Attikus hatte den Cicero ermahnt, dem Philipp und Marcell, die sich nicht übereilten, nachzuahmen. L. Philippus hatte die Atia, Octavians Mutter, zur Frau; C. Marcellus aber die Tochter der Atia, die Schwester des Octavianus. Dennoch tadelten iene des Iünglings rasches und kühnes Vorschreiten, mit aus Furcht vor Antonius; und die leibliche Mutter sah es ungern, dass er Cäsars Namen und Adoption annahm. Cicero dagegen ward nur von dem Gedanken geleitet, zum zweiten Mahle der des Retters Vaterlandes zu werden. — *ratio*, Verhältniss. — *iuvene*, Octaviano. — *vide*, überlege. — *recte*, sicher. Für das handschriftliche *possum* Einige *possim*. — *ne id*, ob das nicht. Sic Edd. meae

libentius: nihil enim ignorabo — an hoc, quum Antonius venerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium, 3
quin, quod Graeci *καθῆκον*, nos *officium*. Id autem, quid dubitas, quin etiam in rem publicam praeclare caderet? Nonne dicimus, *consulum officium, senatus officium, imperatoris officium?* Praeclare convenit: aut da melius. Male narras de Nepotis filio. Valde mehercule 4
moveor et moleste fero. Nescieram omnino esse istum puerum. Caninium perdidi, hominem, quod ad me attinet, non ingratum. Athenodorum, nihil est, quod hortere. Misit enim satis bellum *ὑπόμνημα*. Gravedini, quaeso, omni ratione subveni. Avi tui pronepos scribit ad patris mei nepotem se ex Nonis iis, quibus nos magna gessimus, aedem Opis explicaturum, idque ad populum. Videbis igitur et scribes. Sexti iudicium exspecto.

---

ante Ern. *idne* Ern. tacite cum marg. 1584. Sch. Lün. *nec id* Md. *ORELLI.* — *ero* ibi. — *nihil enim ignorabo*, denn Nichts wird mir da unbekannt bleiben. — *an hoc* faciam.

3. *ut aliud ex alio*, um von Einem auf das Andere zu kommen. — *officium* recte vertamus. Attikus hatte daran gezweifelt. S. ep. 769, 4. — *praeclare caderet,* wie kannst Du bezweifeln, dass diese Bedeutung sonnenklar auch in unserer Staatssprache üblich ist. — *imperatoris officium.* Sic Crat. Lamb. probabiliter e Cod. Tornaes. Tria autem membra huc in primis quadrant. om. *imp. officium* Cett. cum Md. *ORELLI.*

4. *de Nepotis filio* nuper mortuo. Es war der Sohn des Schriftstellers Cornelius Nepos. — *esse istum puerum,* dass dieser Sohn existirte. Man sieht, dass Cicero und Cornelius Nepos einander ziemlich fremd waren. Auch ist Cicero's Leben von Nepos Hand nicht auf die Nachwelt gekommen. — C. *Caninium* Gallum *perdidi* scil. his diebus mortuum. Vid. ad Famil. I, 2. II, 8. VII, 1. IX, 2. 6. — *Athenodorum.* S. ep. 770, 4. — *ὑπόμνημα,* Epitome, Auszug. — *Gravedini.* S. ep. 770, 3. — *pronepos.* Pomponia, die Gemahlinn des Quintus Cicero, war eine Schwester des Attikus. Ihr Sohn, der iüngere Quintus, war also ein Urenkel ihres und mithin auch des Attikus Grossvaters. Eine wohl berechnete halb scherzhafte Umschreibung statt unser Neffe Quintus hat an meinen Sohn Cicero geschrieben. Man sieht, will er sagen, dass noch altes Ciceronisches Geblüt in dem Busen der Burschen rollt; der iunge Quintus se Catonem promiserat. — *ex Nonis iis* (*his* Asc. pr. Crat. Vict.) Decembribus, an denselben Nonen (5. December). — *quibus non magna* gessimus i. e. quo die olim Lentulum, Cethegum aliosque ex coniuratione Catilinaria lictori tradidimus necandos. — *aedem Opis explicat.*, wolle er den Antonius über die Ausplünderung des Tempels der Ops zur Rechenschaft ziehen; rationem exacturum ab Antonio eius pecuniae, quam ex aede Opis abstulit, a Caesare depositam; et est *explicaturum* palam facturum, quid in Opis aede pecuniae fuerit, eamque repetiturum. Vid. Philipp. II, c. 37. *MANUT.* — *ad populum,* vor dem Volke. Wie? als Tribunus plebis, wozu ihn Antonius schon hatte ernen-

EPISTOLA DCCLXXVI. (ad Att. XVI. 15.)

Scr. in Arpinati exeunte Nov. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Queritur se a Dolabella improbissime tractari; laudat Attici iudicium de Octaviano, seque ad nomina sua expedienda mox Romam venturum nuntiat. 1—6.

CICERO ATTICO S.

Noli putare pigritia me facere, quod non mea manu scribam: sed mehercule pigritia. Nihil enim habeo aliud, quod dicam; et tamen in tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. Sed ad rem venio. Ego, si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitassem fortasse, utrum remissior essem, an summo iure contenderem. Nunc vero etiam gaudeo mihi causam oblatam, in qua et ipse sentiat et reliqui omnes me ab illo abalienatum: idque prae me feram, et quidem me mea facere et rei publicae causa, ut illum oderim: quod, quum eam me auctore defendere coepisset, non modo deseruerit, emptus pecunia, sed etiam, quantum in ipso fuit,
2 everterit. Quod autem quaeris, quomodo agi placeat, quum dies venerit; primum velim eiusmodi sit, ut non alienum sit me Romae esse; de quo, ut de ceteris, faciam, ut tu censueris. De summa autem agi prorsus vehementer et severe volo. Etsi sponsores appellare vi-

---

nen wollen (ep. 733)? Ein solcher trat erst am 10. December nach Livius und Dionys. Halic. sein Amt an. Also als aedilis plebis, dessen Amt mit dem 5. December begann (s. Verrin. I, 10.), denn die übrigen Magistrate fingen an mit dem ersten Ianuar. — *Sexti* Peducaei *iudicium* de Philippica secunda. Vid. ep. 770, 1.

1. *facere quod.* S. Ramsh. §. 203, III, 3. — *et tamen*, quod mihi solatio est. — *Alexim* st. Alexis manum. Fuit Attici amanuensis, cuius manus in scribendo proxime ad Attici manum accedebat. *SCH.* — *improb.*, höchst unredlich; qui quum mihi pecuniam deberet et de solutione asseveranter quotidie promitteret, diu variis excusationibus ludificans ad extremum ne numo quidem persoluto in Syriam profectus est. *MANUT.* S. zu ep. 389. im Anf. — *utrum rem. essem* cet., ob ich glimpflicher oder nach dem strengsten Rechte mit ihm verfahren sollte. — *caus. obl.*, Gelegenheit zu einem Processe zu haben. — *reliqui omnes* eius asseclae. — *idque prae me feram*, und ich werde es laut sagen, auf auf der Stirne tragen. — *defendere*. Vgl. ep. 700. — *emptus pecunia* ab Antonio.

2. *quomodo agi placeat*, wie ich den Process wollte eingeleitet wissen. — *dies*, der Zahlungstag. — *eiusmodi sit*, es möchten die Umstände von der Art sein. — *alienum*, ungerathen. — *Romae*, um nach der Lage der Dinge diese oder iene Massregel ergreifen zu können. — *De summa*, was die Sache selbst anlangt. — *Etsi*

detur habere quandam δυσωπίαν: tamen hoc, quale sit, consideres velim. Possumus enim, ut sponsores [non] appellentur, procuratores introducere: — neque enim illi litem contestabuntur: — quo facto non sum nescius sponsores liberari. Sed et illi turpe arbitror eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores eius non dissolvere; et nostrae gravitatis ius nostrum sine summa illius ignominia persequi. De hoc quid placeat, rescribas velim: nec dubito, quin hoc totum lenius administraturus sis.
3 Redeo ad rem publicam. Multa mehercule a te saepe ἐν πολιτικῷ genere prudenter: sed his literis nihil prudentius: *quamquam enim † postea in praesentia belle iste puer retundit Antonium, tamen exitum exspectare debemus.* At quae concio! Nam est missa mihi. Iurat,

---

. . δυςωπίαν, obgleich ein unmittelbarer Angriff auf Die, welche sich für ihn verbürgt haben, Etwas Beschämendes mit sich führt. — *quale sit*, wie es etwa anginge, sich machen liesse. — [*non*] praebet Cod. sive coniectura acutissimi Ursini. Necessario requiritur. Tum emendes *appellemus*. (Philipp. 11. §. 13. ad Divers. 16, 24.). De difficillimo hoc loco consule eximii Icti Kelleri librum de *Litis Contestatione* p. 463—479. *ORELLI.* „um die Bürgen nicht zu belangen.“ — *procuratores* Dolabellae *introducere* i. e. aggredi, die Geschäftsträger des Dolabella angreifen. — *neque . . illi*, procuratores, *litem contestabuntur*, denn diese werden die contestatio *litis* d. i. die Einleitung des Processes nicht annehmen; sondern bezahlen, damit Dolabella nicht beschimpft werde. — *Sed et illi turpe* fore, es würde ia ehrenrührig für ihn sein, wenn seine Procuratoren für eine Schuld, die er durch Bürgen versichert hat, die Zahlung nicht selbst übernähmen. — *gravitatis* est od. esse, und es ist meiner Würde gemäss, mein Recht zu verfolgen, ohne grade seine Ehre unmittelbar auf's Spiel zu setzen. Nämlich dadurch, dass man die aufgestellten Bürgen angriffe. — *lenius*, gelinder, schonender.

3. *prudenter* provisa, vielen Scharfblick hast Du oft in der Politik bewiesen. — *quamquam enim † postea.* Sch. del. *postea.* Sic scripserat Atticus: *quamquam enim, postprincipia, belle iste puer retundit Antonium, tamen exitum.* Id est: „*quamquam enim, postprincipia* ut aiunt, post hos primos suos conatus, inde ab hoc tempore“ cet. Cfr. inprimis Sestianam §. 118. *Postprincipia atque exitus flagitiosae vitae:* quo loco, ut hic, utrumque iungitur vocabulum *postprincipia, exitus.* Gronov. *Observ.* 4. 10, p. 634, ubi laudat Varronis R. R. 3, 4, 1. *ut aiunt, postprincipia* [*in castris*] *id est, ab his potius temporibus, quam superioribus. ORELLI.* Cfr. Plaut. Pers. IV, 1, 4. Gellius XVI, 9, 18. „Obgleich, sagst Du, zeither dieser iunge Mann (Octavian) dem Antonius seine Fechterstösse trefflich zurück gibt.“ — *quae concio!* In ea concione Octavianus res gestas patris Iulii Caesaris in memoriam populi revocavit, Antonium accusavit, milites, qui se ducem secuti essent, laudibus ornavit seque una cum iis ita animatum esse dixit, ut obsequi ad omnia et inservire patriae vellet. Haec autem in templo

ita sibi parentis honores consequi liceat: et simul dextram intendit ad statuam. Μηδὲ σωθείην ὑπό γε τοιούτου! Sed, ut scribis, certissimum esse video discrimen, Cascae nostri tribunatum: de quo quidem ipso dixi Oppio, quum me hortaretur, ut adolescentem totamque causam manumque veteranorum complecterer, me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset eum non modo non inimicum tyrannoctonis, verum etiam amicum fore. Quum ille diceret ita futurum: Quid igitur festinamus? inquam. Illi enim mea opera ante Kalend. Ianuar. nihil opus est. Nos autem eius voluntatem ante Idus Decembr. perspiciemus in Casca. Mihi valde assensus est. Quamobrem haec quidem hactenus. Quod reliquum est, quotidie tabellarios habebis, et, ut ego arbitror, etiam, quid scribas, habebis quotidie. Leptae literarum exemplum tibi misi; ex quo mihi videtur στρατύλλαξ ille deiectus de gradu. Sed tu, quum legeris, existimabis.

4 Obsignata iam epistola, literas a te et a Sexto accepi. Nihil iucundius literis Sexti, nihil amabilius: nam tuae, breves; priores erant uberrimae. Tu quidem et prudenter et amice suades, ut in his locis potissimum sim, quoad audiamus, haec, quae commota sunt, quorsus

---

Castoris et Pollucis habita, quum ei Ti. Canutius trib. pl. Antonio infensus concionem advocasset. Vid. Dio libr. XLV. Appian. lib. III. *MANUT.* — *Ita . . . liceat,* so wahr es ihm erlaubt sein möge zu den Würden seines Vaters Cäsar zu gelangen! Für einen Cicero war so Mehr als genug gesagt. — *statuam* Caesaris. Sie war also wieder aufgerichtet. — Μηδὲ σωθ. ὑπό γε τοιούτου, ab isto homine ne salutem quidem impetrare velim. Scil. istis verbis satis declaravit se Caesarem imitaturum. — *discrimen,* ex quo totius rei eventus cognosci poterit, der sicherste Entscheidungspunct wird Casca's Tribunat sein. Denn, wenn Octavian die Mörder des Cäsars wirklich verfolgen will, so muss seine Rache diesen Casca zuerst treffen, den er sicher nicht wird zum Tribunat gelangen lassen. Und doch gaben die Consuln Octavian und Pansa diess zu; ersterer, um seine Gesinnung noch zu verhehlen. S. den Brief des Antonius in Philipp. XIII. — *complect.,* dass ich mich annehmen möchte. — *in Casca,* bei Casca's Antritt des Tribunats. — *quid scribas.* Sic Md. Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Man. *quod* Lamb. Bos. Seqq. *ORELLI.* — στρατύλλαξ. imperatorculus. Sic M. Antonium per contemptum vocat, quem legiones deserebant ad Octavianum se conferentes. = gladiator, ut in Philipp. II, 29. — *de statu deiectus,* aus seiner Position getrieben zu sein Verba translata a re gladiatoria, ut ad Fam. VII, 13.

4. *a Sexto* Peducaeo, post lectam ab eo orationem Philippicam secundam. Vid. ep 775. fin. — *uberr.,* freilich inhaltsschwerer. — *sim,* mich aufhalten solle. — *quoad* — bis. — *quorsus.* Sic Md. Vict. 1. = *quorsum* Cett. *ORELLI.*

evadant. Sed me, mi Attice, non sane hoc quidem tempore movet res publica; non quo aut sit mihi quidquam carius aut esse debeat; sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Quare ista valeant; me res familiaris movet: rem dico? immo vero existimatio. Quum enim tanta reliqua sint, ne Terentiae quidem adhuc, quod solvam, expeditum est. Terentiam dico? Scis nos pridem iam constituisse Montani nomine HS xxv. dissolvere. Pudentissime hoc Cicero petierat, ut fide sua. Liberalissime, ut tibi quoque placuerat, promiseram; Erotique dixeram, ut sepositum haberet. Non modo; sed iniquissimo fenore versuram facere Aurelius coactus est. Nam de Terentiae nomine, Tiro ad me scripsit te dicere, nummos a Dolabella fore. Male eum credo intellexisse, si quisquam male intelligit; potius, nihil intellexisse. Tu enim ad me scripsisti Cocceii responsum et iisdem paene verbis Eros. Veniendum est igitur vel in ipsam flammam. Turpius est enim privatim cadere quam publice. Itaque ceteris de rebus, quas ad me suavissime scripsisti, perturbato animo, non potui, ut consueram, rescribere. † Consenti in hac cura, ubi

---

5. *me . . . movet,* mich interessirt. — *desper.* Aufgegebenen. — *ista valeant,* lassen Wir das Alles fahren. — *res fam.*, die Angelegenheit meines Hauses. — *existim.* movet, meine Ehre vielmehr. — *quum . . reliqua sint,* denn ungeachtet meines so grossen Guthabens, Überschusses. — *expeditum,* herbei geschafft. — *constit.*, dass ich längst mich anheischig gemacht hatte Dir 25,000 Sestertien = 2500 Flor. für Montanus zu zahlen. Montanus, der bei Cicero's Sohne in Athen Begleiter war (s. ep. 581), hatte diese Schuld dem Plancus zu entrichten. Also war auch der Hofmeister nicht ohne Schulden geblieben! — *Pudentissime* cet., sehr verschämt hatte mein Sohn darum gebeten, da er sich dafür verbürgt habe. — *ut sepositum hab.*, diese Summe in Bereitschaft zu halten. — At *non modo* nihil solutum est. — *sed . . . coactus est,* sondern mit dem schändlichsten Wucherzins musste Aurelius, des Montanus Procurator, das Geld aufleihen. Über Aurelius s. ad Divers. XVI, 24. — *Nam* = doch, was die noch an Terentia schuldigen Gelder betrifft. — *nummos a D. fore,* dass Gelder von Dolabella eingehen würden. — *Cocceii.* Cocceius unus ex procuratoribus Dolabellae in Syriam profecti Attico pecuniam Ciceronis petenti ita responderat, ut sperandum omnino nihil videretur. *MANUT.*

6. *flammam* belli civilis, quod erupturum esse videtur. Cfr. ep. 760, 2. Auch seine Schuldensachen und Processe darüber meint er. — *privatim* z. B. durch Schulden. Mit desshalb wollte er nach Rom. — *publice,* vor Aller Augen. — *perturbato animo,* wegen Unruhe meines Herzens. — *consueram,* so, wie ich sonst pflege. — *Consenti in hac cura,* nimm mitfühlend Antheil an der Pein. — *ubi* = in qua. — *ut me expediam,* damit ich mich retten

sum, ut me expediam: quibus autem rebus, venit quidem mihi in mentem; sed certe constituere nihil possum, priusquam te videro. Quî minus autem ego istic recte esse possim, quam est Marcellus? Sed non id agitur: neque id maxime curo. Quid curem, vides. Adsum igitur.

EPISTOLA DCCLXXVII. (ad Div. XI. 5.)

Scr. Romae circa Id. Decembr. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Excusat se, quod D. Bruti literis non responderit; hortatur ad libertatem recuperandam et suum studium et officia pollicetur. 1—3.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

Lupus familiaris noster quum a te venisset quumque Romae quosdam dies commoraretur, ego eram in iis

---

könne. Orelli vermuthet nach Handschriften *ceteris de rebus* . . *perturbato animo, non potui* . . *rescribere constanti. Constitui in hac cura* cet. *Constituere,* ut aliquoties est apud Cic. cfr. supra Ep. 10. §. 1. et certius etiam exemplum *de Finibb.* 5, 1: *constituimus . . ut ambulationem . . . conficeremus.* — *quibus autem rebus* me expedire possim, durch was für Ausflüchte ich mir helfen könne. — *certe.* Man. Lamb. *certo.* Nemo *certi:* neque necessarium puto. Cfr. *Philipp.* 7, §. 3: *nihil eum nisi modeste postulare,* al. *modesti,* al. *modestum. ORELLI.* — *non id ag.,* doch davon ist ietzt nicht die Rede. Über Marcellus s. ep. 775, 2. — *Quid curem,* Was mich beunruhigt; die Lage des Staats und seines Haushalts. — *Adsum igitur,* ich komme also. V. Idus Decembris Romam venit nec postea urbem prius reliquit quam re publica prorsus desperata, sub auctumnum anni sequentis. *SCH.* Darum hören hier die Briefe ad Atticum auf. Am 17. December des Iahrs 711 ward er gemordet: Sein letzter Brief ad Divers. ist im Iulius dieses Iahrs abgefasst. Wo sind die Briefe der letzten vier Monathe geblieben, die für die Geschichte dieser Schreckenszeit als einziges Zeugniss eines solchen Augenzeugen so wichtig wären? Vernichtet sind sie wegen ihrer Berührungen mit Antonius und Octavianus. Zum Verständniss der nachfolgenden Briefe dieser Ausgabe und zu vielfacher Belehrung über diesen schrecklichen Zeitpunct diene die vortreffliche Abhandlung betitelt: Cicero's vier letzte Lebensmonathe in Wielands siebtem Bande von p. 439 bis 476.

D. BRUTO. S. zu ep. 762. im Anf. Antonius hatte bereits Rom verlassen, um diesem D. Brutus seine Provinz, das diesseitige Gallien, zu entreissen.

1. *Lupus,* ein legatus des D. Brutus. Über diesen P. Rutilius Lupus vgl. ad Famil. I, 1. XI, 5. 6. 12. ad Attic. VIII, 12. IX, 1. Caes. Bell. Civ. III, 55. — *ego eram,* commorabar, befand ich mich noch. — *in iis,* Md. Vict. 2. *in his;* i. e. in secessu, in quo cet. —

locis, in quibus maxime tuto me esse arbitrabar. Eo factum est, ut ad te Lupus sine meis literis rediret, quum tamen curasset tuas ad me perferendas. Romam autem veni a. d. v. Idus Decembres, nec habui quidquam antiquius, quam ut Pansam statim convenirem: ex quo ea de te cognovi, quae maxime optabam. Quare hortatione tu quidem non eges, si ne in illa quidem re, quae a te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti. Illud tamen breviter significan- 2
dum videtur, populum Romanum omnia a te exspectare atque in te aliquando reciperandae libertatis omnem spem ponere. Tu, si dies noctesque memineris, quod te facere certo scio, quantam rem gesseris: non obliviscere profecto, quantae tibi etiamnunc gerendae sint. Si enim iste provinciam nactus erit, cui quidem ego semper amicus fui ante, quam illum intellexi non modo aperte, sed etiam libenter cum re publica bellum gerere, spem reliquam nullam video salutis. Quamobrem te obsecro iis- 3
dem precibus, quibus S. P. Q. R., ut in perpetuum rem publicam dominatu regio liberes, ut principiis consentiant exitus. Tuum est hoc munus, tuae partes: a te hoc civitas vel omnes potius gentes non exspectant solum, sed etiam postulant. Quamquam, quum hortatione non egeas, ut supra scripsi, non utar ea pluribus verbis: faciam illud, quod meum est, ut tibi omnia mea officia studia, curas cogitationes pollicear, quae ad tuam lau-

---

curass. . . perfer., ungeachtet er mir . . . hatte überbringen lassen. — *V. Id. Dec.*, am 9. December. — *nec habui . . . antiquius*, und ich liess meine erste Sorge sein. *antiquius* = prius, potius, magis curandum. — *si . . . quidem*, da Du ia. — *re maxima*, Caesaris caede. — *desiderasti*, bedurftest, nöthig hattest; non tibi opus fuit monitore.

2. *significandum* scil. tibi, Das iedoch glaub' ich Dir mit Wenigem bemerken zu müssen. — *aliquando*, endlich einmahl, dereinst. — *quantae . . gerendae sint*, „was für bedeutende Thaten Du noch durchzuführen hast.“ Nämlich den Antonius aus dem Wege zu räumen oder doch zu bändigen. — *iste*, der Bewusste. Si Antonius provinciam, cui tu nunc praees, i. e. Galliam Cisalpinam, nactus sit. *SCH.* — *libenter*, nec necessitate nec casu quodam coactum, aus Lust, con amore. — *cum re publ. b. gerere*, unsern Freistaat, unsere Freiheit bekriegen.

3. *dominatu regio*, von der Alleinherrschaft eines Königs, des Antonius. Tyrannus, rex dem Republikaner unerträgliche Gegenstände. — *principiis*, dass dem Anfange, d. i. der Ermordung des Cäsars, nun auch der Ausgang entspreche. — *partes*, Rolle. —

dem et gloriam pertinebunt. Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me quum rei publicae causa, quae mihi vita mea est carior, tum quod tibi ipsi faveam tuamque dignitatem amplificari velim, tuis optimis consiliis, amplitudini, gloriae nullo loco defuturum.

EPISTOLA DCCLXXVIII. (ad Div. XI. 6.)

Scr. Romae circa X. Kal. Ian. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Bruto dignitatem suam Ciceroni commendanti respondet, sibi eam curam fore, idque a se iam in senatu declaratum esse. 1—2.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

Lupus noster quum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane convenit tuaque mihi mandata diligentissime exposuit et literas reddidit. Quod mihi tuam dignitatem commendas, eodem tempore existimo te mihi meam dignitatem commendare: quam mehercule non habeo tua cariorem. Quare mihi gratissimum facies, si exploratum habebis tuis laudibus nullo loco nec consilium nec studium meum defuturum.
2 Quum tribuni plebis edixissent, senatus adesset a. d. XIII. Kal. Ian., haberentque in animo de praesidio consulum designatorum referre; quamquam statueram in senatum ante Kal. Ian. non venire: tamen, quum eo die ipso edictum tuum propositum esset, nefas esse duxi aut ita haberi senatum, ut de tuis divinis in rem publicam meritis sileretur — quod factum esset, nisi ego venissem — aut, etiam si

---

quae . . . pertinebunt, die auf . . . Bezug haben können. — *tuis optimis.* Md. Crat. *me tuis,* quae repetitio quibusdam elegans videbitur. Sed cfr. finem simillimum seq. epist. *ORELLI.*

1. *postridie* = postero die. — *tuaque.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *tua* Vict. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* — *Quod . . . commendas,* wenn Du mir die Erhaltung Deines Ansehens empfiehlst; scil. scito. — *meam dignitatem;* so innig ist unser beiderseitiges Ansehen mit einander verflochten: perinde est ac si meam mihi commendes dignitatem. Voc. *dignitatem* tamquam a glossatore additum Ern. [ ], Sch. Lün. del. *ORELLI.* — *exploratum* i. e. pro certo habebis, wenn Du es für ausgemacht annimmst.

2. *edixissent,* durch einen Anschlag bekannt gemacht hatten. — *adesset,* solle sich versammeln. — *XIII. Kal. Ian.,* am 20. December. — *de praesidio . . . referre,* „auf die Beschützung der ernannten Consuln, Hirtius und Pansa, beim Antritt ihres Amts anzutragen.“ Diess geschah auch. Als sie ihr Amt antraten, war das Rathhaus und der Versammlungssaal aus Furcht vor den Antonianern mit Garden besetzt. — *edictum tuum,* quo pollicebaris te provinciam Galliam retenturum in tua et senatus P. Q. R. po-

quid de te honorifice diceretur, me non adesse. Itaque in senatum veni mane. Quod quum esset animadversum, frequentissimi senatores convenerunt. Quae de te in senatu egerim, quae in concione maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoscere. Illud tibi persuadeas velim, me omnia, quae ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quae est per se amplissima, summo semper studio suscepturum et defensurum: quod quamquam intelligo me cum multis esse facturum, tamen appetam huius rei principatum.

EPISTOLA DCCLXXIX. (ad Div. XI. 7.)

Scr. Romae exeunte Decembri A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Suadet, ne in salute populi Romani senatus auctoritatem exspectet, sed, quod sibi rectum videatur, faciat. 1—3.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

Quum adhibuisset domi meae Lupus me et Libonem et Servium, consobrinum tuum, quae mea fuerit sententia, cognosse te ex M. Seio arbitror, qui nostro sermoni interfuit. Reliqua, quamquam statim Seium Graeceius est subsecutus, tamen ex Graeceio poteris cognoscere.

---

testate. Cfr. Philipp. IV, c. 3. V. VI. — *si quid . . . diceretur*, wenn auch Deiner mit Ehren, mit Ruhm gedacht würde.

3. *egerim*, verhandelt, vorgetragen habe; nämlich in der dritten Philippischen Rede. — *in concione maxima*, in der zahlreichsten Volksversammlung; vor welcher er die vierte Philippische Rede hielt. — *defensurum*, verfechten werde, d. i. durchzusetzen suchen werde. — *cum multis* i. e. quia multi sunt, qui tuae dignitati faveant eamque defendant. „dass Viele mit mir darin wetteifern werden.“ — *principatum* i. e. ego dabo operam, ut sim primus defensor tuae dignitatis; so will ich mich doch bemühen der Erste unter ihnen zu sein.

1. *Libonem*, Graeterus putat Scribonium Libonem, Annalium scriptorem. Vid. ep. ad Attic. XIII, 30. Imo intelligendus est socer Sexti Pompeii. Vid. ad Famil. I, 1. VII, 4. 12. — *Servium*; wohl Servius Sulpicius Galba, der Urgrossvater des nachherigen Kaisers Galba. S. zu ep. 810. im Anf., ad Famil. VI, 18. X, 30. Philipp. XIII, 15. — *consobr.*, den Neffen Deiner Mutter. — *adhibuisset*, zu Rathe, zum Kriegsrathe gezogen hatte. — *M. Seio*, wie es scheint, ein Legat des D. Brutus. Entweder ist es der de Offic. II, 17. Planc. 5. ad Famil. IX, 7. Plin. XV, 1. erwähnte, oder dessen Sohn. Vgl. ad Attic. XII, 11. — *subsecutus*, obgleich er kurz nach Seius abreisete. Über Graeceius, den Legaten oder tribunus militum bei D. Brutus, s. ep. 833. 719, 2.

2 Caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere et meminisse volam, ut ne in libertate et salute populi Romani conservanda auctoritatem senatus exspectes nondum liberi, ne et tuum factum condemnes — nullo enim publico consilio rem publicam liberavisti: quo etiam est res illa maior et clarior — et adolescentem vel puerum potius Caesarem iudices temere fecisse, qui tantam causam publicam privato consilio susceperit: denique homines rusticos, sed fortissimos viros civesque optimos, dementes fuisse iudices, primum milites veteranos, commilitones tuos, deinde legionem Martiam, legionem quartam, quae suum consulem hostem iudicaverunt seque ad salutem rei publicae defendendam contulerunt. Voluntas senatus pro auctoritate haberi debet, quum auctoritas
3 impeditur metu. Postremo suscepta tibi causa iam bis est, ut non sit integrum: primum Idibus Martiis; deinde

---

2. *Caput*, der Hauptpunct, summa. — *volam.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *velim* ex antiqua correct. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* S.Ramsh. §. 66, Not. — *ut ne* cet., „dass Du ia nicht, wenn es darauf ankommt die Freiheit und das Heil des Römischen Volks zu retten, erst Befehle vom Senate abwartest.“ Wegen der Anhänglichkeit mancher Senatoren an den Antonius und wegen der Furchtsamkeit anderer vor ihm. — *liberi,* obnoxii Antonio, der noch nicht freie Hände hat. Über *ut ne* Ramsh. §. 193, I. — *ne . . condemnes,* „damit Du dadurch nicht Deine eigene That, Cäsars Ermordung, verurtheilest.“ Denn dazu warst Du auch nicht vom Senate bevollmächtigt. — *nullo . . consilio,* sine senatus iussu et auctoritate, privato consilio Caesarem occidisti, ut civitatem liberares. — *quo,* wesshalb um so. — *et* ne ... *iudices* cet. und damit Du nicht dadurch zu erklären scheinest, der iunge Mann oder vielmehr Bursche Cäsar Octavianus habe in den Tag hineingehandelt, *qui* = dass er ein so grosses Wagestück für die Republik auf seine eigene Hand unternahm; nämlich gegen Antonius ein Heer anwarb und den Staat zu vertheidigen erklärte.“ Octavian war noch nicht 20 Iahr alt. — *denique* ne, und endlich, damit Du nicht u. s. w. — *rusticos;* agros enim assignatos a Caesare milites veterani colebant. — *veteranos* a Calatia, mox a Casilino excivit Octavius in eamque rem patrimonium suum effudit. Vid. Philipp. III, c. 2. Vellei. Libr. II. — *quae* = quippe quae. — *suum consulem,* Antonium. — *contulerunt,* zur Schutzarmee für die Republik übergingen. Legio Martia et quarta ab Antonio transierant ad Octavianum, ad Hirtii et Pansae exercitum. — *Voluntas,* quid senatus velit, non senatus consultum est exspectandum. „Der im Stillen gehegte, genährte Wille des Senats muss ietzt für Befehl, pro auctoritate i. e. decreto, gelten, da ausdrücklicher Befehl durch Furcht zurück gehalten wird.“ — *metu,* quum senatus propter metum non audet decernere.

3. *integrum* deficere et causam ad senatum referre, so dass Du nun nicht mehr freie Hände hast und das Werk unvollendet

proxime, exercitu novo et copiis comparatis. Quamobrem ad omnia ita paratus, ita animatus debes esse, non ut nihil facias nisi iussus, sed ut ea geras, quae ab omnibus summa cum admiratione laudentur.

EPISTOLA DCCLXXX. (ad Div. XII. 22.)

Scr. Romae exeunte Dec. A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Narrat se cum Antonio contra arma verbis pugnare, et, ne Cornificius provinciam sine senatus consulto tradat, hortatur. 1—4.

CICERO CORNIFICIO S.

Nos hic cum homine gladiatore omnium nequissimo, collega nostro, Antonio, bellum gerimus: sed non pari conditione, contra arma verbis. At etiam de te concionatur; nec impune: nam sentiet, quos lacessierit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perscribi ab aliis: a me futura debes cognoscere; quorum quidem non est difficilis coniectura. Oppressa omnia sunt: nec habent du- 2
cem boni: nostrique τυραννοκτόνοι longe gentium absunt. Pansa et sentit bene et loquitur fortiter: Hirtius noster tardius convalescit. Quid futurum sit, plane nescio.

---

lassen kannst. — *Idibus Mart.*, quibus Caesar occisus est. — *proxime*, vor Kurzem. — *comp.*, durch die od. wegen der Anwerbung. — *ita animatus.* Sic scripsi. *seu animat.* Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *sit anim.* Md., in quo *s.* v. *sit* est egeminat., litera *a* autem absorpta a seq. *a. ORELLI. animatus*, gestimmt. — *geras* scil. sponte, consilio privato. — *laudentur*, muss, sollte gepriesen werden.

CORNIFICIO. S. zu ep. 641. im Anf.

1. *collega*, Antonio Ciceronis et Cornificii collega in auguratu. *SCH.* Die Augures wurden auf Lebenszeit gewählt. — *sed non pari cond.*, „doch nicht auf gleiche Weise, sondern gegen seine Waffen mit Worten.“ Die Philippischen Reden des Cicero waren so bitter, dass sie Nichts gutes für ihn erwarten liessen, sobald die Waffen siegten. — *concionatur* i. e. in concionibus te proscindit et lacerat, ficht Dich an. Kurz vor dem Ende Decembers scheint Antonius noch einmahl nach Rom zurück gekommen, aber in wenigen Tagen wieder abgegangen zu sein, um dem D. Brutus, der sich nach Mutina zog, sich entgegen zu stellen. — *nec* tamen *impune* hoc fecerit. — *lacess.*, provocarit, gereizt hat. — *acta*, die öffentlichen Verhandlungen. — *futura*, wie es kommen wird. — *coniectura*, was zu errathen nicht schwer ist.

2. *boni*, die Patrioten. — *longe gentium abs.*, sind in die weite Welt verschlagen. S. Ramsh. §. 115. Grotef. §. 232. Cassius z. B. war in Syrien, Brutus in Macedonien. — *Pansa*, consul designatus, ut et Hirtius, qui graviter aegrotavit, paulo ante quam iniret consulatum, sic, ut pro eius salute populus Romanus vota

Spes tamen una est aliquando populum Romanum maiorum similem fore. Ego certe rei publicae non deero: et, quidquid acciderit, a quo mea culpa absit, animo forti feram. Illud profecto, quoad potero: tuam famam
3 et dignitatem tuebor. A. d. XIII. Kalendas Ianuar. senatus frequens mihi est assensus quum de ceteris rebus magnis et necessariis, tum de provinciis ab iis, qui obtinerent, retinendis neque cuiquam tradendis, nisi qui ex senatus consulto successisset. Hoc ego quum rei publicae causa censui, tum, mehercule, inprimis retinendae dignitatis tuae. Quamobrem te amoris nostri causa rogo, rei publicae causa hortor, ut ne cui quidquam iuris in tua provincia esse patiare atque ut omnia referas ad
4 dignitatem; qua nihil esse potest praestantius. Vere tecum agam, ut necessitudo nostra postulat. In Sempronio, si meis literis obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus esses. Sed illud et praeteriit et levius est. Haec magna res est: fac, ut provinciam retineas in potestate rei publicae. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. Itaque Chaerippo nostro me velim excuses.

---

fecerit. Vid. Philipp. I, 37. XIV, 12. *MANUT.* — *Spes . . . est,* doch ist noch die einzige Hoffnung übrig. — *mai. similem* i. e. imitaturum exemplum maiorum, qui neminem Romae regnare patiebantur. Vid. Liv. libr. sec. — *a quo mea culpa absit,* wenn es nur nicht durch meine Verschuldung geschieht. — *Illud profecto* agam. *Illud* weiset auf den folgenden Satz.

3. *XIII. Kal. Ian.*, am 20. December. — *assensus* i. e. comprobavit meam sententiam, Antrag. — *ab iis,* Md. Vict. *ab his.* — *successisset,* zum Nachfolger ernannt wäre. Also ex senatus consulto, nicht durch einen Beschluss des Antonius. Denn dieser hatte z. B. vor seiner schnellen Abreise nach Mutina den C. Calvisius ernannt, um dem Cornificius seine Provinz Africa sofort zu entreissen. — *in primis retin. dign. tuae* causa, auch und vorzüglich desswegen, um Dir Deine Würde zu sichern; ne C. Calvisius in Africam iret ei traditam ab Antonio sine senatus consulto. *MANUT.* Cfr. Philipp. III, 10. — *ut ne . . . patiare,* dass Du Keinem den mindesten Rechtsanspruch auf Deine Provinz zugestehest. — *atque* = sondern vielmehr (nach *ne*) Alles auf Behauptung Deiner Würde berechnest.

4. *Vere tec. ag.*, aufrichtig will ich mit Dir reden; *vere* = sincere. — *In Sempronio,* in der Sache des Sempronius. In welcher? Über diesen C. Sempronius Rufus s. ep. ad Famil. VIII, 8. ad Attic. VI, 2. XII, 25. XIV, 14. — *Haec autem,* ne cui tradas provinciam. — *tui,* Deine Leute. — *Chaerippo,* qui olim cum Q. Cicerone in Asia fuerat. S. ep. 518, 3.

EPISTOLA DCCLXXXI. (ad Div. XVI. 27.)

Scr. Romae mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Invehitur in consules designatos. 1—2.

Q. CICERO TIRONI SUO S. P. D.

Mirificam mi verberationem cessationis epistola dedisti. Nam, quae parcius frater perscripserat, verecundia videlicet et properatione, ea tu sine assentatione, ut erant, ad me scripsisti, et maxime de consulibus designatis: quos ego penitus novi libidinum et languoris effeminatissimi animi plenos: qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab universo naufragio periculum est. In- 2
credibile est, quae ego illos scio, oppositis Gallorum castris, in aestivis fecisse, quos ille latro, nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deleniet. Res est aut tribuniciis aut privatis consiliis munienda. Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Caesenam, alteri Cossutiana-

1. *Mirificam . . . dedisti.* Sententia est: „optatissimam poenam pristinae tuae cessationis nunc mihi dedisti epistola tam accurate scripta.“ *usuram* pro *verber.* coni. Sch. *ORELLI.* — *frater,* Marcus. — *verec.*, aus Zartgefühl. — *sine assent.*, ohne Hehl, unverblümt. — *de consulibus design.*, Hirtio et Pansa. Dieser Brief scheint im Iunius geschrieben zu sein, weil auch M. Cicero sich im Iulius noch eben Nichts ehrenvolles von diesen Consuln versprach. S. ep. 748. — *novi,* quippe qui Caesaris legatus in Gallia fui, anno 700. — *a gubern.* rei publicae *recess.*, „wenn diese nicht vom Steuerruder des Staats zurücktreten, so ist ein allgemeiner Schiffbruch im höchsten Grade zu fürchten.“ Man sieht, Quintus war Seemann gewesen.

2. *oppositis Gall. castris,* im Angesicht des Gallischen Lagers. *scio,* quum ipse una cum iis sub Caesare militarem. — *latro,* M. Antonius. — *nisi aliq. firm. f.*, wenn man keine zuverlässigere Massregel ergreift. *GRÄTER.* nisi aliis consiliis illorum voluntas fuerit praeoccupata. Sensus tamen esse poterit: Antonius, *nisi copiis suis viribusque confisus fuerit,* alia via illos consules designatos aggressurus et similitudine vitae et societate morum ad suas partes traducturus est. Er wird, wenn er sonst kein kräftigeres Mittel hat, sie dadurch bethören, dass er bei ihren Ausschweifungen den dritten Mann macht. — *Res . . . munienda,* man muss desshalb das Interesse des Freistaats entweder durch die Tribunen oder durch einen Privatverein wohl zu verwahren suchen. *trib.* i. e. ut tribuni intercedant. — *Caesena* (Καισῆνα), eine unbedeutende Stadt in Gallia Cispadana am Rubico nach Plin. H. N. XIV, 6., die Sidonius im 5. Iahrh. nach Christ. einen *furnum,* Backofen, nennt. — *Cossut. tabern. fund.*, den Grund und Boden der Cossutianischen Baraken. Vielleicht baute in der Nähe von Caesena ein gewisser Cossutius damahls ein Paar Wirthshäuser an der Heerstrasse. Non solum ignaviam consulum designatorum, sed etiam gulae luxuriam et vinolentiam eorum tangere videtur. Cfr. ep. 748

rum tabernarum fundamenta credas. Te, ut dixi, fero oculis. Ego vos a. d. III. Kalend. videbo tuosque oculos, etiam si te veniens in medio foro videro, dissuaviabor. Me ama. Vale.

EPISTOLA DCCLXXXII. (ad Div. XVI. 21.)

Scr. Athenis mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Suum virtutis amorem et studiorum rationem declarat Tironique de empto praedio gratulatur. 1—8.

CICERO F. TIRONI SUO DULCISSIMO S.

Quum vehementer tabellarios exspectarem quotidie, aliquando venerunt post diem XL. et VI., quam a vobis discesserant: quorum mihi fuit adventus optatissimus. Nam, quum maximam cepissem laetitiam ex humanissimi et carissimi patris epistola, tum vero iucundissimae tuae literae cumulum mihi gaudii attulerunt. Itaque me iam non poenitebat intercapedinem scribendi fecisse, sed potius laetabar; fructum enim magnum humanitatis tuae capiebam ex silentio mearum literarum. Vehementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione accepisse excu-
2 sationem. Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito, mi dulcissime Tiro: praestaboque et enitar, ut in dies magis magisque haec nascens de me duplicetur opinio. Quare quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meae, firmo id constantique animo facias licet. Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata aetatis meae, ut non solum animus a factis, sed aures quoque a commemoratione abhorreant. Cuius te sollicitudinis et doloris participem fuisse notum exploratumque est mihi: nec id mirum. Nam quum omnia mea causa velles mihi suc-

---

1. sub fin. — *credas*, committas. — *III. Kal.* (Quintil.?), am 29. (Iunius?). — *dissuav.*, zerküssen.

1. *vehementer*, mit Schmerzen. — *XL. et VI.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. = *VI. et XL.* Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *cumulum . . addid.*, setzte meiner Freude die Krone auf. — *intercap. . . fecisse*, eine Unterbrechung im Briefwechsel gemacht zu haben. — *sine dub.*, ohne Bedenklichkeit, Misstrauen.

2. *te buccinat. f. exist. m.*, i. e. praeconem, der Herold meiner Ehre zu sein. — *const. an.*, unwandelbarem Herzen; also dreist, zuversichtlich. — *errata aet. m.*, „die Verirrungen meiner Iugend.“ Man sieht doch, dass er sich gebessert hat. — *a factis*, vor diesen Streichen. — *a comm.* eorum *abhorr.*, sondern . . . vor deren Erzählung zurückschaudern. Vgl. Lib. XI, ep. 27. — *suc-*

cessa, tum etiam tua: socium enim te meorum commodo-
rum semper esse volui. Quoniam igitur tum ex me do- 3
luisti, nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium, prae-
stabo. Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut fi-
lium, esse coniunctissimum: nam [quum] et audio illum
libenter, tum etiam propriam eius suavitatem vehemen-
ter amplector. Sum totos dies cum eo noctisque saepe-
numero partem: exoro enim, ut mecum quam saepissime
coenet. Hac introducta consuetudine, saepe inscientibus
nobis et coenantibus obrepit sublataque severitate philo-
sophiae humanissime nobiscum iocatur. Quare da ope-
ram, ut hunc talem, tam iucundum, tam excellentem vi-
rum videas quam primum. Nam quid ego de Bruttio 4
dicam? quem nullo tempore a me patior discedere: cuius
quum frugi severaque est vita, tum etiam iucundissima
convictio. Non est enim seiunctus iocus a *φιλολογίᾳ* et
quotidiana *συζητήσει.* Huic ego locum in proximo con-
duxi et, ut possum, ex meis angustiis illius sustento te-
nuitatem. Praeterea declamitare Graece apud Cassium 5
institui: Latine autem apud Bruttium exerceri volo.
Utor familiaribus et quotidianis convictoribus, quos se-
cum Mytilenis Cratippus adduxit, hominibus et doctis
et illi probatissimis. Multum etiam mecum est Epicra-
tes, princeps Atheniensium, et Leonides et horum ceteri

---

cessa, = successisse i. e. ut omnia mihi felicissime succederent; da Du Allem, was mich betrifft, stets einen guten Fortgang wünschtest. om. *mihi successa* Lamb. *ORELLI.* Cfr. Plaut. Pseudol. Prolog. 8: Hos (malos) fugitastis, succussis bonis, mit gutem Fortgange. — *socium . . commod.,* participem meae fortunae.

3. *Quoniam,* wie ep. 761, 2. — *ex me* = über mich, meinetwegen, durch mich verursacht. — *Cratippo.* S. zu ep. 715, 2. — *[quum] et.* Sic Md. Crat. Graev. Bened. *quum audio* Lamb. Ern. Sch. Lün. Sed potius cum Dresd. tertio et Cortio inducendum *quum; et . . . tum* male habuit librarios. Ego [ ]. *ORELLI.* — *obrepit,* überrascht er, intervenit de improviso. — *sublata . . sever. phil.,* und nach Beseitigung alles philosophischen Ernstes.

4. *Bruttio,* einem unbekannten Römischen Rhetor. S. Bened. z. d. Stelle. Codd. aliq. Crat. *Bruto* prob. Weiske. Man dachte an M. Brutus wegen ep. 844, 8. — *Non est . . συζητήσει* i. e. mutua quaestione, disputatione; „denn er weis seine Literatur und täglichen Forschungen immer mit Scherz zu würzen. — *locum,* eine Wohnung, einen Platz. — *ut* = quantum. — *tenuitatem,* seine Dürftigkeit.

5. *Cassium,* gleichfalls ein Professor der Griechischen Eloquenz zu Athen; nicht C Cassius. — *Leonides.* S. ep. 430. 726. 698, 3. — *Τὰ . . τάδε,* quae igitur ad nos pertinent, haec sunt, so Viel, was uns betrifft!

6 similes. *Τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε.* De Gorgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione utilis: sed omnia postposui, dummodo praeceptis patris parerem; *διαῤῥήδην* enim scripserat, ut eum dimitterem statim. Tergiversari nolui, ne mea nimia *σπουδὴ* suspicionem ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat grave esse me de iudicio patris
7 iudicare. Tuum tamen studium et consilium gratum acceptumque est mihi. Excusationem angustiarum tui temporis accipio: scio enim, quam soleas esse occupatus. Emisse te praedium vehementer gaudeo feliciterque tibi rem istam evenire cupio. Hoc loco me tibi gratulari noli mirari: eodem enim fere loco tu quoque emisse te fecisti me certiorem. Habes. Deponendae tibi sunt urbanitates: rusticus Romanus factus es. Quomodo ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum conspectum propono? Videor enim videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina. Sed quod ad rem pertinet, me tum tibi defuisse aeque ac tu doleo. Sed noli dubitare, mi

---

6. *De Gorgia.* Dieser war ein Griechischer Redner, der ausser in der Beredsamkeit unsern iungen Cicero auch im Trinken so gut unterrichtete, dass er zwei Bouteillen auf einen Zug auszuleeren verstand. S. Plin. H. N. XIV, 22. Plutarch. — *omnia postposui,* ich setzte alle Rücksichten bei Seite. — *διαῤῥήδην,* aperte, diserte, ganz unverholen, ausdrücklich. — *Tergiversari,* mich erst drehen und wenden; Ausflüchte suchen. — *σπουδὴ,* studium, propensa voluntas, Anhänglichkeit an ihn, d. i. wenn ich mich seiner zu sehr annähme. — *ei,* patri, *importaret,* moveret. *succurrebat,* in mentem veniebat, fiel mir auch ein. — *grave esse,* es sei doch hart, non decere, wenn ich das Urtheil meines Vaters meistern wollte.

7. *stud.,* Sorgfalt. — *consilium* de relinquendo Gorgia. — *angust.,* Beschränktheit. — *quam,* wie sehr. [Adverb. intendendi. — *hoc loco,* in extrema demum epistolae parte. — *eodem loco* i. e. in fine epistolae. — *Habes* locum, secessum, refugium. — *urbanitates,* „das Städterwesen, das feine Stadtleben, den städtischen Zwang." Das ist auch Deiner Gesundheit zuträglich. — *rusticus,* ein Landiunker. — *Quomodo . . . propono,* wie nun Dein ganzes Wesen mir so fröhlich vor Augen schwebt! *Quum* Crat. Lamb. Sed videtur potius emendandum: *commodum . . propono* sine interrog.; gerade ietzt, *appunto. ORELLI.* — *rust. res,* Geräthe zur Landwirthschaft. — *c. vill. loq.,* wie Du Deinem Verwalter Befehle ertheilst. — *in lacinia,* in sinu, im Zipfel Deines Mantels. — *semina,* die Obstkerne, quae postea in tuo fundo seras. — *tibi defuisse,* dass ich Dir nicht helfen konnte, me non potuisse pecuniam tibi dare ad emendum praedium; quo etiam pertinet mox *sublevaturus*

Tiro, quin te sublevaturus sim, si modo fortuna me: praesertim quum sciam communem nobis emptum esse istum fundum. De mandatis quod tibi curae fuit, est 8
mihi gratum. Sed peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus; multum mihi enim eripitur operae in exscribendis hypomnematis. Tu velim inprimis cures, ut valeas, ut una *συμφιλολογεῖν* possimus. Anterum tibi commendo. Vale.

EPISTOLA DCCLXXXIII. (ad Div. XVI. 25.)

Scr. Athenis mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Literas a Tirone quam creberrimas requirit.

CICERO F. TIRONI SUO S.

Etsi iusta et idonea usus es excusatione intermissionis literarum tuarum, tamen, id ne saepius facias, rogo. Nam etsi de re publica rumoribus et nuntiis certior fio et de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater, tamen de quavis minima re scripta a te ad me epistola semper fuit gratissima. Quare quum in primis tuas desiderem literas, noli committere, ut excusatione potius expleas officium scribendi quam assiduitate epistolarum. Vale.

---

sim. *ERNESTI.* — *sublev. s.*, unterstützen werde; opitulaturus, quacunque re possim. — *fortuna me* scil. sublevarit, iuverit. — *communem.* Vgl. §. 2: *socium enim te* cet. „für mich mit" dass ich da, so oft ich will, bei Dir des Lebens froh sein könne.

8. *De mand.* cet., dass Du Dir meine Aufträge angelegen sein liessest. — *librarius*, ein Abschreiber. — *Graecus*, der Griechisch versteht. — *multum . . . hypomnematis*, denn dadurch wird mir viele Mühe erspart, die ich ietzt auf das eigene Excerpiren der Schriftsteller verwenden muss. — *συμφιλολογεῖν*, de literis disputare, gelehrte Discourse mit einander führen. — *Anterum.* Md. Edd. ante Ern. 1. *Antherum*, Blumreich; ein Griechischer Sclav des iungen Cicero, der diesen Brief an Tiro überbrachte.

1. *idonea*, bündig. — *intermissionis.* Sic recte Crat. Lamb. Saepissime duplices isti genitivi corrupti sunt. *excusatione intermissione* Md. Margo Crat. Neap. Asc. 1. *excusatione de intermissione* ex antiquo supplem. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* „wegen Verabsäumung, Unterbrechung des Briefwechsels." — *ut...epistolarum*, dass Du Deiner Pflicht mir zu schreiben statt durch fleissigen Briefwechsel nur durch Entschuldigungen wegen dessen Versäumung Genüge leistest.

EPISTOLA DCCLXXXIV. (ad Div. XII. 21.)

Scr. mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Anicium senatorem eiusque negotia et dignitatem commendat.

CICERO CORNIFICIO.

C. Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera. Eum velim rebus omnibus adiuves operamque des, ut quam commodissime sua negotia conficiat: in primisque, quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi commendo; idque a te peto, quod ipse in provincia facere sum solitus non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem: quod idem acceperam, et id cognoveram a summis viris factitatum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies: ceterisque rebus omnibus eius dignitati reique, si me amas, consules. Erit *id* mihi gratissimum. Da operam, ut valeas.

EPISTOLA DCCLXXXV. (ad Div. XII. 26.)

Scr. mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Heredes Q. Turii de bonis in Africa relictis commendat. 1—2.

CICERO CORNIFICIO S.

Q. Turius, qui in Africa negotiatus est, vir bonus et honestus, heredes fecit similes sui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, C. Anneium, Q. Considium Gallum, L. Servilium Postumum, C. Rubellinum. Ex eorum oratione intellexi gratiarum actione eos magis egere quam commendatione. Tanta enim liberalitate se tua usos praedica-

---

CORNIFICIO. S. zu 784 und 641. im Anf.

1. *C. Anicius* (s. ep. 91. 121.) hatte als Senator sich vom Senat den Charakter eines freien Abgeordneten ertheilen lassen, um so bei seinen Geschäftsreisen ausserhalb Italiens die gebührende Ehre und Hülfe zu geniessen. S. zu ep. 44 und 725. — *omnibus reb. orn.*, ein in ieder Hinsicht ausgezeichneter Mann. — *lictores*, qui eos comitarentur, quo tutiores essent et honoratiores. — *et id*, und zwar. . Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. om. *id* Cett. *ORELLI.* — *rei*, negotiis, seinen Angelegenheiten. — *Erit id.* Sic scripsi cum Vict. 1. Beng. om. *id* Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. Bened. *Id erit* Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.*

1. *Q. Turius*, ein unbekannter Römischer Privatmann (wahrscheinlich Ritter) und negotiator. — *similes sui*, Männer von gleichem Caliber; d. i. die, wie er, von ihrem Vermögen den besten Nutzen zu ziehen suchen, negotiatores. — *gratiarum actione eos m. egere*, dass sie mehr einer Gelegenheit, ihren Dank zu bethäti-

bant, ut iis plus a te tributum intelligerem, quam ego te auderem rogare. Audebo tamen: scio enim, quantum 2
ponderis mea commendatio sit habitura. Quare a te peto, ut ad eam liberalitatem, qua sine meis literis usus es, quam maximus his literis cumulus accedat. Caput autem est meae commendationis, ne patiare Erotem Turium, Q. Turii libertum, ut adhuc fecit, hereditatem Turianam avertere, ceterisque omnibus rebus habeas eos a me commendatissimos. Magnam ex eorum splendore et observantia capies voluptatem. Quod ut velis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA DCCLXXXVI. (ad Div. XII. 27.)

Scr. mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Aufidii, equitis Romani, Africana negotia commendat.

CICERO CORNIFICIO S.

Sex. Aufidius et observantia, qua me colit, accedit ad proximos: et splendore equiti Romano nemini cedit. Est autem ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia, quae sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio magisve ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo.

---

gen, als einer Empfehlung bedürfen. — *ut iis,* Md. Vict. *ut his.* — *tributum,* erwiesen. Erg. esse.

2. *liberal.,* Gefälligkeit. — *qua . . . usus es,* die Du ihnen ohne ein Empfehlungsschreiben von mir bewiesen hast. — *avertere,* auf die Seite bringe; scil. pecuniis creditis Turii exigendis suo nomine et retinendis. Erat procurator Q. Turii in Africa. *ERNESTI.* — *ceterisque,* wo *que* = sed nach ne. — *hab. eos a me comm.,* sondern sie überhaupt in ieder Hinsicht Dir von mir höchst empfohlen sein lassest. Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. Bened. om. *a me* Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *splendor* pertinet potissimum ad censum equestrem. *SCH.* — *observ.,* dankbare Hochachtung.

1. *accedit ad proximos,* reihet sich an meine nächsten Freunde, Umgebungen; ad amicos meos coniunctissimos. Sext. Aufidius war Einer der Erben des Q. Turius. S. den vorherg. Brief. Cicero hatte diesem eine besondere Empfehlung mitgegeben. — *ut . . . iungatur,* dass sich in ihm ein hoher Ernst mit hoher Güte paart. — *maiore studio magisve ex animo,* eifriger oder herzlicher.

EPISTOLA DCCLXXXVII. (ad Div. XI. 16.)

Scr. mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Commendat Lamiam in petitione praeturae. 1—3.

M. CICERO D. BRUTO COS. DES. S. D.

Permagni interest, quo tibi haec tempore epistola reddita sit: utrum quum sollicitudinis aliquid haberes, an quum ab omni molestia vacuus esses. Itaque ei praecepi, quem ad te misi, ut tempus observaret epistolae tibi reddendae. Nam, quemadmodum coram qui ad nos intempestive adeunt molesti saepe sunt, sic epistolae offendunt non loco redditae. Si autem, ut spero, nihil te perturbat, nihil impedit, et ille, cui mandavi, satis scite et commode tempus ad te cepit adeundi: confido
2 me, quod velim, facile a te impetraturum. L. Lamia praeturam petit. Hoc ego utor uno omnium plurimum. Magna vetustas, magna consuetudo intercedit: quodque plurimum valet, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. Magno praeterea beneficio eius magnoque merito sum obligatus. Nam Clodianis temporibus, quum equestris ordinis princeps esset proque mea salute acerrime propugnaret, a Gabinio consule relegatus est: quod ante id tempus civi Romano Romae contigit nemini. Hoc

---

D. BRUTO. S. zu ep. 686. im Anf. u. 779. Woher sein Titel Imperator, darüber s. ep. 762.

1. *Permagni int.*, es kommt Viel darauf an. — *reddita sit*, eingehändigt werde. — *intemp.*, zur Unzeit. — *non loco*, nicht im rechten Augenblicke, auf der rechten Stelle. — *satis . . . cepit adeundi*, den geschicktesten und gelegensten Augenblick zu ergreifen weis, um Dich zu sprechen.

2. *L.* Aelius *Lamia.* Über ihn s. ep. 628. 808. p. Redit. in Senat. 5. Sext. 3. Plin. VII, 52. Valer. Max. I, 8. — *Hoc ego utor* = est mihi magnus cum eo usus. — *Magna vetustas*, starke Freundschaft seit vielen Iahren. — *beneficio.* Nam ipse hoc effecit apud senatum populumque Romanum, ut ab exsilio restituerer. — *Clod. temp.*, quum Clodius tribunus plebis me persequeretur. — *equestr. ord.* illo tempore *princeps.* Hoc vero tempore senatorii ordinis Lamia dicebatur. Minoris enim ordinis appellationes omittebat, qui maiorem adeptus erat. *MANUT.* — *propugnaret*, se Clodio furioso opponeret, ne mitterer in exsilium. — *relegatus est*, in exsilium actus, aus Rom verwiesen. — *civi Romano Romae.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. del. *Romae* cum Cdd. aliquot (Basil.) Graev. Ern. Sch. Lün. (Sch. etiam v. *Romano* suspectum habuit. Sed recte *civi Romano Romae* scripsit, quippe qui alibi aliquando v. c. in Ponto aliisque exteris regnis multos iam cives Romanos relegatos et expulsos cogitaret.) *ORELLI.* —

quum populus Romanus meminit, me ipsum non meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi, mi 3
Brute, me petere praeturam. Quamquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificentissimo munere aedilicio, tamen, quasi ea ita non essent, ego suscepi totum negotium. Nunc, si me tanti facis, quanti certe facis, quoniam equitum centurias tenes, in quis regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. Non tenebo te pluribus; ponam in extremo quod sentio: nihil est, Brute, quum omnia a te exspectem, quod mihi gratius facere possis.

---

meminit. Lamb. coni. Ern. Sch. Lün. *meminerit. ORELLI.* — *turp. est* st. esset, quum in me contulerit hoc beneficium.

3. *persuade tibi* cet., Darum stelle Dir es so vor, als ob ich selbst für mich die Prätur suchte. Nämlich wann ich für diesen bitte. — *Quamquam.* Ostendit, quibus ornamentis instructus ad petitionem hanc accedat Lamia. — *splend.*, als Ritter. — *gratia*, die Gunst des Volks. — *munere aedil.*, = quamquam summa in gratia est apud populum *propter magnificentissimum munus aedilicium*, wegen der äusserst prachtvollen Spiele, die er als Aedilis curulis dem Volke gegeben hat. Ablat. causae. Ceterum Lamia aedilis fuit ão 709, praeturam gessit 712. Vid. Valer. Max. VI, 1, qui eum *praetorium* appellat, et Pigh. ad h. a. *SCH.* — *quoniam*, wie ep. 782, 3. — *centurias* i. e. suffragia centuriarum *tenes*, in Deiner Gewalt hast. — *in quis regnas*, unter welchen Du wie ein König gebietest. Sic Md. Margo Crat. Vict. 1. 2. Bened. = *in queis* Graev. Ern. Sch. Lün. = *in quibus* Neap. Ascens. 1. Lamb. *ORELLI.* — *ad Lupum* (s. ep. 779, 1.) *mitte* literas, schreib an ihn. Rutilius Lupus war ein Legat des D. Brutus und eben nach Rom gekommen, um dort seine Geschäfte zu besorgen. — *conficiat* i. e. conciliet et eorum suffragia impetret. — *tenebo*, detinebo. — *in extremo*, zum Schlusse noch mit Wenigem, Was ich denke! Nämlich *Nihil est* cet. — *quum* = wenn gleich.

EPISTOLA DCCLXXXVIII. (ad Div. XI. 17.)

Scr. mense incerto A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Iterum commendat Lamiam in petitione praeturae. 1—2.

M. CICERO D. BRUTO S. D.

Lamia uno omnium familiarissime utor. Magna eius in me, non dico officia, sed merita, eaque sunt populo Romano notissima. Is magnificentissimo munere aedilitatis perfunctus petit praeturam, omnesque intelligunt nec dignitatem ei deesse nec gratiam. Sed is ambitus excitari videtur, ut ego omnia pertimescam totamque
2 petitionem Lamiae mihi sustinendam putem. In ea re quantum me possis adiuvare, facile perspicio; nec vero, quantum mea causa velis, dubito. Velim igitur, mi Brute, tibi persuadeas nihil me maiore studio a te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quam si omnibus tuis opibus, omni studio Lamiam in petitione iuveris: quod ut facias, vehementer te rogo.

---

1. *Lamia.* Schmieder in seinen historisch-philolog. Bemerkungen zu Cicero's Briefen p. 60. glaubt, dieser Brief müsse, weil er mit dem vorigen dieselbe Empfehlung und Bitte zum Gegenstande habe, an M. Brutus geschrieben sein. Alle Handschriften sprechen iedoch dagegen; und warum sollte Cicero über dieselbe Sache nicht zweimahl an D. Brutus geschrieben haben, da er befürchten musste, der eine Brief könne verloren gehen, da doch keine Zeit zu verlieren war? Nicht unwahrscheinlich ist Gräters Vermuthung, dass dieser Brief früher als der vorige geschrieben sei, da von Lupus noch kein Wort darin vorkomme, dessen Anwesenheit in Rom Cicero noch nicht müsse gewusst haben. Kein Wunder, wenn er, sobald er diese erfuhr, in einem abermahligen Briefe den Brutus ersucht, seinem Legaten aufzutragen, dass er die Wünsche des Lamia dem ganzen Ritterstande persönlich an's Herz legen möge. — *is ambitus excitari videtur*, allein es scheint ein solches Gelaufe um diese Stelle rege zu werden; h. e. multi alii tanta contentione eundem magistratum petituri videntur. „Sic Repetit. Lamb. *excitare* Md. Vict. 1. 2. Bened. *exstare* ex antiqua correct. (Basil.) Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Graev. Ern. *instare* cum I. F. Gronovio Sch. Lün.“ *ORELLI.* — *sustin.*, auf mich nehmen zu müssen; defendendam a malis competitorum artibus, qui populum per largitiones corrumpunt emuntque suffragia.

2. *quantum . . . velis*, dass Du meiner Bitte sehr geneigt seist. — *mai. studio*, angelegentlicher.

EPISTOLA DCCLXXXIX. (ad Div. X. 4.)

Scr. in Gallia Transalpina exeunte Decembri A. U. C. 710. (a. C. 44.)

Gratias agit Ciceroni, quod se ad verissimae gloriae studium sit adhortatus, seque in rei publicae potestate fore pollicetur. 1—4.

PLANCUS CICERONI.

Gratissimae mihi tuae literae fuerunt, quas ex Furnii sermone te scripsisse animadverti. Ego autem praeteriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram: nec multo ante redisse scivi, quam ex epistola tua cognovi. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse praeterire: in quo tuendo habeo causas plurimas vel paternae necessitudinis vel meae a pueritia observantiae vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea tuaque 2 patitur aetas, persuade tibi te unum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiae plena, quae summa est, videntur, quam fidelitatis, quam ego ex mea

---

PLANCO. Über diesen L. Munatius Plancus s. zu ep. 434. im Anf.

1. *literae.* Significatur epistola h. ed. 761. — *ex Furnii sermone,* auf Veranlassung oder nach Deiner Unterredung mit Furnius oder der gemäss. Dieser C. Furnius, der ietzt Legat beim Plancus war, ist weiter bekannt aus ad Famil. VIII, 15. X, 1. 3. 6. 8. 10. 11. 15. 25. ad Attic. V, 18. — *praeteriti temporis,* meines ehemaligen Stillschweigens, quod nihil scripserim. — *praeterire,* negligere, verabsäumen. — *in quo tuendo* cet., iede Pflicht gegen Dich treu zu erfüllen finde ich mich mehrfach aufgefordert theils durch. — *pat. necess.,* Deine innige Verbindung mit meinem Vater. — *observ.,* quod ego te a pueritia tanquam virum praestantem et doctum plurimi feci et veneratus sum.

2. *quod . . aetas,* Was auch mit der Verschiedenheit unserer Iahre wohl vereinbar ist. *mea* tanquam iuvenis, *tua* tanquam senis. — *in quo . . . sanct.,* in welchem ich die heilige Würde eines Vaters zu ehren entschlossen bin; quem eadem sanctitate, qua patrem, colere constitui. Vielleicht ist iedoch der Sinn: bei dessen Verehrung ich mir die Unsträflichkeit, die ungefälschte Gesinnung meines Vaters als Vorbild aufgestellt, zum Vorbilde bestimmt habe i. e. quem eadem sanctitate, qua pater meus, tuus amicus, te coluit, colere constitui. — *consilia,* Rathschläge. Nimirum quibus suades, ut rei publicae defensionem suscipiam. — *quam . . metior,* die ich nach meinem eigenen Bewusstsein ermesse. „Ich halte Dich in dem Grade für treu, in welchem ich es selbst gegen Dich zu sein mir bewusst bin; und dieselbe Gesinnung

conscientia metior. Quare si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere, aut, si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu optimum putares. Nunc vero quid est, quod me in aliam partem trahere possit? Quaecunque in me bona sunt aut fortunae beneficio tributa aut meo labore parta, etsi a te propter amorem carius sunt aestimata, tamen vel inimicissimi iudicio tanta sunt, ut praeter bonam famam nihil deside-
3 rare videantur. Quare hoc unum tibi persuade, quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate monere potuero, hoc omne rei publicae semper futurum. Non est ignotus mihi sensus tuus: neque, si facultas optabilis mihi quidem tui praesentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem; nec nunc committam, ut ullum meum fac-
4 tum reprehendere iure possis. Sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe mense Ianuario geratur, ut sciam. Interim maximam hic sollicitudinem curamque sustineo, ne inter aliena vitia hae

---

hegte mein Vater schon. — *aliter* ac sentio h. e. si essem male affectus erga rem publicam. — *reprimere*, zurück drängen, bringen. Zu *admonitio . . . hortatio* vgl. Ramsh. §. 203, 7, b, 1, a. — *carius sunt aest.*, sehr hoch angeschlagen ist. — *vel inimic. iudicio*, sogar in den Augen meiner grössten Feinde. — *ut . . . desid. videantur*, dass ich glaube zu diesem vielen Guten, was ich besitze, Nichts weiter begehren zu dürfen, als die Erhaltung meines guten Namens.

3. *eniti*, erstreben. — *consilio provid.*, durch Klugheit verhüten. — *monere potuero*. Sic Md. a sec. m. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Ern. cfr. supra *Lib.* 9, 24. *nullum locum praetermitto monendi, agendi, providendi*; ubi *movendi* e Cdd. aliquot, nemine probante, itidem praetulit Beng. *movere* Md. a pr. m. Vict. 1. 2. Graev. Bened. Sch. *potero* e Cd. Lips. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *fore*, werde gewidmet sein. — *sensus*, Gesinnung, Willensmeinung. — *si facultas . . . esset*, wenn ich anders den Wunsch befriedigen könnte, mich an Deiner Seite zu sehen.

4. *Sum in exsp. omnium rerum*, mit Ungeduld seh' ich Nachrichten von Allem entgegen. — *citeriore*, wo es bald zum Kampfe zwischen Antonius u. D. Brutus kommen musste. — *mense Ianuario*, quum consules inibant magistratum. — *ut sciam* Ern. [] del. Sch. Lün. Sed supplendum est cogitatione fere id, quod Weiske excidisse ratus est: „si quid ergo Romae novi, fac, ut sciam.“ *ORELLI.* Vielleicht: „mit solcher Ungeduld seh' ich Allem entgegen, *ut sciam, quid* cet.“ dass ich erst gerne gewiss wissen, Gewissheit darüber haben möchte, was u. s. w. — *Interim*, bis dahin, dum sciam. — *ne . . . occasionem*, es möchten die Völker hier bei den Fehlgriffen, die Andere thun, unsere üble Lage für eine günstige Gelegenheit zum Aufstande ansehen. — *aliena*, in-

gentes nostra mala suam putent occasionem. Quod si proinde, ut ipse mereor, mihi successerit, certe et tibi, cui maxime cupio, et omnibus viris bonis satisfaciam. Fac valeas meque mutuo diligas.

---

dem die republikanische Partei nicht kraftvoll handelte, der Senat zu schwach sich zeigte, um den fremden Völkern gehörig imponiren zu können. — *mala*, dissensiones ac motus civiles. — *gentes* Galliae Transalpinae, cui tum praeerat Plancus lege Iulia. — *occasionem* movendi arma, moliendi defectionem. Über *suam* s. Ramsh. §. 158, 4, d. — *successerit*, si successus meis votis respondebit. Erat lege Iulia consul designatus cum D. Bruto. — *cui maxime cupio* scil. satisfacere; *vel* cui maxime deditus sum, quem carissimum habeo. Vide Ramsh. §. 123. Grotef. §. 273.

M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
A. U. C. DCCXI.
SCRIPTAE
C. VIBIO PANSA, A. HIRTIO COSS.

EPISTOLA DCCXC. (ad Div. XII. 24.)

Scr. Romae ineunte Ianuario A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Ut omni cura in rem publicam incumbat hortatur. 1. De legatis scribit ad Antonium missis. 2. Pinarium commendat. 3.

CICERO CORNIFICIO S.

Ego nullum locum praetermitto — nec enim debeo — non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. Sed mea studia erga te et officia malo tibi ex tuorum literis quam ex meis esse nota. Te tamen hortor, ut omni cura in rem publicam incumbas. Hoc est animi, hoc est ingenii tui, hoc eius spei, quam habere debes, amplificandae dignitatis tuae. Sed hac de re alias ad te pluribus.
2 Quum enim haec scribebam, in exspectatione erant omnia. Nondum legati redierant, quos senatus non ad

CORNIFICIO. S. zu ep. 641 im Anf. 786.

1. *locum* i. e. occasionem. — *ornandi* „i. e. per senatus consultum aliquid decernendi in tuum honorem.“ Quum *ornare* plus sit quam *laudare,* Sch. in Ed. Mai. de I. F. Gronov. sententia ista verba sic transponenda censuit: *non modo ornandi tui, sed ne laudandi quidem.* Sed laudare multo periculosius erat. — *ut . . . incumbas,* Dein Tichten und Trachten auf die Republik zu richten. — *hoc eius spei* est = hoc postulat tua spes dignitatis amplificandae, die gegründete Hoffnung höher aufsteigen zu können.

2. *nondum legati redierant.* Obgleich Cicero sich dagegen sträubte, indem er dahin stimmte, den Antonius gradezu für einen Feind des Vaterlandes zu erklären und die Heere der Republik sofort gegen ihn aufbrechen zu lassen; so fasste doch der Senat einen Entschluss der offenbarsten Schwäche und ernannte am 4. Ianuar den Lucius Piso und L. Philippus zu Gesandten, welche dem Antonius erst einmahl vorläufig den Befehl überbringen sollten, die Belagerung von Mutina aufzuheben, den ernannten Consul und Römischen Imperator D. Brutus nicht zu bekriegen, die Provinz nicht zu verheeren, keine Mannschaft auszuheben, und sich unter den Gehorsam des Senats und Römischen Volks zu begeben. S. Philipp. V. VI. Die Gesandten, welche diesen Befehl überbrachten, waren, als Cicero diesen Brief schrieb, noch nicht zurückge-

pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum miserat, nisi legatorum nuntio paruisset. Ego tamen, ut primum occasio data est, meo pristino more rem publicam defendi: me principem senatui populoque Romano professus sum, nec postea, quam suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendae salutis libertatisque communis. Sed haec quoque te ex aliis malo. T. Pina- 3
rium, familiarissimum meum, tanto tibi studio commendo, ut maiore non possim. Cui quum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. Is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri, quem et tu multum amas et ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debeo commendare, sed commendo tamen. Facies igitur, ut ex Pinarii, gratissimi hominis, literis tuum et erga illum et erga Dionysium studium perspiciamus.

EPISTOLA DCCXCI. (ad Div. XI. 8.)

Scr. Romae ineunte Ianuario. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Scribit de legatis ad Antonium missis et quae sit omnium de Bruto exspectatio consensioque ad libertatem recuperandam. 1—2.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

Eo tempore Polla tua misit, ut ad te, si quid vellem, darem literarum, quum, quid scriberem, non habe-

---

kehrt. — *ad pac. deprec.*, um Frieden zu erbetteln. — *paruisset* Antonius. — *defendi*, de Ern. susp. Sch. *defendendi* etc. So war auf Cicero's Antreiben Octavian, ohne den Befehl des Senats erst abzuwarten, dem Antonius längst nachgeeilt, um ihn zu beobachten und zu schwächen. — *me principem . . professus sum*, ich habe mich zum Vormann, apud quem esset summa rerum, angeboten. — *nec . . amisi.* Wirklich bewies sich auch ietzt Cicero als ein heller Geist und hochherziger Mann. Zum zweiten Mahle hätte er den Staat gerettet, wenn nicht Octavian ihn täuschte. Dennoch beseelte ihn die schöne Hoffnung, sodass er bis an sein Ende für die Errettung der Republik unermüdlich und rastlos arbeitete. — *malo cognoscere* Asc. pr. ex interpolatione. *OR.*

3. *T. Pinarium*, der vermuthlich diesen Brief überbrachte, Er ist schon aus ep. 335 u. 252 rühmlichst bekannt. — *Dionysii nostri.* Opinor esse, qui nominatur Libr. IV. ep. 15. ad Attic. (h. e. 142). *MAN.* — *studium*, Geneigtheit, Dienstbeflissenheit.

1. *Polla*, Paulla i. e. Valeria Paulla uxor tua. *Polla* autem et *Paulla* dicebant veteres *ἀδιαφόρως*, ut caupo, copo; olla, aula; plostrum, plaustrum. *MANUT.* — *misit*, meldet. — *quid . . literarum*, ein Briefchen. — *quum, quid.* Lamb. Ern. Bened. *quod.* Saepius iam observavi, sed propter nonnullorum morositatem itentidem repe-

bam. Omnia enim erant suspensa propter exspectationem legatorum: qui quid egissent, nihildum nuntiabatur. Haec tamen scribenda existimavi: primum, S. P. Q. R. de te laborare non solum salutis suae causa, sed etiam dignitatis tuae. Admirabilis enim est quaedam tui nominis caritas amorque in te singularis omnium civium. Ita enim sperant atque confidunt, ut antea rege, sic hoc
2 tempore regno te rem publicam liberaturum. Romae delectus habetur totaque Italia; si hic delectus appellandus est, quum ultro se offerunt omnes: tantus ardor animos hominum occupavit desiderio libertatis odioque diutinae servitutis. De reliquis rebus a te iam exspectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster Hirtius, quid Caesar meus: quos spero brevi tempore societate victoriae tecum copulatos fore. Reliquum est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum literis et spero et malo cognoscere: me neque deesse ulla in re neque unquam defuturum dignitati tuae.

---

tendum est, me cum codicibus ubique scribere: *non habeo quid respondeam*; *nihil habeo quod respondeam.* *OR.* — *suspensa,* in gespannter Erwartung. — *legatorum.* S. zu ep. 790, 2. — *Haec,* Folgendes. — *de te laborare,* contendere, anniti. — *salutis suae,* quam in tua salute positam credunt. — *dignitatis,* quia iudicant suam salutem coniunctam esse cum tua dignitate. — *rege,* Caesare. — *regno,* vom Despotismus, dominatu Antonii.

2. *delectus,* Truppenaushebung. — *habetur* a consule Pansa. — *se offerunt,* sich zum Kriegsdienste erbieten, stellen. — *ardor,* brennender Eifer hat sich Aller Herzen bemeistert. Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. *occup. anim. hom.* Vict. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *OR.* — *Hirtius* consul, qui ex senatus consulto ad bellum profectus erat. Vid. Philipp. VII. — *Caesar meus,* Octavius privato consilio ab urbe in Galliam citeriorem adversus Antonium profectus. *SCH.* Mein Cäsar — ach! der nach eilf Monathen sein Todesurtheil sprach. — *societ. vict. tec. cop. fore* i. e. communem habituros tecum victoriam, die, wie ich hoffe, über Kurz der gemeinschaftlich erworbene Siegeskranz im schönsten Vereine mit Dir schmücken wird. Victoriae societas eos arctius tecum copulabit, coniunget.

EPISTOLA DCCXCII. (ad Div. X. 3.)

Scr. Romae mense Ianuario A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Hortatur, ut rem publicam bene gerat ex eiusque optimo statu gloriam quaerat. 1 — 4.

CICERO PLANCO S.

Quum ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc libentius, quod illum audiens te videbar audire. Nam et in re militari virtutem et in administranda provincia iustitiam et in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit et praeterea mihi non ignotam in consuetudine et familiaritate suavitatem tuam adiunxit: praeterea summam erga se liberalitatem. Quae omnia mihi iucunda, hoc extremum etiam gratum fuit. Ego, Plance, necessi- 2
tudinem constitutam habui cum domo vestra ante aliquanto, quam tu natus es; amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua; confirmata iam aetate, familiaritatem quum studio meo, tum iudicio tuo constitutam. His de causis mirabiliter faveo dignitati tuae, quam mihi tecum statuo debere esse communem. Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna: eaque es adeptus adolescens, multis invidentibus, quos ingenio industriaque fregisti. Nunc me amantissimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies, omnem tibi reliquae vitae dignitatem ex optimo rei publicae statu acquires. Scis profecto — ni 3

PLANCO. S. zu ep. 434 im Anf. 761. 789.

1. *Furnium.* Hanc epistolam Cicero Furnio legato ad Plancum redeunti perferendam dedit, nondum accepta Planci epistola, quae est 788. (h. ed. 789.) *SCH.* — *per se,* an und für sich, um sein selbst willen. — *et praeterea.* Hoc *praeterea* de Ern. susp. del. Sch. Lün. Defendi tamen potest in hac accumulatione duplex *praeterea. OR.* — *adiunxit,* fügte noch eine Schilderung von . . . hinzu. — *liberalitatem* laudavit.

2. *constitutam habui,* hab' ich angeknüpft. S. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 324. — *natus es.* Ern. Sch. Lün. *natus esses* contra Md. *OR.* — *amorem* habui constitutum. — *confirmata* i. e. quum esses adultus. — *studio meo,* wegen meiner Zuneigung. — *iudicio tuo,* weil Du es für gut fandest; wegen Deiner Wahl. — *constitutam.* Mira haec repetitio; quocirca Bened. cum Cdd. aliquot h. l. del. v. *constitutam.* Sed, nisi ipsius Tullii est negligentia, latet in hoc aliud participium v. c. *coniunctam, consociatam, copulatam, conflatam. OR.* — *quam* = quippe quam . . . *esse communem,* da ich behaupte, Deine Würde sei auch die meinige. Sic Vict. 2. *habere esse* Md. *habere et esse* Crat. *habere* Neap. Asc. 1 Ern. Bened. Sch. Lün. *esse* Vict. 1. Lamb. Graev. *OR.* — *Omnia* i. e. summos honores; scil. qui iam es designatus consul. — *fregisti,* niedergeschlagen hast, superasti. — *acquires,* so wirst Du

hil enim te fugere potuit — fuisse quoddam tempus, quum homines existimarent te nimis servire temporibus: quod ego quoque existimarem, te si ea, quae patiebare, probare etiam arbitrarer. Sed quum intelligerem, quid sentires, te arbitrabar videre, quid posses. Nunc alia ratio est omnium rerum: tuum iudicium est idque liberum. Consul es designatus, optima aetate, summa eloquentia, maxima orbitate rei publicae virorum talium. Incumbe, per deos immortales! in eam curam et cogitationem, quae tibi summam dignitatem et gloriam afferat. Unus autem est, hoc praesertim tempore, per tot annos re publica devexata, rei publicae bene gerendae cursus
4 ad gloriam. Haec amore magis impulsus scribenda ad te putavi, quam quo te arbitrarer monitis et praeceptis egere. Sciebam enim ex iisdem te haec haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. Quare modum faciam. Nunc tantum significandum putavi; ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam. Interea, quae ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, studiose diligenterque curabo.

---

auf die Erhaltung des Freistaats im besten Zustande die ganze Würde Deines übrigens Lebens gründen.

3. *quoddam,* Margo Crat. *quondam.* — *tempus, quum* = quo; scil. Caesare rege. — *te nimis serv. temp.*, Du huldigtest zu sehr den Zeitumständen. Wie getroffen! — *probare,* Lamb. *probasse;* tibi ea placuisse. — *quid sentires,* Deine Gesinnung. — *te . . videre, quid posses,* dass Du bloss aus Klugheit Deine Kräfte berechnetest. — *ratio,* das Verhältniss. — *tuum . . . liberum,* Du kannst nach Deiner Einsicht und zwar unbefangen handeln. — *maxima* (Ern. susp. *in max.*) *talium,* in einem an Männern wie Du verwaiseten Staate. — *Incumbe . . in eam cur. et cogit.*, gib Dich einer Sorge und einem Nachdenken hin. — *devexata.* Melius, puto: *divexata.* Neap. Asc. 1. Margo Crat. Bened. *deiecta. OR.* Ph. Melanchth. legit *divexata,* i. e. vastata. — *rei p. bene gerendae,* der einzige Weg zum Ruhm ist der, dass man die Republik zu retten sucht. Ern. coni. *re p. bene gerenda.* Vulgatum defendit Heusinger ad *Officc.* p. 370.

4. *quo* = als wenn, weil = quod. — *fontibus,* e philosophia Stoïcorum. — *Nunc . . putavi,* für dasmahl hab' ich nur Andeutungen, Winke hinwerfen wollen. — *quum ostent. prud.*, als meine Weisheit auszukramen, sehen zu lassen.

EPISTOLA DCCXCIII. (ad Div. XII. 4.)

Scr. Romae mense Ianuario. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Antonium cum Caesare interfectum haud fuisse queritur. Deinde de senatus et populi animo, de legatis ad Antonium et de Dolabellae conatu Syriam occupandi scribit. 1—2.

CICERO CASSIO S.

Vellem Idibus Martiis me ad coenam invitasses: reliquiarum nihil fuisset. Nunc me reliquiae vestrae exercent, et quidem praeter ceteros me. Quamquam egregios consules habemus, sed turpissimos consulares; senatum fortem, sed infimo quemque honore fortissimum. Populo vero nihil fortius, nihil melius, Italiaque universa. Nihil autem foedius Philippo et Pisone, legatis, nihil flagitiosius: qui quum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res denuntiarent, quum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Itaque ad nos concurritur; factique iam in re salutari populares sumus. Sed tu quid ageres, quid 2
acturus, ubi denique esses, nesciebam. Fama nuntiabat te esse in Syria: auctor erat nemo. De Bruto, quo pro-

---

C. CASSIO. S. zu ep. 241 im Anf. 764.

1. *Idib. Mart.*, am 15. März, *ad coenam*, wie ep. 794 *ad epulas* trop. für Lustbarkeit, zu ienem Genusse, ad Caesaris caedem, zu Cäsars Ermordung; utinam adhibuissetis me consiliis vestris, quae inter vos inibatis de interficiendo Caesare. S. Plaut. Poen. V, 4, 2: oculis epulas dare; Cicer. Top. ep. discendi. — *reliq. nihil f.*, es würden keine Brosamen übrig geblieben sein; i. e. Antonius non mansisset superstes, quia ego auctor fuissem hunc etiam tollendi. — *exercent*, ietzt aber setzen diese Überreste, die ihr gelassen habt, mich in Athem; vgl. ep. 794, 1: cum iis tantum negotii est. *nunc reliquiae nos exercent* Lamb. Sed vindicat Md. lectionem Macrob. *Sat.* 2, 4, p. 289. *Vulp. OR.* — *consules,* Hirtium et Pansam. — *turp.*, höchst niederträchtige. — *sed . . fortissimum,* aber ie tiefer in Ehrenstellen, desto tapferer; die Quästoren und Aedilen. — *legatis.* S. zu ep. 791, 2. Philippus erat vitricus Octavii. — *flagit.*, schmachvolleres. — *sententia,* consulto. — *certas res den.*, die bestimmtesten Befehle zu überbringen. — *ultro,* sponte. Sie mussten die Forderungen gar nicht annehmen. Man lese sie in der achten Philippischen Rede. — *concurritur,* und so strömt denn Alles auf mich zu, will Rath von mir. — *populares,* defensores populi, die Zuflucht des Volks.

2. *in Syria.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 1. 2. Lamb., ut in Ep. seq. *te isse in Syriam* Cdd. aliq. Margo Crat. Graev. Bened., ut *ad Divers.* 12, 14. *te esse in Syriam* Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* Vergl. ep. 795. — *auctor erat nemo,* Niemand wollte es gesagt haben. Non habebamus certum eius nuntii auctorem. — *De Bruto* i. e. de M. Bruto, qui erat in Macedonia. —

pius est, eo firmiora videntur esse, quae nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tam cito succederet, quum tu vixdum triginta dies in Syria fuisses. Itaque constabat eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus et tua et Bruti est, quod exercitum praeter spem existimamini comparasse. Scriberem plura, si rem causamque nossem. Nunc quae scribo, scribo ex opinione hominum atque fama. Tuas literas avide exspecto. Vale.

EPISTOLA DCCXCIV. (ad Div. X. 28.)

Scr. Romae mense Februario. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Dolet Antonium non una cum Caesare interfectum, qui nunc tantas turbas cieat; deinde suum libertatis recuperandae studium declarat. 1 — 3.

CICERO TREBONIO S.

Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis invitasses! reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum iis tantum negotii est, ut vestrum illud divinum in rem publicam beneficium nonnullam habeat que-

---

firmiora, zuverlässiger. — *non insuls.*, nicht unwitzigen. — *quod . . . succederet*, „dass er Dich so plötzlich ablösen wolle.“ Der Scherz liegt darin: Vermöge des Cornelischen Gesetzes durfte ein Proconsul 30 Tage über die ihm bestimmte Iahresfrist in der Provinz bleiben; dann aber musste er dem neu angekommenen Proconsul schlechterdings weichen und abziehen. Cassius war vom Senate zum Proconsul von Syrien bestimmt und zog der Ordnung gemäss auf. Dolabella aber, einverstanden mit Antonius, wollte dieselbe für sich mit Gewalt in Besitz nehmen und dem Cassius entreissen. Er folgte ihm daher auf dem Fusse nach und kam an, als die ersten 30 Tage kaum verflossen waren, da er doch als gesetzlich bestimmter Nachfolger kein Recht gehabt hätte, den Abzug des Cassius eher als in Iahresfrist und dreissig Tagen zu verlangen. *GRÄTER. MANUT.* — *constabat*, stand es fest, war man allgemein der Meinung. — *recipi*, zugelassen werden, admitti. — *Bruti*, M. Bruti. — *praet. spem.*, über Erwarten.

TREBONIO. S. zu ep. 430 im Anf. 713. 715.

1. *Quam vellem* cet. Vgl. zum Anf. des vorig. Briefs. — *cum iis.* Sic Md. Vict. 2. *his* Cett. *OR.* Antonius multum negotii facessit nobis, macht uns so viel zu schaffen. — *nonn. habeat querel.*, doch einige Klage, Beschwerde zulässt. Praeclare meriti estis de re publica, quod occidendo Caesarem asseruistis rem publicam in veterem libertatem; sed non plenam gratiam iniistis a nobis, quod superstes est hodie Antonius, qui item tollendus fuerat e medio.

relam. Quod vero a te, viro optimo, seductus est tuoque beneficio adhuc vivit haec pestis, interdum, quod mihi vix fas est, tibi subirascor. Mihi enim negotii plus reliquisti uni, quam praeter me omnibus. Ut enim primum post Antonii foedissimum discessum senatus haberi libere potuit, ad illum animum meum reverti pristinum, quem tu cum civi acerrimo, patre tuo, in ore et amore
semper habuisti. Nam quum senatum a. d. XIII. Kalen- 2
das Ianuarias tribuni plebis vocavissent deque alia re referrent: totam rem publicam sum complexus egique acerrime senatumque iam languentem et defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque revocavi magis animi quam ingenii viribus. Hic dies meaque contentio atque actio spem primum populo Romano attulit libertatis recuperandae. Nec vero ipse postea tempus ullum intermisi de re publica non cogitandi solum, sed etiam agen-
di. Quod nisi res urbanas actaque omnia ad te perferri 3
arbitrarer, ipse perscriberem, quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex aliis: a me pauca, et ea summatim. Habemus fortem senatum, consulares partim timidos partim male sentientes. Magnum damnum factum est in Servio. L. Caesar optime

---

— *seductus est*, bei Seite gezogen wurde. Antequam Caesar interficeretur, Trebonius Antonium seduxit, ne forte Caesari succurrere posset. *SCH.* — *haec pestis*, homo pestifer, dieser Plagegeist. Metaphora. S. Ramsh. §. 203, 2, b. — *reliquisti* scil. eo, quod Antonium seduxeris. — *foed. discessum*, nach dem neulichen, schimpflichen Abzuge des Antonius. S. Philipp. III, 9. V, 9. Neque sacrificiis solemnibus factis neque votis nuncupatis, non profectus est, sed profugit paludatus, sagt Cicero. — *animum*, Beherztheit, Entschlossenheit. — *in ore et amore semp. hab.*, immer im Mund und Herzen trugest d. i. priesest und an mir liebtest. *In ore hab.* = laudasti, praedicasti. *et amore* suspecta Ern. Sed recte dicitur et *in ore habere* et *in amore habere.* Hic utrumque coniungitur. *OR.* Doch sollte man *in pectore* vermuthen.

2. *XIII. Kal. Ian.*, am 20. December. — *tribuni pl.* novi, qui magistratum de more inierunt IV. Id. Dec. *MANUT.* — *deque alia re*, über ganz andere, unbedeutende Dinge z. B. über die Verbesserung der Appischen Strasse, über die Münze u. s. w., da doch ietzt die Freiheit auf dem Spiele stand. S. Philipp. VII. im Anf. — *compl. sum.* Er deutet auf seine dritte oratio Philippica. — *ad... consuet.*, zur alten Thatkraft und Sitte. Eine Hendiadys st. *ad pr. virtutem consuetamque.* — *animi*, meines Gefühls, meines Muths, meiner Begeisterung.

3. *res urb.*, Vorfälle der Stadt; *acta*, öffentliche Verhandlungen. — *summatim*, in Kürze zusammengefasst. — *male sent.* Vgl. ep. 795 am Ende und 793 im Anf. Unter die timidi rechnet er den Philippus, unter diese den Piso. — *in Servio* Sulpicio, nuper

sentit: sed, quod avunculus est, non acerrimas dicit sententias. Consules egregii: praeclarus D. Brutus: egregius puer Caesar, de quo spero equidem reliqua. Hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos celeriter conscripsisset legionesque duae de exercitu Antonii ad eius se auctoritatem contulissent atque is oppositus esset terror Antonio, nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis praeteriturum fuisse. Haec tibi, etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. Plura scribam, si plus otii habuero.

EPISTOLA DCCXCV. (ad Div. XII. 5.)

Scr. Romae mense Februario. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

M. Brutum laudat, ut accendat eius exemplo Cassium ad imitationem; addit de Mutinensi bello et de statu rei publicae. 1—3.

CICERO CASSIO S.

Hiemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid ageres maximeque ubi esses. Loquebantur omnes tamen — credo quod volebant — in Syria te esse, habere copias. Id autem eo facilius credebatur, quia simile veri videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus. Res enim tantas

---

quum esset ad Antonium missus, mortuo. Cfr. ep. 795. 365 im Anf. 557. 566. Philipp. IX. — *avunculus* M. Antonii. Ep. 795 eum unum dicit firmum et rectum. — *puer Caesar* Octavianus, qui tum annum XIX. agebat. — *reliqua,* das Übrige, was noch zu thun ist. — *conscr.,* aufgeboten hätte. — *legiones duae,* Martia et Quarta. S. ep. 779, 2. Philipp. III, 3. — *ad eius auct. contul.,* sich unter seine Fahne begeben hätten. — *is,* der Art. — *oppositus esset* eiusque ferociam infregisset. — *nihil Antonium* Brundisio cum legionibus Macedonicis redeuntem. *MANUT.* S. ep. 765. 813. Oratt. Philipp. Plutarch. Dio. — *praeterit. fuisse,* würde unversucht, unausgeführt gelassen haben. Ein solches Beispiel hatte er noch vor Kurzem zu Brundisium gegeben. Als von den aus Macedonien zurückkehrenden vier Legionen des Cäsars drei ihn nicht als ihren Feldherrn anerkennen wollten, berief er alle Hauptleute derselben, 300 an der Zahl, in seine Wohnung, wo er sie vor seinen Augen und vor seiner Gemahlinn Fulvia niederhauen liess.

CASSIO. S. zu ep. 793 im Anf.

1. *Hiemem* = tempestates hiemis. Diese erschwerten die Absendung der Packete zur See und der Briefboten zu Lande. — *quod volebant,* weil sie es wünschten. Seneca in Hercul. fur.: Quod nimis miseri volunt, hoc facile credunt. — *simile veri.* Sic scripsi. *simile vere* Md. *sim. vero* Cett. *OR.* — M. *Brutus.* — *Res enim tantas gessit.* S. Philipp. X. In senatus consulto laudatus est

gessit tamque inopinatas, ut eae quum per se gratae essent, tum ornatiores propter celeritatem. Quod si tu ea tenes, quae putamus, magnis subsidiis fulta res publica est. A prima enim ora Graeciae usque ad Aegyptum optimorum civium imperiis muniti erimus et copiis. Quamquam, nisi me fallebat, res se sic habebat, ut to- 2
tius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, ut sperabamus, erupisset Mutina, nihil belli reliqui fore videbatur. Parvis omnino iam copiis obsidebatur, quod magno praesidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claternae noster Hirtius: ad Forum Cornelium Caesar, uterque cum firmo exercitu: magnasque Romae Pansa copias ex delectu Italiae comparat. Hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, ut mihi crebris literis significat, acturus videbatur. Praeter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam rei publicae. Tuos etiam clientes Transpadanos mirifice coniunctos

---

his verbis: „quod eius opera, consilio, industria, virtute difficillimo rei publicae tempore provincia Macedonia, Illyricum, cuncta Graecia, legiones, exercitus, equitatus in consulum, senatus populique Romani potestate essent.“ — *ornatiores*, sehr ruhmwürdig in den Augen der Patrioten; sehr gepriesen. — *ea* loca, wenn Du nun auch dieienigen Länder besetzt hast. — *quae* a te teneri *putamus*. — *magn. subsid.* cet., so ruhet die Republik bereits auf mächtigen Pfeilern. — *optimorum civium*, M. Bruti et C. Cassii. — *usque ad Aeg.*, quam partem Cassius in potestate rei publicae continebat. Philipp. X. *MANUT.*

2. *fallebat . . habebat* st. fallit, habet im Briefstil. — *discrimen*, die Entscheidung, der glückliche Ausgang. — *qui si . . erupisset Mut.*, denn, wenn diesem ein Ausfall aus Mutina gelingen sollte, so scheint u. s. w. — *reliqui*, pro quo *reliquum* ex antiqua coni. Dresd. tert. Lamb. Ern. Bened. Sch. Lün. Defendi potest duplex genitivus, ut fecit Rostius *Spec.* 4, p. 12.; etsi placet emendatio. *OR.* — *Bononiam*, Bologna. — *Claternae*, ietzt Quaderna. Oppidum Lingonum in Gallia Cispadana. *GRAEV.* — *Forum Cornelium.* Et hoc oppidum est Lingonum ad viam Flaminiam, aliter Forum Cornelii, sic dictum a L. Cornelio Sulla; hodie Imola. *GRAEV.* — *Caesar* Octavianus, ille puer. — *comparat*, wirbt. Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Scilicet D. Brutus *obsidebatur*, *erat* Claternae Hirtius tum, quum novissimas ab eis literas accepimus; *nunc* autem hic Pansa magnas copias *comparat*; *prohibuerat* et seqq. imperfecta rursus ad tempus scriptarum ab Hirtio epistolarum referuntur. *comparabat* Ern. coni. Sch. Lün. *compararat* Cdd. aliq. Neap. Asc. 1. Crat. Bened. *OR.* — *rem geri*, los zu schlagen, in's Feld zu rücken. — *considerate*, mit Bedacht, Vorsicht. — *Regium Lepidi*, oppidum Boiorum in Gallia Cispadana, quod et Forum Regii dicitur. Nunc Rezzo s. Reggio. *GRAEV.* — *totam Galliam* Cisalpinam. — *clientes*. Ganze Municipalstädte und die ge-

cum causa habebamus. Erat firmissimus senatus, exceptis consularibus: ex quibus unus L. Caesar firmus est
3 et rectus. Ser. Sulpicii morte magnum praesidium amisimus. Reliqui partim inertes, partim improbi: nonnulli invident eorum laudi, quos in re publica probari vident. Populi vero Romani totiusque Italiae mira consensio est. Haec erant fere, quae tibi nota esse vellem. Nunc autem opto, ut ab istis Orientis partibus virtutis tuae lumen eluceat. Vale.

EPISTOLA DCCXCVI. (ad Div. IX. 24.)

Scr. Romae exeunte Februario A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Rufum a Paeto commendatum sibi curae fore ostendit. 1. Iocose Paetum hortatur, ut ad cenas itare pergat, ne ipse pecunias facere dediscat. 2—3. se tamen, quod iocosius scribat, non abiecisse curam rei publicae demonstrat. 4.

CICERO PAETO S. D.

Rufum istum, amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuvarem, quantum possem, etiam si ab eo laesus essem, quum te tanto opere viderem eius causa laborare: quum vero et ex tuis literis et ex illius ad me missis intelligam et iudicem magnae curae ei salutem meam fuisse, non possum ei non amicus esse; neque solum tua commendatione, quae apud me, ut debet, valet plurimum, sed etiam voluntate ac iudicio meo. Volo enim te scire, mi Paete, initium mihi suspicionis et cau-

---

sammten Einwohner von Landstrichen wurden clientes genannt, in so fern sie sich in den Schutz einer mächtigen Römischen Patrizierfamilie begeben hatten. — *cum causa* nostra, mit uns'rer Partei. — *L. Caesar.* S. ep. 794, 3. — *firmus,* fest, zuverlässig; *rectus,* redlich, aufrichtig.

3. *Ser. Sulpicii morte.* S. ep. 794, 3. Missus a senatu ad Antonium Mutinam obsidentem in legatione morbo oppressus periit; senatusque statuam ei pedestrem aeneam in Rostris collocandam, ipsum quam amplissime efferendum, sepulcrum in campo Esquilino publice dandum e Ciceronis sententia decrevit. Vid. Philipp. IX, 7. *MANUT.* — *quos in re p. prob. vident,* die, wie sie bemerken, als rechtliche Republicaner angesehen werden. — *partibus,* regionibus.

PAETO. S. zu ep. 216 im Anf. 658. 659.

1. *Rufum,* Paeti amicum. — *eius causa laborare,* dass Dir sein Heil so sehr am Herzen liegt. — *non possum . . non,* so kann ich nicht umhin, so muss ich. — *Volo enim te scire,* denn ich kann Dir nicht verhehlen. — *suspicionis,* gegen die Antonianer. — *lite-*

tionis et diligentiae fuisse literas tuas; quibus literis congruentes fuerunt aliae postea multorum. Nam et Aquini et Fabrateriae consilia sunt inita de me, quae te video inaudisse: et, quasi divinarent, quam iis molestus essem futurus, nihil aliud egerunt, nisi me ut opprimerent. Quod ego non suspicans incautior fuissem, nisi a te admonitus essem. Quamobrem iste tuus amicus apud me commendatione non eget. Utinam ea fortuna rei publicae sit, ut ille me quam gratissimum possit cognoscere! Sed 2
haec hactenus. Te ad coenas itare desisse, moleste fero: magna enim te delectatione et voluptate privasti. Deinde etiam vereor — licet enim verum dicere — ne nescio quid illud, quod solebas, dediscas et obliviscare coenulas facere. Nam si tum, quum habebas, quos imitarere, non multum proficiebas: quid nunc te facturum putem? Spurinna quidem, quum ei rem demonstrassem et vitam tuam superiorem exposuissem, magnum periculum summae rei publicae demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinem tum, quum Favonius flaret, revertisses: hoc tempore ferri posse, si forte tu frigus ferre non posses. Sed, meher- 3
cule, mi Paete, extra iocum, moneo te, quod pertinere ad beate vivendum arbitror, ut cum viris bonis, iucundis, amantibus tui vivas. Nihil est aptius vitae: nihil ad beate vivendum accommodatius. Nec id ad volupta-

---

ras, quibus literis. S. Ramsh. §. 159, 3, d, N. 2. *Fabrateria*, wie Aquinum, eine Stadt der Volsci in Latium. — *cons. s. inita de me*, ab Antonio eiusque sociis de opprimendo Cicerone, quibus de insidiis passim in Philippicis loquitur. Sch. — *iis.* Sic Dresd. sec. *his* Cett. cum Md. *OR.*

2. *coenulas*, commissatiunculas, kleine nächtliche Schwärmereien. — *quos imitarere*, vivo Caesare, quum Hirtius et Dolabella cenas darent. *MANUT.* S. ep. 430. — *non multum proficiebas*, eben keine grosse Fortschritte in solchen Schmausereien machtest, quia illorum cenae copiosae, tuae pertenues erant. *MANUT.* — *Spurinna* Vestriciae gentis, ut Libr. XVIII. auctor est Tacitus, haruspex fuit, qui futura praediceret. Hic Caesarem monuit, ut caveret Idus Martias, quibus est interfectus. *MANUT.* S. de Divin. I, 52. Sueton. Caes. 81. — *peric. summ. rei publ. demonstrabat*, prophezeite, es werde dem Staate ein grosses Unglück bevorstehen. Suaviter iocatur, ut solet, cum Paeto. *SCH.* — *Favonius.* Ex h. l. patet hanc epistolam ante veris initium scriptam esse. *SCH.* — *hoc* i. e. verno tempore. — *ferri posse* τὸ ad cenas exire. — *si forte . . . non posses*, wenn Du etwa ietzt die Kälte nicht ertragen könntest und desshalb keine Gastmähler besuchtest.

3. *extra iocum*, Scherz bei Seite! — *ut . . vivas*, dass Du mit . . . Umgang pflegest. — *Nihil est.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. del. *est* Ceteri. *OR.* — *Nec id ad vol. refero*, ich berechne iedoch Das nicht auf das blosse Vergnügen; ich habe iedoch dabei nicht

tem refero, sed ad communitatem vitae atque victus remissionemque animorum, quae maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus, ut sapientius nostri, quam Graeci; illi συμπόσια aut σύνδειπνα, id est, compotationes aut concoenationes, nos *convivia*, quod tum maxime simul vivitur. Vides, ut te philosophando revocare coner ad coenas! Cura, ut valeas: id foris
4 coenitando facillime consequere. Sed cave, si me amas, existimes, me, quod iocosius scribam, abiecisse curam rei publicae. Sic tibi, mi Paete, persuade, me dies et noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei cives salvi liberique sint. Nullum locum praetermitto monendi, agendi, providendi: hoc denique animo sum, ut, si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit, praeclare actum mecum putem. Etiam atque etiam vale.

EPISTOLA DCCXCVII. (ad Div. X. 5.)

Scr. Romae mense Februario A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Denuo Plancum ad suscipiendam tuendamque rem publicam gloriae stimulis instigat. 1—3.

CICERO PLANCO S.

Binas a te accepi literas eodem exemplo: quod ipsum

---

bloss das Vergnügen im Auge. — *comm. vitae atque victus*, das gemeinschaftliche Zusammenleben und Geniessen. — *remissionem*, Erholung. Bild vom Abspannen des Bogens. S. Phaedr. III, 4, 10. — *ut sap. n. q. Graeci*, was auch die Römer sachgemässer als die Griechen, bezeichnen. — *illi* nominant συμπόσια, Trinkgelage. — σύνδειπνα, Essgelage. — *concoenationes.* Haec *id est . . . concoenationes* de Ruhnkenii susp. ad *Vellei. Pat.* p. 144. del. Sch. Lün. probante Wundero. Sed vide Wunderi Censorem Heidelbergensem 1828. pag. 483 hunc locum scite defendentem. *OR.* — *convivia*, Lebensgelage. — *vivitur*, das Leben genossen wird. — *foris*, ausser dem Hause.

4. *abiecisse*, „dass ich mich der Sorge für das Vaterland entschlagen hätte.“ Das sollst Du, will er durch Vorhaltung seines Beispiels ihm sagen, auch nicht bei Deinen Freudengenüssen Dir zu Schulden kommen lassen; vielmehr sollst Du bei den Gelagen Deine Mitgäste für das Beste der Republik erwärmen und begeistern. — *locum*, Gelegenheit. — *cura*, Margo Crat. *causa*. — *si . . vita mihi ponenda sit*, wenn ich bei . . . mein Leben lassen müsste. — *praecl. actum mecum*, es sei wohl mit mir gethan.

PLANCO. S. zu ep. 792 im Anf.

1. *eodem exemplo*, „vollkommen gleichlautend;“ damit, wenn die eine Abschrift verunglückte, die andere doch an Ort u. Stelle

argumento mihi fuit diligentiae tuae. Intellexi enim te laborare, ut ad me mihi exspectatissimae literae perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem mihique in comparatione difficilem ad iudicandum: amoremne erga me tuum, an animum in rem publicam pluris aestimandum putarem. Est omnino patriae caritas meo quidem iudicio maxima: sed amor voluntatisque coniunctio plus certe habet suavitatis. Itaque commemoratio tua paternae necessitudinis benevolentiaeque eius, quam erga me a pueritia contulisses, ceterarumque rerum, quae ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi laetitiam attulerunt. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de 2
re publica quemque habiturus esses, mihi erat iucundissima: eoque maior erat haec laetitia, quod ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro, quod feci iis literis, quibus tu humanissime respondisti, ut tota mente omnique animi impetu in rem publicam incumbas. Nihil est, quod tibi maiori fructui gloriaeque esse possit: nec quidquam ex omnibus rebus humanis est praeclarius aut praestantius, quam de re publica bene mereri. Adhuc enim — pati- 3
tur tua summa humanitas et sapientia me, quod sentiam, libere dicere — fortuna suffragante videris res maximas consecutus: quod quamquam sine virtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea, quae es adeptus, fortunae temporibusque tribuuntur. His temporibus difficillimis

---

käme. — *diligentiae* i. e. declaravit tuam diligentiam, Vorsicht. Er meint den Brief des Plancus, der in dieser Ausgabe der 789ste ist. — *ad me mihi*, welches letztere Wort von *exspect.* regirt wird. Lamb. *tuae* pro *mihi.* — *fructum*, Genuss, Vergnügen. — *mihique . . . difficilem*, in quo, si comparare velim tuum erga me amorem tuumque in rem publicam animum, difficile mihi est diiudicare, utrum horum pluris sit aestimandum. — *erga...contulisses.* „Phrasis haec non est Ciceroniana; nam semper alibi dixit *erga me habuisse*, aut *in me contulisse.*" *ERN.* — *attulerunt.* Lamb. *attulerat.* Correxit scil. hoc *σολοικοφανὲς commemoratio attulerunt.* sed plur. numer. usus est Cicero praesertim propter v. *ceterarumque rerum. OR.*

2. *plane*, offen, ohne Bedenken. — *iis.* Sic Neap. Lamb. *his* Cett. cum Md. *OR.* — *ut . . . impetu in r. p. incumbas*, dass Du Dich mit . . . dem ganzen Feuer Deines Geistes dem Vaterlande weihest.

3. *fortuna.* Distinxi cum Victorio et Madvig. 1. p. 170. Ceteri perverse: *Adhuc enim patitur . . . libere dicere. Fortuna. OR.* — *res max. consec.* Erat enim iam illa aetate consul designatus. *SCH.* — *fortunae temporibusque*, Caesaris potissimum beneficio. *SCH.* denn Plancus war nicht vom Senat oder Volke, sondern vom

rei publicae quidquid subveneris, id erit totum et proprium tuum. Incredibile est omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium: magna spes in te et in tuo exercitu, magna exspectatio. Cuius, per deos! gratiae gloriaeque cave tempus amittas. Sic moneo, ut filium: sic faveo, ut mihi: sic hortor, ut et pro patria et amicissimum.

EPISTOLA DCCXCVIII. (ad Div. XII. 11.)

Scr. Nonis Martiis in castris Taricheis A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Narrat, a quibus copias acceperit, seque et rem publicam commendat. 1—2.

C. CASSIUS PROCOS. S. D. M. CICERONI.

S. V. B. E. E. Q. V. In Syriam me profectum esse scito ad L. Murcum et Q. Crispum, imperatores. Viri fortes optimique cives, posteaquam audierunt, quae Romae gererentur, exercitus mihi tradiderunt: ipsique mecum

---

Cäsar, dessen Partei er gehalten hatte, zum Consul auf das Iahr 712 ernannt worden. *trib.* zuschreiben. — *rei p. quidquid subven.*, iede Hülfe, die Du der Republik leistest. — *proprium.* Lamb. coni. Ern. Sch. Lün. *proprie*, ut Lib. 9, 15. et 10, 24. Sed nostrum quoque rectum. cfr. *pro Marcello* c. 2. (*totum et proprium et tuum* e Cdd. Reg. Lall.) *OR.* — *cave temp. amittas* i. e. negligas occasionem huius gloriae consequendae. — *pro patria.* Asc. I. Bened. *ut et proprium.* cfr. Rostii *Spec.* 4. p. 7.

C. CASSIUS. S. zu ep. 241 im Anf. 793. 795.

PROCOS. Non quia consul fuisset, verum quia proconsulari imperio Syriae praeesset. Multos autem post praeturam proconsules appellatos esse constat. Vid. de Leg. I, 20. Orat. in Vatin. c. 5. de Orat. I, 18. Liv. XXXVII, I. Syriam Cassio praetori Caesar Parthicum bellum cogitans destinaverat, ut praetura functus in eam iret. Caesare mortuo Antonius effecit, ut ea Dolabellae collegae suo, sibi autem Macedonia senatus consulto traderentur, Cassius in Siciliam, M. Brutus in Asiam uterque emendi mittendique ad urbem frumenti gratia mitterentur. *MANUT.* Vid. ep. 723. seqq. Brutus tamen et Cassius hanc legationem frumentariam aspernati, neglecto illo senatus consulto, in provincias sibi a Caesare destinatas ierant, Brutus quidem in Macedoniam, Cassius in Syriam. *SCH.* cf. ep. 724.

1. *L.* Statium *Murcum*, qui tres legiones habebat. Vid. Philipp. XI, 12. Appian. IV. Dio XLVII. Hunc postea Sext. Pompeius, Magni F., quum ad eum devictis Bruto et Cassio se contulisset, virtutem eius timens occidit. Dio XLVIII. *MANUT.* — Q. Marcium *Crispum* ipsum quoque trium legionum ducem. Philipp. XI, 12. Appian. et Dio: quamquam Dio mendose M. Crispum vocat. *MAN.*

una fortissimo animo rem publicam administrant. Item legionem, quam Q. Caecilius Bassus habuit, ad me venisse scito: quatuorque legiones, quas A. Allienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc 2
te cohortatione non puto indigere, ut nos absentes remque publicam, quantum est in te, defendas. Scire te volo, firma praesidia vobis senatuique *non* deesse, ut optima spe et maximo animo rem publicam defendas. Reliqua tecum aget L. Carteius, familiaris meus. Vale. Data Nonis Martiis, ex castris Taricheis.

EPISTOLA DCCXCIX. (ad Div. X. 31.)

Scr. Cordubae XVII. Kal. April. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Excusat se, quod studium erga rem publicam suum nondum declaraverit, seque libertatis recuperandae percupidum ostendit. 1 — 6.

C. ASINIUS POLLIO CICERONI S. D.

Minime mirum tibi debet videri nihil me scripsisse

Beider Heer bestand also aus 25,000 Mann. — *rem publicam,* den Staatsdienst. — *Q. Caecilius Bassus,* nach der Pharsalischen Affaire vom Cäsar begnadigt und kurz vor dessen Ermordung als Befehlshaber einer Legion zum Parthischen Kriege vorausgeschickt. Philipp. XI, 13. Strabo XVI. Dio XLVII. Appian. IV. — *venisse scito.* del. *scito* Lamb. Sch. Lün. — *Allienus* legatus Dolabellae. Vid. Philipp. XI, 13. — *ex Aegypto,* quo missus erat a Dolabella, ut ad se quatuor illas legiones adduceret. *MANUT.*

2. *quantum . . in te.* Sic Md. ex mea certe collatione, Margo Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. *quantum opus est* Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. Bened. *OR.* — *praesidia,* Schutztruppen. — *senatuique non.* Hoc *non* e necessario est suppl. om. Md. *OR.* — *defendas,* defendere possis. — *tecum aget,* wird mit Dir abmachen. *L. Carteius* aliquid muneris in exercitu Cassii in Syria tenuisse videtur. — *Non. Mart.,* am 7. März. — *Tarichea,* ein fester Platz in Untergaliläa am südlichen Ende des Sees Genezareth. Vid. Plin. H. N. V, 15. Sueton. Tit. 4. Strab. XVI.

C. ASINIUS POLLIO. Caesar Parthicum bellum cogitans Hispaniis quoque duabus duos, Lepidum citeriori, Asinium ulteriori, rectores dedit. Asinius vivo adhuc Caesare in provinciam ivit; Lepidus ad urbem mansit. Post Caesaris necem, ubi Antonium, Lepidum, Octavianum coniunctos vidit, ad eorum partes cum duabus legionibus se contulit, primum fortunam secutus, deinde amicitia quoque permotus Antonii. Triumphasse eum de Parthinis, quos in Macedonia Plinius, in Epiro Strabo, in Illyrico Stephanus, verbo potius quam re diversi, collocant, ex fastis Capitolinis intelligitur. Vixit ad extremum paene Augusti principatum, et primus Bibliothecam de manubiis Romae publicavit et in ea M. Varronis imagi-

de re publica, posteaquam itum est ad arma. Nam saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est, tamen nequaquam tanta in mora est, quanta, qui locis omnibus dispositi ab utraque parte scrutantur tabellarios et retinent. Itaque nisi nave perlatae literae essent, omnino nescirem, quid istic fieret. Nunc vero nactus occasionem, posteaquam navigari coeptum est, cupidissi-
2 me et quam creberrime potero, scribam ad te. Ne movear eius sermonibus, quem, tametsi nemo est, qui videre velit, tamen nequaquam proinde ac dignus est, oderunt homines, periculum non est: adeo est enim invisus mihi, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit. Natura autem mea et studia trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem. Itaque illud initium civilis belli saepe deflevi. Quum vero non liceret mihi nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habebam; ea castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum: compulsus eo, quo minime vole-

---

nem viventis posuit. Vid. Plin. VII, 30. XXXV, 2. *MANUT.* Über diesen nachmahligen Beschützer des Virgilius und Horatius und Kunstrichter s. Vellei. Paterc. II, 86. Tacit. de Orat. c. 17. 34. Horat. Carm. II, 1. Sat. I, 10, 85. Virgil. Eclog. III, 86. Thorbecke: Commentatio de C. Asinii Pollionis vita et studiis doctrinae. Lugduni Batav. 1820. 8. u. Graeter zu d. Stelle.

1. *saltus Castulon.*, der Waldpass bei Castulo, ietzt Caslona, an dem Bätis, dem heutigen Guadalquivir, zwischen Neucastilien und Andalusien. Plin. III, 3. — *tenuit*, remoratus est. — *infestior*, unsicherer. — *nequaq. tanta in mora est, quanta* in mora sunt, macht iedoch keines Weges einen so grossen Aufenthalt der Boten, als Die u. s. w. — *ab utraque parte*, Lepidi, Antonii, D. Bruti. — *istic*, Romae.

2. *Ne movear eius*, M. Antonii, *serm. . . . periculum non est*, dass ich mich durch die Vorspiegelungen des M. Antonius irre machen liesse, das hat keine Gefahr, das ist nicht zu fürchten. Sic Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. *moveare* Md. Crat. I. Vict. 1. Bened. Sch. Lün. Sed obstant seqq. *periculum non est*, pro quibus deberet esse *te rogo. OR.* Schütz erklärt *moveare:* Non veretur Pollio, ne Cicero moveatur Antonii sermonibus, Pollionis amicitiam iactantis. — *nihil non . . quod comm. c. illo sit*, alle Berührungspunkte mit ihm; Alles, worin ich mit ihm in Berührung komme. — *Natura*, Charakter. — *civilis belli* inter Caesarem et Pompeium. — *nullius partis esse*, neutral zu bleiben. — *utrobique*, auf beiden Seiten, sowohl beim Pompeius als Cäsar. — *ea castra*, scil. Pompeii fugi et Caesaris castra secutus sum, ubi mihi inimicus minus nocere posset. — *ab insidiis inimici*, fortasse Catonis, quem altero et vicesimo aetatis suae anno accusavit. — *compulsus eo*, in Caesaris castra, ad Caesaris partes. — *volebam*; nam civile bellum detesta-

bam, ne in extremis essem, plane pericula non dubitanter adii. Caesarem vero, quod me in tanta fortuna modo 3 cognitum vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate et fide. Quae mea sententia gerere mihi licuit, ita feci, ut optimus quisque maxime probarit. Quod iussus sum, eo tempore atque ita feci, ut appareret, invito imperatum esse. Cuius facti iniustissima invidia erudire me potuit, quam iucunda libertas et quam misera sub dominatione vita esset. Ita, si id agitur, ut rursus in potestate omnia unius sint, quicunque is est, ei me profiteor inimicum. Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Sed con- 4
sules neque senatus consulto neque literis suis praeceperant mihi, quid facerem. Unas enim post Idus Martias demum a Pansa literas accepi, in quibus hortatur me, ut senatui scribam me et exercitum in potestate eius futurum. Quod, quum Lepidus concionaretur atque omnibus scriberet se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit. Nam quibus commeatibus invito illo per illius pro-

---

bar. — *extremis*, ignavis et minimae sortis, um nicht zu den Schlechtesten zu gehören. — *adii*, so wohl in der Pharsalischen Schlacht als in Spanien bei Cäsars letztem Kriege wider die Söhne des Pompeius.

3. *Caesarem*, den Iulius Cäsar. — *in tanta fortuna*, auf dieser Höhe seines Glücks. — *habuit*, mich, einen neuen Bekannten, wie einen seiner ältesten Freunde behandelte. — *iussus sum* facere a Caesare. — *eo tempore atque ita*. Neap. Lamb. *sum eo tempore, id ita*. Sed sententia est: „tam tarde tamque negligenter feci." *OR.* — *mea sent.*, nach meiner Überzeugung, mit gutem Gewissen. — *invito* mihi. — *Cuius facti.. invidia*, der höchst ungerechte Hass hierüber; der ihm Verläumdung beim Cäsar zuzog. — *deprec.*, ablehnen würde.

4. *consules* Antonius et Dolabella, ut Manutius opinatur; imo Hirtius et Pansa, ut contextus docet. Wem die Zeit vom Antritt dieser Consuln am 1. Ianuar zu kurz scheint, als dass Pollio von ihnen schon hätte Befehle erhalten können, Der supplire zu consules das Wörtchen designati, die damals erst designirten, aber nunmehrigen, wirklich angetretenen Consuln. Diese konnten, zumahl da Dolabella und Antonius sich früh aus Rom entfernt hatten, wohl die Wünsche des Senats dem Pollio mittheilen, der darauf wirklich gewartet zu haben versichert und *praeceperant*, nicht *iusserant*, aus dem Grunde gebraucht, weil er von den Zeiten vor dem Antritt ihres Consulats hier schreibt, worauf das Folgende *Unas . . . accepi* hinweiset. *praecipere*, vorzeichnen, worüber belehren. — *post Idus Mart.*, post Caesaris caedem. — *in pot. ei. futurum*, demselben zu Befehle stehen würde. — *Quod . . . contrarium fuit*, diess war eine widrige, unerwartete Zumuthung. — *concion.*, in öffentlicher Versammlung sagen. — *invito illo*, Lepido. — *illius*, Lepidi. — *provinciam*, Hispaniam citeriorem, Galliam

vinciam legiones ducerem? aut, si cetera transissem, num
etiam Alpes poteram transvolare, quae praesidio illius
tenentur? Adde huc, quod perferri literae nulla condi-
tione potuerunt: sexcentis enim locis excutiuntur: deinde
5 etiam retinentur ab Lepido tabellarii. Illud me Cordu-
bae pro concione dixisse nemo vocabit in dubium, pro-
vinciam me nulli, nisi qui ab senatu missus venisset, tra-
diturum. Nam de legione tricesima tradenda quantas
contentiones habuerim quid ego scribam? qua tradita,
quanto pro re publica infirmior futurus fuerim, quis igno-
rat? Hac enim legione noli acrius aut pugnacius quid-
quam putare esse. Quare eum me existima esse, qui
primum pacis cupidissimus sim; omnes enim cives plane
studeo esse salvos: deinde, qui et me et rem publicam
6 vindicare in libertatem paratus sim. Quod familiarem
meum tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius
est. Invideo illi tamen, quod ambulat et iocatur tecum.
Quaeres, quanti aestimem? Si unquam licuerit vivere in
otio, experieris. Nullum enim vestigium abs te disces-
surus sum. Illud vehementer admiror, non scripsisse te
mihi, manendo in provincia, an ducendo exercitum in
Italiam rei publicae magis satisfacere possim. Ego qui-
dem, etsi mihi tutius ac minus laboriosum est manere;
tamen, quia video, tali tempore multo magis legionibus
opus esse, quam provinciis, quae praesertim reciperari
nullo negotio possunt, constitui, ut nunc est, cum exer-
citu proficisci. Deinde ex literis, quas Pansae misi,

Narbonensem, cui praeerat Lepidus. Vid. ep. 801 im Anf. — *nulla conditione,* auf keinen Fall. — *excutere,* durchsuchen, visitiren. — *ab.* Sic Md. Crat. = *a* Cett. *OR.*

5. *nemo.* Bened. *nae* e Cdd. contra consuetudinem Latinam, quae requirit pronomen post v. *nae. OR.* Bened. ad Lepidum refert. — *tradenda* Lepido. — *habuerim* cum Lepido, qui, illam ut sibi traderem, postulaverat. Vid. ep. 849 sub fin. — *qua tradita* = quam quum *vel* si tradidissem. — *pro r. p.,* für das Interesse der Republik. — *esse* post *putare* del. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.*

6. *familiarem meum,* Cornelium Gallum, quem Asinius ep. 849 familiarem suum vocat. *SCH.* Wohl der Dichter unter August. S. Burmann zu Sueton Aug. 66. Ovid. Am. III, 9, 64. — *in tuorum numero* Lamb. — *opin. tua,* als Du glaubst. — *Quaeres quanti aestimem* τὸ ambulare et iocari tecum. Sic (Margo Crat.) Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. *Quae res* (Md.) Vict. 1. *Quas res quanti aestimem, si* Neap. Asc. 1. Bened. Sch. Lün. *OR.* — *ducendo exerc. in Ital.,* scil. quando fieri liceat per Lepidum. — *tali tempore,* quum omnia fervent armis et bello. — *nullo negotio,* ohne Mühe. —

cognosces omnia: nam tibi earum exemplar misi. XVII. Kal. April. Corduba.

EPISTOLA DCCC. (ad Div. X. 6.)

Scr. Romae XIII. Kal. Apr. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Hortatur Plancum, ut seiungat se a societate malorum pacemque non in armis positis sed in abiecto armorum et servitutis metu quaerat. 1—3.

CICERO PLANCO.

Quae locutus est Furnius noster de animo tuo in rem publicam, ea gratissima fuerunt senatui populoque Romano probatissima: quae autem recitatae literae sunt in senatu, nequaquam consentire cum Furnii oratione visae sunt. Pacis enim auctor eras, quum collega tuus, vir clarissimus, a foedissimis latronibus obsideretur: qui aut positis armis pacem petere debent; aut, si pugnantes eam postulant, victoria pax, non pactione parienda est. Sed de pace literae vel Lepidi vel tuae quam in partem acceptae sint, ex viro optimo, fratre tuo, et ex C. Furnio poteris cognoscere. Me autem impulit tui caritas, ut, 2
quamquam nec tibi ipsi consilium deesset et fratris Furniique benevolentia fidelisque prudentia tibi praesto esset futura, vellem tamen meae quoque auctoritatis pro plurimis nostris necessitudinibus praeceptum ad te aliquod pervenire. Crede igitur mihi, Plance, omnes, quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis — es autem adeptus amplissimos — eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi Romani

---

Deinde = quae reliqua sunt, übrigens. — *exemplar,* Cdd. aliq *exemplum. OR.* — *XVII. Kal. April.,* am 16. März.

PLANCO. S. ep. 797 im Anf.

1. *Furnius.* S. zu ep. 792 im Anf. — *probat.,* höchst beifallswerth. — *literae,* in quibus suadebas pacem cum Antonio. — *quum* = während. — *collega tuus* D. Brutus, cum Planco consul designatus, ab Antonio eiusque militibus Mutinae obsessus. *MANUT.* — *pugnantes,* mit dem Schwert in der Hand. — *pactione,* conventu, durch Unterhandlung. — *acceptae,* intellectae, ausgelegt, aufgenommen. — *fratre tuo,* non T. Planco Bursa, qui nominatur epist. 182; nam cum Antonio erat (Philipp. XIII, 12): sed eo, qui commemoratur ep. 818. *MANUT.*

2. *fidelis prud. . . . futura,* in promptu et auxilio tibi affutura esset, und Deren treue Vorsicht Dir immer zur Seite stehen dürfte. — *pervenire,* gelangen. — *eos,* über dessen nachdrucksvolle Stellung s. Ramsh. §. 159, 3, c. Epanalepsis. §. 206, B, 6. — *honor. vocab.,* Ehrentitel, inania nomina. — *insignia,* ornamenta, nicht den

et cum senatus auctoritate coniunxeris. Seiunge te, quaeso, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium,
3 sed temporum vincla coniunxerunt. Complures in perturbatione rei publicae consules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo exstitit in rem publicam consulari. Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium tui dissimillimorum societate seiungas: deinde te senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem praebeas: postremo, ut pacem esse iudices non in armis positis, sed in abiecto armorum et servitutis metu. Haec si et ages et senties, tum eris non modo consul et consularis, sed magnus etiam consul et consularis. Sin aliter: tum in istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Haec impulsus benevolentia scripsi paullo severius: quae tu in experiendo ea ratione, quae te digna est, vera esse cognosces. D. xIII. Kal. Apriles.

EPISTOLA DCCCI. (ad Div. X. 27.)

Scr. Romae mense Martio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Lepidum reprehendit, quod summis honoribus ab senatu ornatus gratias non egerit, et, ne pacem cum Antonio conciliare nitatur, admonet. 1 — 2.

CICERO LEPIDO S.

Quod mihi pro summa erga te benevolentia magnae curae est, ut quam amplissima dignitate sis, moleste tuli

---

inneren Charakter von Würde. Dignitas enim est virtutis. — *ab iis,* Md. *ab his.* —

3. *in perturb.*, inter motus civiles. — *consularis,* homo consulari dignitate praeditus, für einen würdigen, wahrhaften Consularen. — *consulari.* ex antiqua correct. Crat. Man. Vict. 2. Lamb. *consularis* Cett. cum Md. *OR.* „animo, quo decet consulem. — *qui* = ut... *seiungas,* dass Du Dich... losreissest. — *te senat.* Sic Man. Vict. 2. Lamb. *et* Cett. cum Md. *OR.* — *non armis . . . metu,* nicht darin, darauf, dass man die Waffen niederlege, sondern keine Waffen und Knechtschaft mehr zu fürchten habe. — *Sin aliter,* wo aber nicht. — *tum in.* Sic Man. Vict. 2. Lamb. *tu in* Md. *tua in* Crat. Vict. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *OR.* — *deformitas,* turpitudo, ignominia, Entwürdigung. — *sever.*, zwar etwas zu scharf. — *quae* tamen. — *in exp. ea rat.*, wenn Du auf dem Wege . . . einen Versuch damit anstellst. Sic Man. Lamb. Bened. *in exp. in ea r.* Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. *experiendo in ea ratione* Ern Sch. Lün. *OR.* — *xIII. Kal. Apr.*, am 20. März.

LEPIDO. M. Aemilius Lepidus, durch kluge Benutzung günstiger Umstände gehoben, fand sich in seiner Gemüthsruhe gar

te senatui gratias non egisse, quum esses ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis inter cives conciliandae te cupidum esse laetor. Eam si a servitute seiungis, consules et rei publicae et dignitati tuae: sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est, hoc animo scito omnes [esse] sanos,

---

nicht gestört, als ihn das Schicksal wieder herabsetzte. Erst pontifex (s. Harusp. Resp. c. 6.), dann beim Ausbruche des Bürgerkrieges Prätor weigerte er sich nicht den Cäsar zum Dictator zu ernennen, ward dafür dessen College im 3. Consulate, nachher dessen magister equitum zur Zeit des Krieges wider die Söhne des Pompeius in Spanien, und nach Cäsars Tode durch M. Antonius sogar pontifex maximus, in welcher Würde ihn auch nachher Augustus beliess. S. Sueton. Aug. 31. Dio XLIV. Er rettete den Sextus Pompeius; denn Cn. war in Spanien erschlagen. S. Philipp. V, 14. Um Aussöhnung aller Parteien war es ihm zu thun, damit er in gemächlicher Ruhe leben könnte. S. Philipp. V, 15. Cäsar hatte ihm Galliam Narbonensem u. Hispaniam citeriorem zur Provinz angewiesen (Dio XLIII), wohin er erst nach dessen Ermordung abging. Die Republikaner und Antonius suchten ihn beide wegen seiner ansehnlichen Armee für sich zu gewinnen, in der Hoffnung, dass auch Plancus u. Asinius Pollio sich alsdann eben dahin schlagen würden. Viele trauten dem Lepidus nicht; D. Brutus schalt ihn einen hominem ventosissimum (ad Divers. XII, 10). Sein Sohn heirathete die Tochter des M. Antonius, dem er die Würde eines pontifex maximus verdankte; sogar nahm er den fliehenden Antonius bei sich auf (ad Divers. XII, 10) und missbilligte laut des Cäsars Ermordung. Er ward desshalb vom Senat am 30. Iunius 711 einstimmig für einen Feind des Vaterlandes erklärt, und seinen Angehörigen stand grosse Gefahr von den Republikanern bevor (Nep. Attic. 9), so dass selbst M. Brutus als mütterlicher Onkel für die Söhne desselben um Schonung bat. Da kam am 27. November das Triumvirat zwischen Antonius, Octavianus und Lepidus zu Stande. Letzter wurde, weil D. Brutus erschlagen war, mit Plancus Consul. Aber August nahm, als er bei Philippi gesiegt hatte, dem getäuschten Lepidus Armee und Triumvirat, der sich ein stilles Privatleben, worin August ihn nicht störte, sehr wohl bekommen liess. S. Tacit. Annal. I, 9 u. 10.

1. *summis honoribus*, supplicatione Kalend. Ianuar. ei decreta et statua equestri inaurata. Vid. Philipp. III, 9. V, 15. Sextum Pompeium in Hispania restituerat civitati, atque ita clarissimum monumentum clementiae suae dederat. — *Pacis* inter senatum et Antonium. — *seiungis.* Ernestius *seiunges*, quia post sequatur *restitutura est.* Verum haec tempora non sunt eadem. *Seiungis* refertur ad constantem Lepidi opinionem, quam et antea et nunc et postea poterat habere: ergo praesens tempus infinitum hic requiritur. *SCH.* — *a servitute*, ne cogamur Antonio servire. — *perdit. hom.*, Antonium. — *impot.*, zügellosest. — [*esse*] *sanos*. Abest *esse* a Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Bened. Collocavi, ubi facillime excidere poterat, inter litt. *es* et *s*. Neap. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *sc.*

2 ut mortem servituti anteponant. Itaque sapientius, meo quidem iudicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones, quae neque senatui neque populo nec cuiquam bono probatur. Sed haec audies ex aliis aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis.

EPISTOLA DCCCII. (ad Div. X. 8.)

Scr. in Hispania mense Martio. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Causas exponit, cur se sero libertatis defensorem profiteatur, et de exercitu et provinciae statu significat. 1 — 7.

PLANCUS IMP. COS. DES S. D. COSS.
PRAET. TRIB. PL. S. P. PL. Q. R.

Si cui forte videor diutius et hominum exspectationem et spem rei publicae de mea voluntate tenuisse suspensam, huic prius excusandum me esse arbitror, quam de insequenti officio quidquam ulli pollicendum. Non enim praeteritam culpam videri volo redemisse, sed optimae mentis cogitata iampridem maturo tempore enun-
2 tiare. Non me praeteribat in tanta sollicitudine hominum et tam perturbato statu civitatis fructuosissimam esse professionem bonae voluntatis: magnosque honores ex ea re complures consecutos videbam. Sed, quum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut celeriter pollicendo magna ipse ad proficiendum impedimenta opponerem;

---

esse omnes sanos. OR. Cicero hatte aus der Vernachlässigung der schuldigen Dankbarkeit gegen den Senat Argwohn geschöpft.

2. *interpones,* einmengest, einlässest.

PLANCUS. S. ep. 434 im Anf. und 800. — *S. D.* entbeut seinen Gruss.

1. *tenuisse susp.*, in Ungewissheit hingehalten zu haben. — *excusand. me esse,* mich ausser Schuld setzen zu müssen. — *de inseq. offic.*, über meine künftigen Dienste. — *praet. culpam redemisse* h. e. antea me peccasse, et nunc venire petitum veniam pro peccato, als ob ich eine frühere Schuld abzubüssen hätte. — *cogitata iam pridem,* die längst gehegten Gedanken des höchst patriotisch gesinnten Herzens, Gemüths. — *maturo temp.*, da es noch Zeit ist. — *enuntiare,* öffentlich aussprechen.

2. *profess. bon. vol.*, die Erklärung einer patriotischen Gesinnung. — *in eum casum . . demis.*, mich in die Verlegenheit gestürzt hatte. — *ut . . . opponerem,* dass ich durch ein vorlautes Erklären oder Versprechen mir grosse Schwierigkeiten bei der Ausführuug entgegensetzte. Nempe a Lepido, cuius animum non satis norat. *SCH.* Sic scripsi. *magna in spe ad proficiendum imp.* Md Crat. Vict 1. 2 Graev. Bened. *magna mihi ipse* de Rutilii

aut, si in eo mihi temperavissem, maiores occasiones ad opitulandum haberem: expeditius iter communis salutis, quam meae laudis, esse volui. Nam quis in ea fortuna, quae mea est, et ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, et cum ea spe, quam in manibus habeo, aut sordidum quidquam pati aut perniciosum concupiscere potest? Sed aliquantum nobis temporis et magni 3
labores, et multae impensae opus fuerunt, ut, quae rei publicae bonisque omnibus polliceremur, exitu praestaremus neque ad auxilium patriae nudi cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederemus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis saepe praemiis sollicitatus, ut ab re publica potius moderata, quam ab uno infinita speraret: confirmandae complures civitates, quae superiore anno largitionibus concessionibusque praemiorum erant obligatae: ut et illa vana putarent et eadem a melioribus auctoribus petenda existimarent: alliciendae etiam voluntates reliquorum, qui finitimis provinciis exercitibusque praefuerunt, ut potius cum pluribus societatem defendendae libertatis iniremus, quam cum paucioribus funestam orbi terrarum victoriam partiremur. Muniendi 4

---

coni. Lamb. Ern. Sch. Lün. *mihi* tamen necessarium non est. *OR.* — *si in eo m. temp.*, wenn ich mit diesem Versprechen noch zurückhielte. — *expeditius*, gebahnter. Malui publicae saluti quam meae laudi inservire. — *in . . fortuna*, auf der Stelle, die mir das Glück zugetheilt hat. Er war Obergeneral und Proprätor. — *ab ea vita*, oder hinsichtlich eines solchen Lebenswandels, Charakters. — *hominibus*, Asc. 1. *omnibus*. — *in manib. habeo*, als für das folgende Iahr bereits ernannter Consul. — *sordidum*, inhonestum, indignum *pati* (sich gefallen lassen) ab Antonio, quod servitutis rationem haberet.

3. *impens.*, Aufwand. — *exitu*, durch den Erfolg, ut eventus meis pollicitationibus responderet. — *nudi*, imparati, non satis confirmati, sine viribus. — *cum facult.*, mit allen Mitteln ausgerüstet. — *sollicitatus*, in Versuchung geführt, tentatus, vorzüglich vom Antonius. — *moderata . . infinita* praemia. — *ab uno*, Antonio. — *confirm.*, nämlich im Patriotismus. — *super. anno*, quum Antonius consul esset. — *conc. praem.*, durch Einräumungen von Freiheiten zur Belohnung ihres Übertritts. Antonius gebrauchte dazu den Vorwand, als hätten sich dergleichen Beschlüsse schon unter Cäsars Papieren gefunden. — *illa* praemia *vana*, für null und nichtig. — *a melior. auct.*, aus besseren Händen; aus den Händen rechtmässiger und patriotischer Magistrate. — *allic.*, Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *eliciendae. ORELLI.* Ienes: anlocken; dieses: ablocken. — *quam . . . partiremur*, als dass wir aus Mangel an inniger Verbindung mit der Minderzahl der Antonianer einen für das Weltreich mörderischen Sieg zu theilen hätten. Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *pateremur* Neap. Asc. 1. Bened *pararemus* Margo Crat. Manut. *pareremus* Cdd. aliq. *OR.*

vero nosmetipsi fuimus, aucto exercitu auxiliisque multiplicatis; ut, quum praeferremus sensus aperte, tum, etiam invitis quibusdam, sciri, quid defensuri essemus, non esset periculosum. Ita nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, et simulasse invitum et dissimulasse cum dolore: quod praematura denuntiatio boni civis imparati quam periculosa
5 esset, ex casu collegae videbam. Quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti atque strenuo, plura etiam verbo, quam scriptura, mandata dedimus, ut et tectius ad vos perferrentur et nos essemus tutiores: quibusque rebus et communem salutem muniri et nos armari conveniret, praecepimus. Ex quo intelligi potest curam rei publicae summae defendundae iampridem apud nos excu-
6 bare. Nunc, quum deûm benignitate ab omni re sumus paratiores, non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate iudicare volumus. Legiones habeo quinque sub signis et sua fide virtuteque rei publicae coniunctissimas et nostra liberalitate nobis obsequentes: provinciam omnium civitatium consensu paratissimam et summa contentione ad officia certantem: equitatus auxiliorumque tan-

---

4. *quum praeferr.* i. e. patefaceremus, aperte significaremus, sobald ich meine Gesinnung offen an den Tag legte; nämlich dass ich es mit dem Senate gegen Antonius halten wolle. — *etiam invitis quib.*, sogar wenn auch Einige scheel dazu sähen. — *sciri*, es wissen zu lassen. — *quid* = quas partes. — *Ita* = *itaque* Neap. Asc. 1. Lamb. — *simul.*, erheuchelt, vorgegeben, *dissim.* verhehlt habe. Simulantur falsa, dissimulantur vera. Simulabat igitur Plancus Antonio se favere; dissimulabat suum erga rem publicam studium. Dissimulamus autem vel silentio vel sermone vel re ipsa. *MANUT.* — *praemat.*, praecipitata, *denut.*, eine zu voreilige Erklärung. — *imparati*, eines zum Angriff noch nicht hinlänglich gerüsteten. — *collegae* D. Bruti consulis designati, quem Antonius Mutinae obsessum tenebat. *MANUT.*

5. *Quo nomine* i. e. qua de causa. — *C. Furnio.* S. ep. 800, 1. — *tectius*, verdeckter, heimlicher; wenn nämlich Lepidus etwa den Furnius anhalten und dessen Briefschaften durchsuchen würde. — *conveniret*, am zuträglichsten wäre. — *praecep.*, haben Wir ihm anvertraut. — *summae.* Sic Crat. Manut. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. *summe* Md. Vict. 1. Sch. Lün. Sed amat Plancus hanc collocationem *res publica summa:* cfr. *ad Divers.* 10, 21., et aliquoties: contra Cicero semper, ni fallor, *summa res publica* sicque ipse Plancus ad Div. 10, 24. *ORELLI.* — *excubare*, in vigiliis esse, non dormire, auf die Wache gezogen ist.

6. *ab omni re*, in ieder Hinsicht. — *explorate iudicare*, sondern sich mit eigener Einsicht davon überzeuge. — *volumus*, poscimus. — *nostra liberal.* ablat. causae; also aus Dankbarkeit. — *parat.*, zum Schlagen völlig gerüstet. — *summa . . . cert.*, und in höchster Anstrengung zu Leistung ihrer Dienstpflicht wetteifert. —

tas copias, quantas hae gentes ad defendendam suam salutem libertatemque conficere possunt. Ipse ita sum animo paratus vel provinciam tueri vel ire, quo res publica vocet, vel tradere exercitum, auxilia provinciamque, ut vel omnem impetum belli in me convertere non recusem, si modo meo casu aut confirmare patriae salutem aut periculum possim morari. Haec si iam expeditis 7
omnibus rebus tranquilloque statu civitatis polliceor, in damno meae laudis, rei publicae commodo laetabor: sin ad societatem integerrimorum et maximorum periculorum accedam, consilia mea aequis iudicibus ab obtrectatione invidorum defendenda commendo. Mihi quidem ipsi fructus meritorum meorum in rei publicae incolumitate satis magnus est paratus. Eos vero, qui meam auctoritatem et multo magis vestram fidem secuti nec ulla spe decipi nec ullo metu terreri potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum videtur.

Ipse ita. del. *ita* Sch. Lün. — *vel.* Crat. Graev. Ern. Sch. Lün. — *tradere* rei publicae. — *ut vel.* Graev. Ern. *vel* Graev. Ern. Lün. *ut omnem* Bened. *ORELLI.* — *in me conv.*, auf mich allein zu richten. Vgl. Virgil. Aen. IX, 427: Me, me! adsum, qui feci; in me convertite ferrum. — *ut . . non recusem.* Haec verba referuntur ad proxime praecedentia *vel tradere exercitum* cet. Sic enim casu suo et dignitatis deminutione impetum belli in se unum convertisset. *SCH.* — *casu*, Fall, Tod.

7. *iam exped. . . civitatis*, während vielleicht Alles schon in Ordnung und die öffentliche Ruhe bereits wieder hergestellt ist; statt quum iam expeditae sint omnes res tranquillusque civitatis sit status hoc temporis momento, quum haec polliceor. Synchysis. S. Ramsh. § 206, B, 5. — *in damno . . . laetabor*, so werde ich über den Verlust des Ruhms, den ich im Falle eines Kriegs hätte einärnten können, mit dem Glück der Republik mich trösten. — *integerr.*, an den vollesten Gefahren. — *consilia mea*, meine vorgelegten Ansichten. — *est paratus*, ich finde. *in rei p. incol.*, si bene habet respublica, in dem Heile der Republik. — *Eos*, exercitum meum, milites.

EPISTOLA DCCCIII. (ad Div. X, 7.)

Scr. in Hispania mense Martio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Causas studii in rem publicam sui serius patefacti breviter exponit suamque dignitatem Ciceroni commendat. 1-2.

PLANCUS CICERONI.

Plura tibi de meis consiliis scriberem rationemque omnium rerum redderem verbosius, quo magis iudicares omnia me rei publicae praestitisse, quae et tua exhortatione excepi et mea affirmatione tibi recepi — non minus enim a te probari, quam diligi semper volui: nec te magis in culpa defensorem mihi paravi, quam praedicatorem meritorum meorum esse volui: — sed breviorem me duae res faciunt: una, quod publicis literis omnia sum persecutus: altera, quod M. Varisidium, equitem Romanum, familiarem meum, ipsum ad te transire iussi, ex quo
2 omnia cognoscere posses. Non, medius fidius, mediocri dolore afficiebar, quum alii occupare possessionem laudis viderentur: sed usque mihi temperavi, dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid et consulatu meo et vestra exspectatione efficerem. Quod spero, si me fortuna non fefellerit, me consecuturum: ut, maximo praesidio rei publicae nos fuisse et nunc sentiant homines et in posterum memoria teneant. A te peto, ut dignitati meae suffrageris et, quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. Non minus posse te, quam velle, exploratum mihi est. Fac valeas, meque mutuo diligas.

---

1. *excepi*, über mich genommen habe. — *mea affirm. t. recepi*, und mit meinem Ehrenworte Dir zugesagt habe. — *probari* i. e. studui, ut probares mea consilia et rationes, quas in administranda provincia et in toto vitae cursu sequor. — *in culpa*, si quid peccavissem aut peccasse insimularer. — *faciunt*, permittunt. — *publicis literis*, in meinem Amtsberichte; publicae literae sunt, quae publice mittuntur h. e. senatui et populo inscribuntur. Significat epist. 801. — *Varisidium*, equitem, de quo aliunde non constat.

2. *occupare poss. laudis*, den Ruhm patriotischer Gesinnung Einem vor dem Munde wegnehmen. Er deutet auf Decimus Brutus, der mit weniger Vorsicht aber desto grösserem Ruhme sich dem Antonius plötzlich entgegen stellte. — *mihi temp.*, ich suche mich zu beherrschen, verhalte mich stille. — *usque . . . dum*, bis dahin . . . dass. — *consulatu meo*, qui instat; quem gesturus erat post Hirtium et Pansam huius anni consules. SCH. — *fefellerit*, si conatum successus non destituerit. — *suffrag.*, durch Deine Fürsprache unterstützest. — *quarum rerum*, dass nämlich die Republik, die es von Rechtswegen könne, eben so grossmüthig und freigebig gegen seine Soldaten handle, als Antonius mit Raub und Gewalt sein Heer belohne.

EPISTOLA DCCCIV. (ad Div. XII. 7.)

Scr. Romae exeunte Martio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Sententiam a se in senatu ex dignitate Cassii dictam eamque in concione defensam significat. 1-2.

CICERO CASSIO S.

Quanto studio dignitatem tuam et in senatu et ad populum defenderim, ex tuis te malo quam ex me cognoscere. Quae mea sententia in senatu facile valuisset, nisi Pansa vehementer obstitisset. Ea sententia dicta, productus sum in concionem a tribuno plebis, M. Servilio. Dixi de te, quae potui, tanta contentione, quantum forum est, tanto clamore consensuque populi, ut nihil unquam simile viderim. Id velim mihi ignoscas, quod invita socru tua fecerim. Mulier timida verebatur, ne Pansae animus offenderetur. In concione quidem Pansa dixit matrem quoque tuam et fratrem illam a me sententiam noluisse dici. Sed me haec non movebant: alia malebam. Favebam et reipublicae, cui semper favi, et dignitati ac gloriae tuae. Quod autem et in senatu pluribus verbis 2
disserui [et] dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes: promisi enim et prope confirmavi te non exspe-

---

C. CASSIO. S. ep. 241 im Anf. 795. 798.

1. *in senatu*, quum habuit Philippicam undecimam. *MANUT.* — *ad populum*, quae oratio non exstat. — *ex tuis*, cognatis, necessariis, propinquis. — *mea sententia . . . valuisset*, vicisset, meine Abstimmung im Senate für Dich wäre durchgesetzt, hätte gesiegt. S. die Philipp. XI. *mea sententia*, ut Cassius obtineret Syriam, quam Dolabella ei erepturus erat. — *Pansa*, alter consulum. — *obstitisset*, entgegen getreten wäre: quum illam sententiam valere mallet, ut consules i. e. ipse et Hirtius persequendi Dolabellae causa Asiam et Syriam sortirentur. Vid. Philipp. XI. c. 12. *MANUT.* — *M. Servilio*, einem Anverwandten der Servilia, der Schwiegermutter des Cassius. — *tanta conc.* cet., mit so lauter Stimme, dass sie das ganze Forum durchdrang; ut potuerit exaudiri per totum forum. — *viderim*, audierim. — *socru tua* Servilia, Catonis Uticensis sorore, matre M. Bruti et Tertullae uxoris Cassii. *MANUT.* — *matrem tuam.* Ihr Geschlecht und Name ist unbekannt. — *fratrem*, L. *Cassium.* S. zu ep. 852 im Anf. — *Sed me.* om. *me* Gebh. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *alia malebam*, andere Rücksichten waren mir theurer.

2. [*et*] est e suppl. om. *et* Md. Vict. 1. 2. Beng. Bened. *OR.* — *fidem meam liberes*, dass Du mich meines Ehrenworts erledigest, d. i. leistest, was ich von Dir dem Rath und Volke versprochen und wofür ich mich verbürgt habe. Ego et senatui et populo magnam de te spem feci et ingentia de te fide data promisi; quare tu vide, ut meam in ea re fidem liberes i. e. spem de te conceptam non frustreris. — *confirmavi* und bekräftigte. — *tuo more*,

ctasse nec exspectaturum decreta nostra: sed te ipsum tuo more rem publicam defensurum. Et, quamquam nihildum audieramus nec ubi esses nec quas copias haberes: tamen sic statuebam, omnes, quae in istis partibus essent opes copiaeque, tuas esse: per teque Asiam provinciam confidebam iam rei publicae reciperatam. Tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. Vale.

EPISTOLA DCCCV. (ad Div. X. 10.)

Scr. Romae III. Kal. Apr. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Laudat Planci praeclaram voluntatem studiumque rem publicam iuvandi. 1-2.

CICERO PLANCO.

Etsi satis ex Furnio nostro cognoram, quae tua voluntas, quod consilium de re publica esset: tamen, tuis literis lectis, liquidius de toto sensu tuo iudicavi. Quamobrem, quamquam in uno proelio omnis fortuna rei publicae disceptat; quod quidem, quum haec legeres, iam decretum arbitrabar fore: tamen ipsa fama, quae de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Itaque si consulem Romae habuissemus, declaratum esset ab senatu cum tuis magnis honoribus, quam gratus esset conatus et apparatus tuus. Cuius rei non modo non praeteriit tempus, sed ne maturum quidem etiamnunc meo quidem iudicio fuit. Is enim denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter

---

ut antea in opprimendo Caesare non exspectasti senatus auctoritatem et mandatum. vergl. ep. 779, 2. — *statuebam*, setzt' ich als gewiss Voraus. — *partibus*, regionibus. — *tuas esse* i. e. in tua potestate. — *reciperatam* i. e. redemptam a Dolabella. — *te ipsum*, im Gegens. von Keinen anderen. Dennoch wollte Ernesti *te ipse*. Ramsh. §. 158, 2. d. — *vincas*, übertreffest.

1. *Etsi.* Dieser Brief scheint eine Antwort auf den 803. zu sein. — *ex Furnio.* S. ep. 800, 1. — *liquidius*, klarer. — *in uno proelio*, quod Hirtius, Pansa et Octavius ad Mutinam cum M. Antonio commissuri sunt. — *disceptat*, agitur, consistit, auf dem Spiele steht, entschieden wird. — *decretum*, commissum *fore*, geliefert sein wird. Vgl. ep. 802, 7. — *consulem* i. e. alterum e consulibus. Nam aberat uterque consul, Hirtius et Pansa, ad Mutinam obsidione liberandam profecti. *MANUT.* — *conatus*, Vorhaben. — *Cuius rei*, Dazu. — *Is enim . . solet*, denn meistens kommt mir Das erst als Ehre vor. Über *Is* s. Ramsh. §. 159, 1. Grotef. §. 211. — *denique* = demum. — *futuri beneficii*, künftiger Verdienste, Grossthaten. — *propter magna merita*, wegen grosser be-

magna merita claris viris defertur et datur. Quare, sit 2
modo aliqua res publica, in qua honos elucere possit, omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. Is autem, qui vere appellari potest honos, non invitamentum ad tempus, sed perpetuae virtutis est praemium. Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem; subveni patriae; opitulare collegae; omnium gentium consensum et incredibilem conspirationem adiuva. Me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimumque cognosces. Ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officiis, vetustate coniuncti, patriae caritas accessit: eaque effecit, ut tuam vitam anteferrem meae. III. Kalendas Apriles.

EPISTOLA DCCCVI. (ad Div. X. 12.)

Scr. Romae III. Id. April. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Laudat literas a Planco publice ad senatum missas et, quid eius causa in senatu actum sit, significat eumque ad liberandam rem publicam diligentissime hortatur. 1-5.

CICERO PLANCO.

Etsi rei publicae causa maxime gaudere debeo tantum ei te praesidii, tantum opis attulisse extremis paene temporibus, tamen ita te victorem complectar re publica recuperata, ut magnam partem mihi laetitiae tua dignitas

---

reits erworbener Verdienste. Tua virtus adhuc in spe est; ergo recte differtur praemium; nam verus honor est praemium non speratae sed exhibitae virtutis.

2. *sit modo aliqua res publica*, wenn wir nur erst eine Art von Freistaat wieder haben. — *elucere*, das Licht der Ehre hervordringen kann. — *invitam. ad tempus*, eine Einladung für einen Augenblick, für diese oder iene einzelne gute That. Hoc dicit, quia voluntatem quidem Plancus transiecto Rhodano ostenderat, nihil tamen adhuc re ipsa praestiterat, ut, si quid ei tribueretur, invitamentum potius quam praemium videri posset. *MANUT.* — *perpetuae*, ununterbrochenen. — *incumbe . . ad*, steure, strebe nach. — *collegae*, Decimo Bruto, qui Mutinae obsidione tenetur. — *conspir.*, Verein. — *adiut.*, Beförderer; *fautor.*, Begünstiger. — *vetustate*, durch die Dauer unserer freundschaftlichen Verhältnisse. — *III. Kal. April.*, 30. März.

1. *extremis paene temporibus*, beinahe in seinen letzten Tagen. — *tamen ita . . . ut . . affert*, so ist doch, so wahr ich Dich nach Wiederherstellung unserer republikanischen Freiheit als Sieger zu umarmen wünsche, Deine Ehre eine nicht geringe Mitursache dieser meiner Freude. Sic Md. Vict. 2. Lamb. Graev. Sch. Lünem. *afferat* Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Ern. Bened. *ORELLI.* Über

affert, quam et esse iam et futuram amplissimam intelligo. Cave enim putes ullas unquam literas gratiores, quam tuas, in senatu esse recitatas. Idque contigit quum meritorum tuorum in rem publicam eximia quadam magnitudine, tum verborum sententiarumque gravitate. Quod mihi quidem minime novum, qui et te nossem et tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem et haberem a Furnio nostro tua penitus consilia cognita: sed senatui maiora visa sunt, quam erant exspectata: non quo unquam de tua voluntate dubitasset; sed nec, quantum facere posses, nec quoad progedi velles, exploratum satis
2 habebat. Itaque quum a. d. VII. Idus Apriles mane mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset easque legissem, incredibili gaudio sum elatus: quumque magna multitudo optimorum virorum et civium me de domo deduceret, feci continuo omnes participes meae voluptatis. Interim ad me venit Munatius noster, ut consuerat: at ego ei literas tuas; nihildum enim sciebat. Nam ad me primum Varisidius: idque sibi a te mandatum esse dicebat. Paullo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas
3 ipsi miseras, et eas, quas publice. Placuit nobis, ut statim ad Cornutum praetorem urbanum literas deferremus: qui, quod consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Senatus est continuo convocatus, frequensque convenit propter famam atque exspectationem

---

ita bei Betheurungen s. Ramsh. §. 166, 3. N. 2. Grotef. §. 384. Anm. 5. — *gratiores.* Sic Man. Lamb. Sch. Lün. cfr. infra Ep. 16. (h. ed. 822.) Praeterea ineptum erat dicere „literas graves fuisse . . . verborum sententiarumque gravitate.“ *graviores* solito in hoc v. errore Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. *ORELLI.* — *novum, qui* = quippe qui, quum ego. — *Furnio.* S. ep. 800, 1. 805, 1. — *exspectata.* Ex antiqua correctione Edd. meae praeter B., qui cum Md. et plerisque Cdd.: *spectata.* cfr. Rostii *Spec.* 4, p. 7. *ORELLI.* — *non quo,* nicht als wenn. — *quoad,* bis wie weit. Sic Vict. 1. Ern. Bened. *quod,* ut solet in h. v., Md. Vict. 2. *quo* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Graev. Sch. Lün. *OR.*

2. *VII. Id. April.*, am 7. April. — *M. Varisidius.* S. ep. 803, 1. — *de domo.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. Lamb. *me domo* Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* — *feci . . meae voluptatis,* theilte ich Allen auf der Stelle meine Freude mit. — T. *Munatius,* de quo in extrema epistola. Hic Planci cognatus potius quam frater fuit. Nam ille alter T. Munatius, quem Pedianus ait huius L. Planci fratrem fuisse, in castris Antonii fuit, ut diximus ep. 6. (h. ed. 800). *MANUT.* — *at ego ei literis tuas* legendas dedi. — *ad me* attulerat. — *quas publice* miseras, epistolam 802.

3. M. *Cornutum praet. urbanum,* cuius prima dignitas erat absentibus consulibus. V. Philipp. VII. *MANUT.* — *sustinebat,* ver-

tuarum literarum. Recitatis literis, oblata religio Cornuto
est, pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspi-
ciis operam dedisse: idque a nostro collegio comprobatum
est. Itaque res dilata est in posterum. Eo autem die
magna mihi pro tua dignitate contentio cum Servilio:
qui quum gratia effecisset, ut sua sententia prima pro-
nuntiaretur, frequens eum senatus reliquit et in alia om-
nia discessit: meaeque sententiae, quae secunda pronun-
tiata erat, quum frequenter assentiretur senatus, rogatu
Servilii P. Titius intercessit. Res in posterum dilata. 4
Venit paratus Servilius, Iovi ipsi iniquus, cuius in tem-
plo res agebatur. Hunc quemadmodum fregerim quanta-
que contentione Titium intercessorem abiecerim, ex alio-
rum te literis malo cognoscere. Unum hoc ex meis: se-
natus gravior, constantior, amicior tuis laudibus esse
non potuit, quam tum fuit. Nec vero tibi senatus ami-
cior, quam cuncta civitas. Mirabiliter enim populus Ro-
manus universus et omnium generum ordinumque consen-
sus ad liberandam rempublicam conspiravit. Perge igi- 5
tur, ut agis, nomenque tuum commenda immortalitati:
atque haec omnia, quae habent speciem gloriae, collecta
inanissimis splendoris insignibus, contemne; brevia, fuga-

---

waltete. — *oblata religio* cet. „machten auf einmahl dem Cornutus die Wärter der heiligen Hühner Bedenklichkeit durch die Erinnerung, dass er der eben geschehenen Vogelbeschauung nicht hinlängliche Aufmerksamkeit gewidmet habe." Es wurden nämlich auf Kosten des Staats heilige iunge Hühner in einem tragbaren Käfig aufbewahrt, auf deren Vorzeichen man vor ieder wichtigen Staatsangelegenheit achtete. Dass die pullarii die Erinnerung machten, das verräth einen von den Antonianern gemachten Versuch, für die Gegenwirkung ihrer Partei noch einen Tag Zeit zu gewinnen; was ihnen gelang. — *a nostro collegio*, augurum, ex quibus Cicero. — *Servilio* i. e. cum P. Servilio Isaurico, qui cum Caesare consulatum gesserat. *MANUT.* — *in alia omnia discessit*, der eine hiehin, der andere dorthin. S. ep. 95. — *frequenter*, Crat. Lamb. *frequens.* — *P. Titius* tribunus plebis. Vid. Dion. XLVI. *MANUT.* — *interc.*, trat mit seinem Veto dazwischen; dass nämlich auf Cicero's Antrag heute noch kein Senatsbeschluss erfolgen dürfe.

4-5. *paratus,* gegen mich gerüstet; quum meditatus esset rationes, quibus se confidebat superiorem futurum esse deque me victoriam reportaturum. — *cuius in templo* Capitolino. Iupiter als Beschützer der Republik musste es gut heissen, wenn man in seiner Gegenwart die Ehrenbezeigungen für Plancus beschloss. Der Gegner Servilius handelte also als ein Iovi ipsi iniquus, dem Iupiter zum Trotze. — *fregerim,* zerknickt, mürbe gemacht habe. — *interc.*, den Vetosprecher. — *abiec.*, herunter gemacht habe. — *tuis laudibus*, für Deine Ehre. — *nom. . . commenda,* trage Deinen Namen in das Buch der Unsterblichkeit ein. — *speciem*, nur den Schein. — *collecta inanissimis spl. insign.*, „was aus den nichtig-

cia, caduca existima. Verum decus in virtute positum est, quae maxime illustratur magnis in rem publicam meritis. Eam facultatem habes maximam, quam quoniam complexus tenes, perfice, ut ne minus res publica tibi, quam tu rei publicae debeas. Me tuae dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. Id quum rei publicae, quae mihi vita est mea carior, tum nostrae necessitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod bene cognitam mihi T. Munatii prudentiam et fidem magis etiam perspexi in eius incredibili erga te benevolentia et diligentia. III. Idus Apriles.

EPISTOLA DCCCVII. (ad Div. XII. 28.)

Scr. Romae mense Aprili A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Quod Cornificius in eos, qui Lilybaeo minati fuerant, non animadverterit, leviter reprehendit; laudat eius in rem publicam studium; addit de pecunia et re publica. 1-3.

CICERO CORNIFICIO S.

Assentior tibi eos, quos scribis Lilybaeo minari, istic poenas dare debuisse: sed metuisti, ut ais, ne nimis liber in ulciscendo viderere. Metuisti igitur, ne gravis civis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Quod so-
2 cietatem rei publicae conservandae tibi mecum a patre acceptam renovas, gratum est: quae societas inter nos

---

sten Flittern eines äusseren Glanzes zusammen gestoppelt ist." Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *collectam* Lamb. Ern. Sch. Lün. *ex inanissimis* Lamb. *inanibus* ex antiqua corruptela Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *illustratur*, in helles Licht gesetzt wird. — *Eam fac. h. m.*, hiezu hast Du nun die herrlichste Gelegenheit. — *quoniam*, wie ep. 787 gegen Ende. — *complexus tenes*, ergriffen u. in Händen hast, festhältst. Sic scripsi *pro Fonteio* §. 36 *quum Vestalis . . . fratrem complexa teneat.* Nunc Md. *complexus, es, tene*, sed literae *es* et postrema lit. *e* in v. *tene* ex correctione in rasura. *complexus es, tene* satis duriter Crat. Graev. Ern. Bened. Sch. Lünem. *ORELLI.* — *r. p. tibi* debeat. — *diligentia*, Verwendung für Dich. — *III. Id. Apr.* am 11. April.

CORNIFICIO. S. ep. 611 im Anf. 790.

1. *eos* i. e. latrones Antonianos, qui, quum ex Africa provecti Lilybaeum Siciliae oppidum in promontorio eiusdem nominis situm clam opprimere vellent, a Cornificio deprehensi ac dimissi fuerant. — *istic*, in Africa. — *liber*, zu frei, nimis cupidus vindictae. — *gravis*, zu strenger. — *te dignus* i. e. agere viderere, quod te dignum esset, quod te deceret.

2. *societ. . . acceptam*, den Verein, Bund, zur Erhaltung der Republik, der auf Dich und mich von Deinem Vater geerbt ist. —

semper, mi Cornifici, manebit. Gratum etiam illud, quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas: nec enim id inter nos facere debemus. Senatus saepius pro dignitate tua appellaretur, si, absentibus consulibus, unquam, nisi ad rem novam, cogeretur. Itaque nec de HS xx. nec de HS ɪↄcc. quidquam agi nunc per senatum potest. Tibi autem ex senatus consulto imperandum mutuumque sumendum censeo. In re publica quid agatur, credo te 3
ex eorum literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. Ego sum spe bona: consilio, cura, labore non desum: omnibus inimicis rei publicae esse me acerrimum hostem prae me fero. Res neque nunc difficili loco mihi videtur esse et fuisset facillimo, si culpa a quibusdam afuisset.

EPISTOLA DCCCVIII. (ad Div. XII. 29.)

Scr. Romae mense Aprili aut Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Lamiae negotia commendat. 1-3.

CICERO CORNIFICIO S.

Non modo tibi, cui nostra omnia notissima sunt, sed neminem in populo Romano arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quae mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est tum, quum est ab A. Gabinio consule relegatus, quod libere et fortiter salutem meam defendisset. Nec ex eo amor inter nos natus est: sed quod erat vetus et magnus, propterea nullum periculum

---

id inter nos, quum amici simus. — *appellaretur*, würde angegangen werden. i. e. ego saepe facerem tuae dignitatis mentionem et, quid pro ea decernendum esset, monerem, si senatus *cogeretur* i. e. convocaretur *unquam, nisi ad rem novam*, ie anders als d. i. wenn der Senat nicht bloss bei einem neuen Vorgange zusammen berufen würde. — *de HS. xx.*, über die 20,000 Sestertien = 2,000 Gulden; *de HS. ɪↄcc.*, über die 700,000 Sestertien = 70,000 Gulden, die Cornificius der Republik vorgestreckt hatte. — *imperand.*, dass Du ausschreiben könnest.

3. *non desum*, ich lasse es nicht an . . . fehlen. — *prae me fero*, halt' ich nicht geheim. — *difficili, facillimo loco*, in schwieriger, in der glücklichsten Lage. — *si culpa* cet., hätten sich gewisse Leute Nichts zu Schulden kommen lassen.

1. *Non modo* scil. non ignota est *tibi*. S. Grotef. §. 340. Ramsh. §. 181, B. 1, N. Lamb. *te*. — *nostra omnia*, alle meine Verhältnisse. — *L. Lamia*. S. ep. 787, 2. — *magno theatro*, auf dem grossen Schauplatze der Welt, spectantibus plurimis. — *spectata est*, ab universo populo Romano. — *defendisset* Clodianis temporibus, quum Cicero in exsilium expelleretur. — *ex eo*, ex illa defensione salutis

pro me adire dubitavit. Ad haec officia vel merita potius iucundissima consuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam exspectare, quibus eum tibi verbis commendem: causa enim tanti amoris intelligis quae verba desideret; iis me omnibus usum pu-
2 tato. Tantum velim existimes, si negotia Lamiae, procuratores, libertos, familiam, quibuscunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est iudicium de hominibus, ipsius Lamiae causa studiose omnia facturus sis. Quamquam erat nobis dictum te existimare alicui senatus consulto, quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse: qui omnino consulibus illis nunquam fuit ad scribendum: deinde omnia tum falsa senatus consulta deferebantur. Nisi forte etiam illi Semproniano senatus consulto me censes affuisse: qui ne Romae quidem tum fui, ut tum de eo ad te scripsi,
3 re recenti. Sed haec hactenus. Te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, ut omnia Lamiae negotia mea putes esse curesque, ut intelligat hanc commendationem maxi-

meae. — *te iam exspectare,* dass Du unter solchen Umständen darauf sehest. — *causa enim . . desideret,* denn Du weisst, was für Worte eine so tief begründete Liebe erfordern dürfte d. i. wie wortreich ich bei der Empfehlung eines Mannes sein möchte, der eine so grosse Liebe bei mir wohl verdient hat. Sic Md. Vict. 1. 2. Cortius. *causam . . intelligis: quae* Neap. Asc. Crat. Lamb. Bened. *causas . . . intelligis: quae . . desideret, iis.* Graev. Ern. Sch. Lün. *OR. iis.* Md. Vict. 2. *his.*

2. *familiam,* die Sclaven des Lamia. — *quod tuum est iudicium de hominibus,* vermöge Deiner richtigen Beurtheilung anderer Leute. S. Ramsh. §. 159, 3, e. — *affuisse,* „er sei bei dem Senatsbeschlusse unter den Urkundspersonen gewesen.“ Bei der schriftlichen Abfassung iedes Rathsbeschlusses war eine Deputation von Senatoren, die als Zeugen demselben vorangeschrieben wurden. — *consulibus illis,* Antonio et Dolabella. S. ep. 712. *fuit ad scrib.,* der Ausfertigung eines Senatsbeschlusses beigewohnt hat. *affuit scribendo* Manut. coni. Lamb. cfr. *ad Divers.* 9, 15. *Attic.* I, 19. *OR.* — *deinde,* „zudem gab man ia damals lauter unächte Senatsbeschlüsse zu Protokoll.“ Antonius liess acta Caesaris durch dessen vormahligen Secretair anfertigen. — *Semproniano.* S. ep. 813, 3. 780, 4. Hatte vielleicht Antonius durch den C. Sempronius Rufus, der ad Famil. VIII, 8. XII, 22. ad Attic. VI, 2. u. s. w. erwähnt wird, darauf antragen lassen, dass dem Cornificius ein Nachfolger in der Provinz Africa bestellt würde? etwa Calvisius? S. Philipp. III, 10. ep. 765. u. z. ep. 641 im Anf. — *ut tum de eo.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. Bened. *quidem tum fui, deque eo* Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *re recenti,* da die Sache noch neu war.

mo sibi usui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura, ut valeas.

EPISTOLA DCCCIX. (ad Div. XII. 6.)

Scr. Romae mense Aprili A. U. C. 711. (a. C. 43.)

C. Titium Strabonem laudat; in Cassio et M. Bruto, si res ad Mutinam male geratur, spem omnem rei publicae sitam esse dicit. 1-2.

CICERO CASSIO S.

Qui status rerum fuerit tum, quum has literas dedi, scire poteris ex C. Tidio Strabone, viro bono et optime de re publica sentiente: nam quid dicam, cupidissimo tui, qui, domo et fortunis relictis, ad te potissimum profectus sit? Itaque eum tibi ne commendo quidem: adventus ipsius ad te satis eum commendabit. Tu velim 2
sic existimes tibique persuadeas, omne perfugium bonorum in te et Bruto esse positum, si, quod nolim, adversi quid evenerit. Res, quum haec scribebam, erat in extremum adducta discrimen. Brutus enim Mutinae vix iam sustinebat. Qui si conservatus erit, vicimus: sin — quod dii omen avertant! — omnis omnium cursus est ad vos. Proinde fac animum tantum habeas tantumque apparatum, quanto opus est ad universam rem publicam reciperandam. Vale.

CASSIO. S. ep. 804 im Anf.

1. *C. Tidio.* Sch. Lün. de Manut. susp. *Titio.* cfr. *ad Divers.* 13, 14 (481). *OR.*

2. *perfug.* metonym. f. spem. S. Ramsh. §. 203. — *Bruto* i. e. M. Bruto. — *in extremum add. discr.*, unsere Sache steht in dem Augenblicke, wo ich diess schreibe, höchst bedenklich, ἐν ἀκμῇ. — *Brutus,* nämlich Decimus Brutus. — *sustineb.*, kann sich kaum halten. Verbum absolute positum st. *sust.* obsidionem. — *Qui si cons. erit, vic.* S. Ramsh. §. 164. III, 6, a. — *sin* = *si non* conservatus erit, wo nicht. S. Grotef. §. 405, Anm. 2. — *cursus est.* om. *est* Graev. *erit* Sch. Lün. Doch ist *est* vergegenwärtigender: „so laufen Alle zusammen Euch zu;" ad vos, in quibus unicum bonorum et rei publicae praesidium, omnes confugiunt; nempe in Graeciam. S. Ramsh. §. 164, Anm. 5. — *apparat.*, Vorbereitung.

EPISTOLA DCCCX. (ad Div. X. 30.)

Scr. XVI. Kal. Mai. in castris ap. Mutinam A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Galba proelium exponit ad Mutinam factum victoriamque de Antonio relatam. 1-5.

GALBA CICERONI S.

[A. D.] XVII. Kalend. Maias, quo die Pansa in castris Hirtii erat futurus, cum quo ego eram, — nam ei obviam processeram millia passuum centum, quo maturius veniret — Antonius legiones eduxit duas, secundam et quintam tricesimam et cohortes praetorias duas, unam suam, alteram Silani, [et] evocatorum partem. Ita obviam venit nobis, quod nos quattuor legiones tironum habere solum arbitrabatur. Sed noctu, quo tutius venire in castra possemus, legionem Martiam, cui ego praeesse solebam,
2 et duas cohortes praetorias miserat Hirtius nobis. Quum equites Antonii apparuissent, contineri neque legio Martia neque cohortes praetoriae potuerunt: quas sequi coe-

---

GALBA. Ser. Sulpicius Galba, ein Enkel des verrufenen aber beredten Propraetors in Lusitanien (s. Cornel. Nep. Cat. 3. Cic. de Orat. I, 53), Ältervater des nachherigen Kaisers Galba, hatte unter Cäsar in Gallien als Unterfeldherr gedient (S. Caes. de. B. Gall. III, 1.), der es desshalb sehr übel nahm, dass man ienem in dem lahre, wo L. Lentulus u. C. Marcellus Consuln wurden, das Consulat entriss (s. B. Gall. VIII, 50). Dessungeachtet überging ihn Cäsar, als er die Consuln im Voraus ernannte. Galba, hierüber erbittert, verband sich mit den Mördern des Cäsars, ward aber desswegen nachher durch die lex Pedia verurtheilt und verlor in den folgenden Unruhen sein Leben (s. Sueton. Galb. c. 3).

1. [*A. D.*] Supplevit haec Vict. 2. *ORELLI.* — *XVII. Kal. Mai.*, am 15. April., nach Ovid. Fast. 623 bis 626 *XVIII. Kal.* oder am 14. Dieser Tagesbericht über die erste Schlacht bei Mutina konnte natürlich von einigen Dunkelheiten, z. B. über den Stand des Pansaschen Lagers, über Das, was Octavianus leistete, nicht frei sein; erhält aber sein Licht aus Cicero's Philipp. XIV. S. Gräter zu dieser Stelle p. 298 ff. und dessen Abriss der Schlacht p. 305. — *erat futurus*, eintreffen sollte. Pansa kam also erst ietzt mit seinen ausgehobenen Truppen von Rom an. — *cum quo* Pansa. — *millia p. cent.* = 20 Deutsche Meilen. — *eduxit* e castris. — *cohortes praetorias*, die zur persönlichen Bedeckung des Feldherrn dienten und aus den erprobtesten Kriegern, mithin auch aus einem Theile der evocati bestanden. — *Silani*, des M. Silani, tribuni militum, der zuvor bei Lepidus gestanden und wol mit dessen Vorwissen zum Antonius übergegangen war. S. ep. 826, 2. — [*et*] Suppleverunt *et* Manut. Lamb. Ern. — *evocati*, die neuerdings wieder aufgerufenen Veteranen. — *obviam venit* Antonius. — *nos*, me et Pansam. — *duas coh. praet.*, suam et Caesaris Octaviani.

pimus coacti, quoniam retinere eas non potueramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat neque sciri volebat se legiones habere: tantum equitatum et levem armaturam ostendebat. Posteaquam vidit se invito legionem ire Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum. Posteaquam angustias paludis et silvarum transiimus,
acies est instructa a nobis duodecim cohortium. Nondum 3
venerant legiones duae; repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit et sine mora concurrit. Primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari: etsi dexterius cornu, in quo ego eram cum Martiae legionis cohortibus octo, impetu primo fugaverat legionem xxxv. Antonii, ut amplius passus ultra aciem, quo loco steterat, processerit. Itaque quum equites nostrum cornu circumire vellent, recipere me coepi et levem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne aversos nostros aggrederentur. Interim video me esse inter Antonianos Antoniumque post me esse aliquanto. Repente equum immisi ad eam legionem tironum, quae veniebat ex castris, scuto reiecto. Antoniani me insequi; nostri pila coniicere velle. Ita nescio quo fato sum servatus,
quod sum cito a nostris cognitus. In ipsa Aemilia, ubi 4
cohors Caesaris praetoria erat, diu pugnatum est. Cornu sinisterius, quod erat infirmius, ubi Martiae legionis duae cohortes erant et cohors praetoria, pedem referre coeperunt, quod ab equitatu circuibantur, quo vel pluri-

---

2. *quoniam*, wie ep. 806, 5. — *ad forum Gallorum* inter Mutinam et Bononiam, ietzt Castel-Franco. S. Cluver. I, 28. — *levem armaturam* i. e. milites levis armaturae, leichte Truppen. — *legionem* Martiam. — *Posteaquam*, pro quo *postea vero quam ang.* e Dresd. tert. Sch. — *duod. coh.*, stellten wir 12 Cohorten in Schlachtordnung.

3. *leg. duae* tironum, quas Pansa miserat. — *de vico* i. e. Foro Gallorum. — *amplius passus.* Excidit numerus e Md. sicque Asc. 1. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Varie suppleverunt: *passus* cc. Neap. *passus centum* Crat. *passus quingentos* Margo Crat. Manut. Lamb. Sch. Lün. *ORELLI.* — *ultra ac. . . steterat,* über die Linie der Schlachtordnung hinaus. — *equites* Antonii. — *Maurorum*, quos Antonius habebat. — *ne avers. n. aggr.*, damit sie uns nicht in den Rücken fallen sollten. — *equum immisi*, sprengte ich mit gespornten Rosse nach. — *scuto reiecto*, mit dem Schilde auf dem Rücken; ut ita pectore non munito intelligerent tirones me amicum et suarum partium esse et ab illis nihil mali metuere. *GRONOV.* — *insequi . . coniic. velle* Infinit. historici. — *nostri pila* in me *coniic. velle.* Vermuthlich die acht Cohorten der Martischen Legion, die er zum Rückzuge befehligt hatte und nun wieder erreichte.

4. *Aemilia* via. — *pedem ref.*, recedere, zurück zu weichen, fing den Rückzug an. *coeperunt* statt *coepit*, weil *cornu* ein Collecti-

mum valet Antonius. Quum omnes se recepissent nostri ordines, recipere me novissimus coepi ad castra. Antonius tamquam victor castra putavit se posse capere. Quo quum venit, complures ibi amisit nec egit quidquam. Audita re, Hirtius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit copiasque eius omnes delevit, fugavit: eodemque loco, ubi erat pugnatum, ad Forum Gallorum, Antonius cum equitibus hora noctis
5 quarta se in castra sua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea castra rediit, unde Pansa exierat, ubi duas legiones reliquerat, quae ab Antonio erant oppugnatae. Sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum. Nec id tamen sine aliqua iactura cohortium praetoriarum nostrarum et legionis Martiae fieri potuit. Aquilae duae, signa sexaginta sunt relata Antonii. Res bene gesta est. A. d. xii. Kalendas Maias, ex castris.

EPISTOLA DCCCXI. (ad Div. X. 9.)

Scr. in Gallia Narbonensi exeunte Aprili A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Suum studium erga rem publicam profitetur; dignitatem suam commendat; quid egerit et acturus sit, exponit. 1-3.

PLANCUS CICERONI S.

Nihil me tibi temere aut te ceteris de me frustra recepisse laetor. Certe hoc maius habes testimonium amo-

---

vum ist. — *novissimus*, zuletzt. Adiect. pro Adverbio. — *ad castra*, wo ausser den bisherigen noch 2 Legiones tironum zur Deckung im Hinterhalt lagen. — *tamq. victor*, als wenn er schon Sieger wäre. — *nec egit quicq.*, und richtete Nichts aus. — *eodemque loco*, und von derselbigen Wahlstatt aus. — *Antonius.* Sic distinxi cum Beng. Bened. Significat: „Antonium victum eodem loco cessisse, quem antea victor tenuerat, neque alibi pugnam renovasse." Plerique, etiam Vict. et Sch. et Lün.: *fugavit*, *eodemque . . . Gallorum. Antonius* ex antiqua coni. Neap. Asc. 1. Crat. Man. Lamb., ut vult etiam Madvig. 1. p. 137. *OR.* — *cum equitibus*, mit seiner ihm allein übrig gebliebenen Reiterei. — *hora n. q.*, Nachts 10 Uhr.

5. *praetoriarum* ex antiqua emendat. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Bened., ut supra. *praetorianarum* Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *fieri*, abgehen. — *XII. Kal. Mai.* Manut. coni. Sch. Lün. *XVI.* (*XV.* volebat Beng.) *ORELLI.* Ita (nämlich *XVI.*) correxit Manutius vulg. *XII.* Kal., ut postridie quam res gesta est Galba scripserit. Si enim quatriduo post proelium scripsisset, utique aliquid de Pansae vulneribus ipsoque Bononiam translato cognovisset et Ciceroni significasset. *SCH. XVI*, Kal. Mai., am 16 April.

PLANCUS. S. ep. 431 im Anf. 805. 806.

1. *temere*, unbesonnen. — *frustra*, ohne Erfolg. — *recepisse* =

ris mei, quo maturius tibi, quam ceteris, consilia mea volui esse nota. In dies vero meritorum meorum fieri accessiones pervidere te spero: cogniturum magis recipio.
Quod ad me attinet, mi Cicero — ita ab imminentibus 2
malis res publica me adiuvante liberetur! — sic honores praemiaque vestra suspicio, conferenda certe cum immortalitate, ut sine iis nihil de meo studio perseverantiaque sim remissurus. Nisi in multitudine optimorum civium impetus animi mei fuerit singularis et opera praecipua, nihil ad meam dignitatem accedere volo suffragatione
vestra. Concupisco autem nihil mihi: — contra quod 3
ipse pugno: — et temporis et rei te moderatorem facile patior esse. Nihil aut sero aut exigue a patria civi tributum potest videri. Exercitum a. d. VI. Kal. Maias Rhodanum traieci, magnis itineribus. Vienna equites mille via breviore praemisi. Ipse, si ab Lepido non impediar, celeritate satisfaciam: si autem itineri meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Copias adduco et numero et genere et fidelitate firmissimas. Te, ut diligas me, si mutuo te facturum scis, rogo. Vale.

---

promisisse. — *merit. meor. fieri access.*, dass sich meine Verdienste um die Republik mit iedem Tage vergrössern. — *pervidere.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *praevidere* Cett. *OR.*

2. *ita*, die bekannte Betheurungsformel = so wahr. — *sic suspicio*, ich betrachte so, sehe so an. — *sine iis*, wenn ich sie auch nicht erhielte. — *singularis*, ausgezeichnet. — *praecipua*, von ganz vorzüglicher Art.

3. *contra . . . pugno*, gegen das sich mein Herz sträubt. Ego procul absum ab ambitione, quam ipse in aliis reprehendere soleo. *SCH.* — *et temp. . . esse*, und stelle recht gerne die Zeit und die Art meiner Belohnung Deiner Leitung und Ermessung anheim. — *sero*, zu spät; *exigue*, zu gering. S. Ramsh. §. 203, II, a, 2. — *VI. Kal. Mai.*, am 26. April. — *magn. itiner.*, in starken Märschen. — *Vienna*, von Vienne aus; einer Stadt der Allobroger im Narbonensischen Gallien. S. Plin. H. N. II, 49. III, 4. — *celeritate satisf.*, ich werd' es an Schnelligkeit nicht fehlen lassen. — *ad temp. cons. cap.*, h. e. pro ratione temporis, so werd' ich nach Beschaffenheit der Umstände einen Entschluss fassen. — *facturum id scis* Lamb. — *mutuo*, dass ich Deine Liebe erwidern werde. Vergl. ep. 814, 7 am Ende.

EPISTOLA DCCCXII. (ad Div. XI. 9.)

Scr. III. Kal. Mai. in castris Rhegii A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Rogat, ut prospiciat, ne consulibus amissis hostes rei publicae invalescant, et, quid agendum videatur, monet. 1-2.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

Pansa amisso quantum detrimenti res publica acceperit, non te praeterit. Nunc auctoritate et prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri, consulibus sublatis, sperent se convalescere posse. Ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam. Sequar eum confestim. Utrumque me praestaturum spero, ne aut Ventidius elabatur aut Antonius in Italia moretur. In primis rogo te, ad hominem ventosissimum, Lepidum, mittas, ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. Nam de Pollione Asinio puto te perspicere, quid facturus sit. Multae et bonae et firmae sunt legiones
2 Lepidi et Asinii. Neque haec idcirco tibi scribo, quod te non eadem animadvertere sciam, sed quod mihi persuasissimum est Lepidum recte facturum nunquam, si forte vobis id de hoc dubium est. Plancum quoque confirmetis oro: quem spero, pulso Antonio, rei publicae non defuturum. Si se Alpes Antonius traiecerit, constitui praesidium in Alpibus collocare et te de omni re facere certiorem. III. Kal. Maias, ex castris, Regii.

D. BRUTUS. S. zu ep. 686 im Anf. u. 791.

1. *Pansa amisso*, durch den Verlust d. i. Tod des Pansa; nämlich in der Schlacht bei Mutina. S. Ramsh. §. 171, III, 2. — *prospic. oportet*, Du musst dafür sorgen. — *consul. sublatis*, „weil uns die Consuln entrissen sind.“ Also war auch Hirtius bereits gefallen. — *se conval. p.*, wieder erstarken zu können. *posse conval.* Lamb. vitaturus clausulam hexametri. *ORELLI.* — *consistere*, festen Fuss wieder fassen. — *Sequar*, ich werde nachsetzen. — *Ventidius*, qui ex Piceno tres legiones ad Antonium ducebat. Elapsus tamen est itinere facto difficillimo. Vid. ep. 814, 3. 805. 821. 824. 826. Über Publ. Ventidius Bassus, Mulio, s. Philipp. XII, 9. XIII, 2. ad Famil. X, 18. 24. 33. XI, 18. Plin. H. N. VII, 42. Gellius. XV, 4. Dio. XLVIII. XLIX. — *coniuncto*, dadurch, dass er sich mit Antonius verbände: was er wirklich that. — *Pollione Asinio*. S. zu ep. 799 im Anf. — *perspicere*, Crat. *prospicere*.

2. *animadvertere*. Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *advertere* Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *recte fact.*, ehrlich handeln werde. — *vobis id*. del. *id* cum paucis Codd. Ern. Sch. Lün., „quia durum est;“ sed in D. Bruti, non in Tullii Ep. versamur: id quod nimis saepe obliti sunt Critici. *ORELLI.* „falls ihr, was diesen betrifft, darüber noch in Zweifel stehen solltet. — *confirm.*, in seiner Gesinnung zu stärken. — *III. Kal. Maias*, am 29. April. — *Regii*, ietzt Reggio zwischen Parma und Modena.

EPISTOLA DCCCXIII. (ad Div. XII. 25.)

Scr. Romae exeunte Aprili A. U. C. 711. (a. C. 43.)

De Cornificio senatus consultum honorificum factum esse nuntiat; ut in rem publicam incumbat, hortatur; Lucceio se nulla in re defuturum pollicetur. 1-7.

CICERO CORNIFICIO S.

Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero vicesimo die, ut dicebat, reddidit. Eo die non fuit senatus neque postero. Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non invita Minerva. Etenim eo ipso die senatus decrevit, ut Minerva nostra, custos urbis, quam turbo deiecerat, restitueretur. Pansa tuas literas recitavit. Magna senatus approbatio consecuta est cum summo gaudio, et offensione Minotauri, id est, Calvisii et Tauri. Factum de te senatus consultum honorificum. Postulabatur, ut etiam illi notarentur: sed Pansa

---

Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. *Rhegii* Lamb. Sch. Lün. Sed *Regium Lepidi* etiam in Inscriptt. veter. recte sine adspir. scribitur. Fortasse: *Regio. OR.*

CORNIFICIO. S. ep. 808 im Anf.

1. *Liberalibus*, am Feste des Liber oder Bacchus, welches auf den 17. März fiel. — *Cornificius*, der Sohn des Q. Cornificius, an welchen dieser Brief geschrieben ist. S. ad Famil. VIII, 7. XII, 25 — *alt. vic. die*, am 21. Tage nach seiner Abreise von Dir. — *Quinq.*, am fünftägigen Minervenfeste, das auf den 19. März fiel. Illo nimirum tempore Quinquatria uno tantum die, non per quinque dies, ut postea, celebrabantur. cf. Pontederae antiquitt. p. 406. *SCH.* — *causam tuam egi*, hielt ich einen Vortrag für Dich. — *non invita Minerva* i. e. satis feliciter. Iocatur, quia Qinquatrus festum erat Minervae sacrum. — *Minerva nostra*, Minervae signum olim a Cicerone, quum in exsilium iret, in Capitolio consecratum. *SCH.* — *turbo*, der Sturm; vielleicht tropisch vom Clodius oder Antonius zu verstehen. — *Pansa*, welcher erst im April mit den neuen Truppen nach Mutina abging, also dermalen noch im Senate präsidirte. — *tuas literas*, vermuthlich an den Senat, worin Cornificius berichtete, wie er den Anmassungen des Calvisius sich widersetzt und ihn von der Provinz abgetrieben habe. — *gaudio* bonorum. Sch. coni. Lün. *odio* propter seq. *offensione*, zum grössten Ärger und Verdruss. — *Minotauri, id est, Calvisii et Tauri.* Ex antiqua correct. Margo Crat. Vict. 1. Ceteri praeter Vict. 2., qui cum Md.: *clavis et Tauri.* Suspecta haec *id . . . Tauri* Manutio. *OR.* Taurus müsste ein Legat des Calvisius gewesen sein. Auch Gräter hält die Worte *et Tauri* für unächt und meint, Cicero habe durch den Namen iener verbotenen Frucht der Liebe einer Pasiphaë, der Gemahlinn des Minos von Kreta, den Calvisius als eine politische Missgeburt von Proconsul bezeichnen wollen. — *de te*, zu Deiner Ehre. Nämlich dass er die Provinz Africa behalten und behaupten sollte. — *ut . . notarentur*, dass Calvisius und Taurus für ihre An-

2 clementior. Ego, mi Cornifici, quo die primum in spem libertatis ingressus sum et cunctantibus ceteris a. d. XIII. Kal. Ian. fundamenta ieci rei publicae, eo ipso die providi multum atque habui rationem dignitatis tuae: mihi enim est assensus senatus de obtinendis provinciis. Nec vero postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria contumeliaque rei publicae provinciam absens obtinebat. Itaque crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit seque in urbem recepit invitus: neque solum spe, sed certa re iam et possessione deturbatus est meo iustissimo honestissimoque convicio. Te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse provinciaeque honoribus amplissimis affectum vehementer gaudeo.

3 Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem: fuit enim illud quoddam caecum tempus servitutis. Ego tuorum consiliorum auctor dignitatisque fautor, iratus temporibus in Graeciam desperata libertate rapie-

---

massungen gegen den Willen des Senats sollten sogar mit Strafe belegt werden. — *clementior* fuit, i. e. mitiorem sententiam tulit.

2. *in spem lib. ingr. sum,* wo ich wieder Hoffnung zur Freiheit schöpfte. — *XIII. Kal. Ian.*, am 20. December. — *fund. ieci rei p.*, und den Grundstein zur Wiederherstellung der Republik legte. Nämlich durch die III. und IV. Philippica, die er, als Antonius plötzlich die Stadt verlassen hatte, im Senate hielt. Übrigens hat er diess schon ep. 780, 3. dem Cornificius gemeldet. — *labef. eum,* Calvisium, ausser Fassung zu bringen. — *absens,* per legatos Uticae relictos obtinebat, quum ipse ad urbem esset cum imperio, revertit autem in urbem deposito imperio (Vid. ep. h. ed. 823). *MANUT.* — *compell.*, reprehensiones, convicia, Anzapfungen. — *invitus,* mit Verdruss. — *certa re iam et poss.* eine Hendiadys st. certa iam rei possessione deturb. est, aus dem schon für gewiss gehaltenen Besitz der Provinz geworfen. — *honest.*, vor der Sittlichkeit höchst verantwortliche Beschimpfung. — *Dignitatem* in provincia obtinenda.

3. *Quod te mihi.* Hic videtur alius esse epistolae initium ante illam §. 1. *Liberal. . . gaudeo* scriptae. Et quidem videtur exeunte mense Februario scripta. *SCH.* — *purgas.* Diess bezieht sich auf ep. 780, 4. — *caecum tempus*, „quum caeci quasi servivimus, sicut olim Graecae civitates Philippo. Hinc orationes in Antonium Philippicae dictae.“ *caecum* ex antiqua coni. Cdd. aliquot. (*caecum tempus quoddam* Margo Crat.) *Graecum* Md. Vict. 2. *egregium* Vict. I. *necessarium* de Bandinelli coni. Lamb. Poterant etiam vel *tetrum*, vel *acerbum* (*Sullani temporis acerbitatem* dixit *Lib.* 14, 4, 1). Omnino aliud quid in hoc videtur latere quam *caecum.* Fortasse vocabulum aliquod Graecum, quo obliterato vel corrupto aliquis superscripsit *Graecum*, idque postea loco corrupti in seriem receptum est. *ORELLI.* — *consiliorum*, ut abesses ab urbe et ab urbanis motibus. — *dign. faut.*, quum praeficereris Africae provin-

bar: quum me Etesiae, quasi boni cives, relinquentem rem publicam prosequi noluerunt; austerque adversus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit: atque inde ventis remis in patriam omni festinatione properavi postridieque in summa reliquorum servitute liber unus fui.
Sic sum in Antonium invectus, ut ille non ferret omnem- 4
que suum vinolentum furorem in me unum effunderet, meque tum elicere vellet ad caedis causam, tum tentaret insidiis: quem ego ructantem et nauseantem conieci in Caesaris Octaviani plagas. Puer enim egregius praesidium sibi primum et nobis, deinde summae rei publicae comparavit: qui nisi fuisset, Antonii reditus a Brundisio pestis patriae fuisset. Quae deinceps acta sint, scire te
arbitror. Sed redeamus illuc, unde devertimus. Accipio 5
excusationem tuam de Sempronio: neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti.
Nunc hic dies aliam vitam defert, alios mores postulat: ut ait Terentius. Quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum, et quidem ad puppim. Una navis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus. Utinam prospero cursu! Sed quicunque venti erunt, ars nostra certe non aberit. Quid enim praestare aliud virtus potest? Tu fac ut magno animo sis et excelso, cogitesque omnem dignitatem tuam cum republica coniunctam esse debere.

---

ciae. — *quasi boni cives*, wie gute Patrioten. — *austerque adversus*. S. ep. 760, 1 u. 5 am Ende. — *ventis remis* proverbialis locutio, qua maxima festinatio significatur.

4. *omnemque*, wo *que* = *sed* nach *non*. Vgl. den 763 Brief, in Hinsicht der näheren Umstände. — *meque tum*. Sic recte Md. Sch. Lün. (Duo sunt: „nunc elicere rure Romam me volebat, nunc me tentabat insidiis in villis meis.") *quum* Edd. praeter Sch. Lün. *OR.* — *ad caedis causam* i. e. occasionem, qua me interficeret, um ihm zu meiner Ermordung Veranlassung, Gelegenheit zu geben. — *ruct. et naus.*, den Rülpser und Speier. — *conieci*, ich habe geiagt. — *praesidium*, ein Schutzheer. Vgl. ep. 768, zum Folgenden. — *illuc*. Sic Md. Bas. Asc. 1. Margo Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *ad illud* Neap. Crat. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *devertimus*. Sic (Md.) Vict. 1. 2. Lamb. = *divertimus* Cett.

5. *statuti quid*, „auch konntest Du wirklich bei der so grossen Verwirrung des Staats keine bestimmte Massregel ergreifen. — — *defert*. Terent. Andr. I, 2, 18. Sed ibi legitur *affert*. Sch. Et *affert* habet Crat. Recte, puto. *ORELLI.* — *conscende* rei publicae navem. — *ad puppim*, ad clavum, gubernaculum. — *ut rect. teneamus*, welches auf grader Fahrt zu erhalten, i. e. ut gubernemus consilio et ratione. — *cursu* laetetur, utatur, eat. — *virtus* Abstr. pro Concr. „Männer von Pflicht und Ehre." — *fac ut*. Sic Md. Neap.

XXV. a. A. U. C. 711.

CICERO CORNIFICIO S.

6 P. Lucceium mihi meum commendas: quem, quibuscunque rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium quidem et Pansam, collegas nostros, homines in consulatu rei publicae salutares, alieno sane tempore amisimus, re publica Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata: quam nos, si licebit, more nostro tuebimur, quamquam admodum sumus iam defatigati. Sed nulla lassitudo impedire officium et fidem debet.
7 Verum haec hactenus. Ab aliis te de me quam a me ipso malo cognoscere. De te audiebamus ea, quae maxime vellemus. De Cn. Minucio, quem tu quibusdam literis ad caelum laudibus extulisti, rumores duriores erant. Id quale sit omninoque, quid istic agatur, facias me velim certiorem.

EPISTOLA DCCCXIV. (ad Div. XI. 10.)

Dat. III. Non. Mai. ex castris Dertona A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Queritur de nonnullorum malevolentia et rei publicae periculum exponit. 1-5.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

Non mihi rem publicam plus debere arbitror, quam me tibi. Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sint in me, exploratum habes: si tamen hoc tem-

---

Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. om. *ut* Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.*

6. *P. Lucceium.* Md. Crat. Vict. 1. 2. Novae epistolae hoc initium esse idoneis argumentis docuerunt Corrad. Manut. Bened. Huldricus in *Programm.* 1803. *ORELLI.* — *collegas* in auguratu. — *alieno . . tempore,* zur Unzeit; importuno tempore. — *latroc.,* Räuberhorde. — *explicata,* gereinigt, entwirrt.

7. *de me* = de iis, quae egerim. — *Cn. Minucio*, vermuthlich einem sonst unbekannten Römischen Ritter; vel Cornificii legato vel finitimam ei regionem administrante. *MANUT.* — *rum. duriores* i. e. tristiores, sinistri, *erant*, gingen harte Gerüchte. — *istic*, bei Euch.

D. BRUTUS hatte sich ietzt mit seinem Lager von Mutina bis Dertona (ietzt Tortona) hinauf gezogen, unweit der Ergiessung des Tomarus in den Po, zwischen Placentia und Genua.

1. *perversi*, praeposteri, iene Verkehrten zu Rom. — *exploratum*, cognitum. — *si tamen hoc t. vid. d. causa*, wenn es iedoch auch scheinen könnte, als würde Das, was man von mir sagt, nur der Zeitumstände wegen gesagt. Nämlich aus Furcht es mit Anto-

poris videatur dici causa, malle me tuum iudicium, quam ex altera parte omnium istorum. Tu enim aperto sensu et vero iudicas de nobis: quod isti ne faciant, summa malevolentia et livore impediuntur. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus res publica a me commode administrari possit. Quae quanto sit in periculo, quam potero brevissime exponam. Pri- 2
mum omnium, quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulum quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas, non te fugit. Satis me multa scripsisse, quae literis commendari possint, arbitror: scio enim, cui scribam. Revertor nunc ad Antonium: qui ex 3
fuga quum parvulam manum peditum haberet inermium, ergastula solvendo omneque genus hominum arripiendo satis magnum numerum videtur effecisse. Huc accessit manus Ventidii, quae trans Apenninum itinere facto difficillimo ad Vada pervenit atque ibi se cum Antonio coniunxit. Est numerus veteranorum et armatorum satis frequens cum Ventidio. Consilia Antonii haec sint, ne- 4
cesse est: aut ad Lepidum ut se conferat, si recipitur; aut Apennino Alpibusque se teneat et decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, in quae incurrerit: aut rursus se in Etruriam referat, quod ea pars Italiae sine exercitu est. Quod si me Caesar audisset atque Apenninum transisset, in tantas angustias Antonium compulissem, ut inopia potius, quam ferro conficere-

---

nius zu verderben oder aus Anhänglichkeit an Octavian. S. §. 4. — *omnium istorum* iudicium; falls sie auch einmahl gut von mir redeten. — *aperto sensu* i. e. simplici et sincero. Opponitur malevolentiae ac livori ceterorum. Sic scripsi coni. *acertu sensu* Md. *a certo sensu* Aliâ coni. Ceteri. Mira tamen constructione. Nec placet *certus* pro *constans*, *firmus*. *ORELLI.* — *honor. sim*, iustos honores accipiam. — *dum ne interp.* cet., wenn sie mich nur nicht behindern, das Wohl des Staats mit Nutzen und ohne Zwang zu besorgen.

2. *cupiditatem*, Lüsternheit nach dieser Staatswürde. Er spielt auf Octavianus an, den man sogar eines Consulmordes beschuldigte, als Hirtius zu Bologna an seinen Wunden starb. — *vacuitas*, orbitas, diese Erledigung zweier Consulstellen. Si esset *ista vacuitas*, nemo, puto, dubitaret. *ORELLI.* — *Satis multa* i. e. sapienti sat., „dass ich hiemit völlig genug geschrieben habe, um es einem Briefe anzuvertrauen. — *cui*, scil. haec satis intelligenti.

3. *peditum*. Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *militum* e vetusta corruptela Cdd. aliq. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* — *effecisse*, zusammen gebracht zu haben. — *Ventidii*. S. ep. 812. 1. — *ad Vada*, einem kleinen Orte in der Nähe von Genua westwärts am Meere.

4. *decurs.*, durch Ausfälle, Streifereien. — *compulisset* Crat.

tur. Sed neque Caesari imperari potest nec Caesar exer-
citui suo: quod utrumque pessimum est. Quum haec
talia sint, quo minus, quod ad me pertinebit, homines
interpellent, ut supra scripsi, non impedio: haec quem-
admodum explicari possint, aut, a te quum explicabun-
5 tur, ne impediantur, timeo. Alere iam milites non pos-
sum. Quum ad rem publicam liberandam accessi, HS.
mihi fuit pecuniae quadringenties amplius. Tantum abest,
ut meae rei familiaris liberum sit quidquam, ut omnes
iam meos amicos aere alieno obstrinxerim. Septem nu-
mero nunc legiones alo: qua difficultate, tu arbitrare.
Non, si Varronis thesauros haberem, subsistere sumptui
possem. Quum primum de Antonio exploratum habuero,
faciam te certiorem. Tu me amabis, ita, si hoc idem
me in te facere senseris. III. Non. Maias, ex castris,
Dertona.

— *Sed neque Caesari* cet., allein Cäsar Octav. lässt sich Nichts befehlen und seinem Heere kann er nicht befehlen. — *suo* scil. imperare potest. Statt. nec a Caesare exerc. suo. — *ad me* im Gegens. von ad rem publicam. — *haec . . . explicari possint* i. e. quomodo possit inveniri aliquod remedium in his tantis difficultatibus, wie man diess Gewirre des Staats lösen könne, darum bin ich besorgt. Vgl. oben §. 1.

5. *HS. mihi . . amplius*, hatte ich mehr als 400,000 Sestertien = 40,000 flor. baares Geld. del. *pecuniae* cum Ed. 1471. et Crat. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *liberum*, non oppigneratum. — *aere alieno obstr.*, in Schulden gesetzt habe. — *Septem numero . . alo.* Sic scripsi: quae formula vocabuli *numero* numeris postponendi, apud antiquiores et in carminibus legum ac formulis testamentorum admodum usitata, librariorum captum superabat. *ORELLI.* — *Varronis thesauros.* Vocab. *Varr.* suspectum. Fuerunt, qui de *Crassi thesauris* cogitarent. Fuitne index satirae Menippeae Varronis, grammaticis haud memoratae? *ORELLI.* M. Terentii Varronis divitiae non ita magnae fuerunt, ut in proverbium abire potuerint. Itaque Corradus intellexit: „si thesauros haberem, quales sunt, de quibus Varro in libro suo de divitiis scribit.“ *SCH.* — *subsistere sumptui*, den Aufwand aushalten. *sufficere sumptui* Cd. Reg. et Margo Crat. *sustinere sumptum* e gloss. Cdd. aliq. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. *OR.* — *III. Non. Maias*, am 5. Mai.

EPISTOLA DCCCXV. (ad Div. X. 14.)

Scr. Romae III. Non. Mai. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Laudat Planci studium et celeritatem in auxiliis D. Bruto ferendis hortaturque, ut belli reliquias exstinguat. 1-2.

CICERO PLANCO S.

O gratam famam biduo ante victoriam de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copiis! Atque etiam hostibus fusis, spes omnis est in te. Fugisse enim ex proelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. Est autem non minus gratum extrema delere, quam prima depellere. Equidem exspectabam iam tuas literas idque 2
cum multis: sperabamque etiam Lepidum rei publicae temporibus admonitum tecum et cum re publica esse facturum. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut ne quae scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum, et rem publicam divino beneficio affeceris et ipse aeternam gloriam consequere. D. III. Non. Mai.

EPISTOLA DCCCXVI. (ad Div. XI. 11.)

Dat. prid. Non. Mai. ex castris, finibus Statiellensium A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Iter Antonii ad Lepidum et suum in rem publicam studium significat. 1-2.

D. BRUTUS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI.

Eodem exemplo a te mi literae redditae sunt, quo

PLANCO. S. ep. 811.

1. *ante victoriam*, ehe der Ruf des Sieges von Mutina zu Rom ankam. Denn Plancus selbst, der weder von der Schlacht noch von dem Siege wusste, schrieb seinen Brief, auf welchen dieser die Antwort ist, erst nach dem 26sten. — *de subsid. t.*, von Deinem Hülfsheere. — *celeritate*, qua D. Bruto subvenires. — *extrema*, den Rest. — *prima*, den Hauptangriff.

2. *exspectabam* = exspecto. — *idque*, und zwar. — *Lepidum rei publicae.* Sic Vict. 1. Graev. Ern. *rep. temporibus* Md. om. *rei publicae* Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. Bened. Sch. Lün. Scilicet delere quam corrigere maluerunt soloecismum. *ORELLI.* — *c. r. esse facturum*, es mit der Republik halten werde. Sic scripsi e vestigiis Md., qui om. *satis* habet: *tecum et reip. esse facturum.* Ern. Sch. Lün. *tecum rei publicae satis esse facturum. ORELLI.* — *relinquatur* i. e. ne illae reliquiae Antonianae remaneant, ne ullus metus belli recrudescentis reliquus fiat. Est metaphora tracta ab incendio. — *III. Non. Mai.*, am 5. Mai.

1. *eodem exemplo*, in gleichlautender Abschrift, gleiches In-

pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. Scripsi tibi, quae hic gererentur. In itinere est Antonius: ad Lepidum proficiscitur: ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animadverti, qui in me inciderunt: in quibus quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat. Ego tamen non habui ambiguum et statim ad Plancum misi: et biduo ab Allobrogibus et totius Galliae legatos exspecto, quos confirmatos domum
2 remittam. Tu, quae istic opus erunt administrari, prospicies, ut ex tua voluntate reique publicae commodo fiant. Malevolentiae hominum in me, si poteris, occurres: si non potueris, hoc te consolabere, quod me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. Pridie Nonas Maias, ex castris, finibus Statiellensium.

EPISTOLA DCCCXVII. (ad Div. XII. 12.)

Dat. ex castris in Asia Nonis Mai. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Res a se gestas exponit suosque duces et milites commendat. 1-5.

CASSIUS PROCOS. S. D. M. CICERONI SUO.

S. V. B. E. E. Q. V. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognovi. Videbaris enim non solum favere nobis, id quod et nostra et rei publicae causa semper fecisti; sed etiam gravem curam suscepisse vehementerque esse de nobis sollicitus. Itaque,

---

halts. — *pueri*, Sklaven. — *de Planco* ad se pertrahendo. — *ex libellis.* Videntur potius codicilli quidam, in quibus perscripserat Antonius nomina eorum, quos ad Asinium, ad Plancum et ad Lepidum misisset, quam literae s. epistolae intelligi. *SCH.* — *in me*, in meas manus. — *Asinium* Pollionem. S. ep. 799. — *non habui ambiguum*, ich liess mich dadurch nicht irre machen, non dubitavi. — *totius Galliae populis* ex interpol. Lamb. — *confirmatos*, in ihrem Glauben an die Republik bestärkt.

2. *volunt.*, nach Deiner Gesinnung. — *si non.* S. Ramsh. §. 190, Anmerk. 4. Grotef. §. 405. Anm. 2. 406. — *hoc consolabere*, so tröste Dich damit. — *de meo statu*, von meinem Standpunkte, Vorsatze." Von Fechtern entlehnt. — *Prid. Non. Mai.*, am 6. Mai. — *Statiellens.*, eines Volks in Liguria, dessen Hauptstadt Aquae Statiellae, ietzt Acqui, war, durch Mineralwasser und die grosse Strasse berühmt.

1. *mirificum*, insignem. *Recognoscere* est rem iam ante notam iterum cognoscere, wieder ersehen, erkennen. — *reipublicae.* Sic Manut. Vict. 2. Lamb. *et nostrae reip.* Md. Bened. *et nostri et reip.* Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. cfr. Goerenz

quod te primum existimare putabam, nos, oppressa re publica, quiescere non posse: deinde, quum suspicarere nos moliri, quod te sollicitum esse et de salute nostra et de rerum eventu putabam: simul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, scripsi ad te tabellariosque complures Romam misi. Scripsi etiam ad senatum literas, quas reddi vetui prius, quam tibi recitatae essent: si forte mei obtemperare mihi voluerint. Quod si literae perlatae non sunt, non dubito, quin Dolabella, qui, nefarie Trebonio occiso, Asiam occupavit, tabellarios meos deprenderit literasque interceperit. Exercitus omnes, qui in Syria fuerunt, teneo. Habui 2
paullulum morae, dum promissa militibus persolvo. Nunc iam sum expeditus. A te peto, ut dignitatem meam commendatam tibi habeas, si me intelligis nullum neque periculum neque laborem patriae denegasse: si contra importunissimos latrones arma cepi te hortante et auctore: si non solum exercitus ad rem publicam libertatemque defendendam comparavi, sed etiam crudelissimis tyrannis eripui; quos si occupasset Dolabella, non solum adventu, sed etiam opinione et exspectatione exercitus sui Antonium confirmasset. Quas ob res milites tuere, si eos 3
mirifice de re publica meritos esse animadvertis: et effice, ne quem poeniteat rem publicam quam spem praedae et rapinarum sequi maluisse. Item Murci et Crispi, imperatorum, dignitatem, quantum est in te, tuere. Nam Bassus misere noluit mihi legionem tradere. Quod nisi milites, invito eo, legatos ad me misissent, clausam Apameam tenuisset, quoad vi esset expugnata. Haec a te

---

ad Acad. 2. §. 120. *ORELLI.* — *primum*, erstlich, erstens. Ordo verb. *Itaque . . scripsi ad te*, *primum*, *quod* cet. — *nos moliri* aliquid, dass wir Etwas unternähmen. — *Allienus.* S. ep. 798, 1 am Ende. — *si forte . . voluerint.* Nempe Cassii familia non satis favebat Ciceroni propter coniunctionem cum Antonio et Lepido. *ERNESTI.* — *Trebonio occiso*, qui Asiae praeerat. S. Philipp. XI, 2 ff. Appian. III, 26. Dio XLVII. zu ep. 389 im Anf. u. 241. — *Asiam*, die Provinz, Vorderasien.

2. *Habui paull. morae* i. e. coactus sum paullulum cessare, (säumen, verziehen), donec militibus ea persolverem, quae promiseram, quum ad me venirent. — *exped.*, damit fertig, zu Ende. — *denegasse*, ausgeschlagen habe, detrectasse. — *tyrannis* Dolabellae, Antonio. — *occupasset*, scil. exercitus, in seine Hände bekommen, in Beschlag genommen hätte. — *opinione*, durch die günstige Meinung von seiner Armee. — *confirm.*, ermuthigen, wieder Muth einflössen.

3. *ne quem* ex militibus. — *Murci et Crispi*, qui Cassii legati fuere. S. ep. 798, 1. — *misere*, erbärmlich genug. Über Q. Caecilius *Bassus*, der ein Anhänger des Pompeius und damals Prätor

peto, non solum rei publicae, quae tibi semper fuit ca-
rissima, sed etiam amicitiae nostrae nomine, quam con-
4 fido apud te plurimum posse. Crede mihi hunc exerci-
tum, quem habeo, senatus atque optimi cuiusque esse
maximeque tuum: de cuius voluntate assidue audiendo
mirifice te diligit carumque habet. Qui si intellexerit
commoda sua curae tibi esse, debere etiam se tibi omnia
5 putabit. Literis scriptis, audivi Dolabellam in Ciliciam
venisse cum suis copiis. Proficiscar in Ciliciam. Quid
egerim, celeriter ut scias, dabo operam. Ac velim, ut
meremur de re publica, sic felices simus. Fac valeas
meque ames. Nonis Maiis, ex castris.

EPISTOLA DCCCXVIII. (ad Div. X. 11.)

Scr. in Allobrogibus mense Maio A. U. C. 711 (a. C. 43)

Gratias agit Ciceroni pro collatis in se officiis et de suo in rem publicam studio omnia pollicetur. 1—3.

PLANCUS CICERONI.

Immortales ago tibi gratias agamque dum vivam: nam relaturum me affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non videor mî respondere posse, nisi forte, ut tu gravissime disertissimeque scripsisti, ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, quum memoria tenebo. Si de filii tui dignitate esset actum, amabilius certe nihil facere potuisses. Primae tuae sententiae infinitis cum muneribus; posteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositae; oratio assidua et perpetua de me iurgia cum obtrectatoribus propter me notissima

---

von Syrien war und sich in Apamea festzuhalten suchte, s. Dio Cass. XLVII. u. ep. 798, 1. — *nomine* = propter.

4. *esse* cum genit. = einem ergeben sein. — *tuum,* Dir ganz zugesagt, zugethan. — *audiendo,* weil es Deine gute Gesinnung unaufhörlich von mir rühmen hört. — *diligit* scil. meus exercitus.

5. *Lit. script.* Also eine Nachschrift! — *Ciliciam,* an der Grenze von Syrien. — *Ac velim* cet. „Und ich will wünschen, dass wir so glücklich sind, als Wir es um die Republik verdienen. — *Non. Mai.,* am 7. Mai.

1. *relaturum me,* denn Dir vergelten zu wollen wag' ich nicht zu sagen. — *tuis,* i. e. quibus a te affectus sum. — *respondere,* erwiedern. — *ut tum* Lamb. — *me referre gratiam,* ich zollte Dir dann schon den Dank, wann ich Deine Verdienste um mich im Gedächtniss festhielte. — *esset actum,* betroffen hätte. — *amabil.,* liebevolleres. — *sententiae,* Abstimmungen, Vota. — *muner.* Belohnungen. — *ad tempus,* zeitgemäss, nach den Zeitumständen. — *compos.,* accommodatae. — *iurgia.* Ern. coni. Sch. Lün. *oratio*

mihi sunt: non mediocris adhibenda mihi est cura, ut rei publicae me civem dignum tuis laudibus praestem; in amicitia tua memorem atque gratum. Quod reliquum est, tuum munus tuere et me, si, quem esse voluisti, eum exitu rebusque cognoscis, defende ac suscipe. Quum 2
Rhodanum copias traiecissem fratremque cum tribus millibus equitum praemisissem, ipse iter ad Mutinam dirigerem: in itinere de proelio facto Brutoque et Mutina obsidione liberatis audivi. Animadverti nullum alium receptum Antonium reliquiasque, quae cum eo essent, habere nisi in his partibus: duasque ei spes esse propositas, unam Lepidi ipsius, alteram exercitus. Quod quaedam pars exercitus non minus furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt, equitatum revocavi: ipse in Allobrogibus constiti, ut proinde ad omnia paratus essem, ac res me moneret. Si nudus huc se Antonius conferet, facile mì videor per me sustinere posse remque publicam ex vestra sententia administrare, quamvis ab exercitu Lepidi recipiatur: si vero copiarum aliquid secum adducet et si decima legio veterana, quae nostra opera revocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit: tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera a me; idque me praestaturum spero, dum istinc copiae traiiciantur coniun-

---

de me, et perpetua iurgia. ORELLI. Oratio de me est de laudibus, alterum de defensione Planci. *SCH.* — *non.* Neap. Asc. 1. Lamb. *Quare non* ex antiqua interpol. Similiter Weiske desiderabat: *Quamobrem non. OR.* — *rei p.* Lamb. *re publica.* — *si, quem* cet., wenn Du mich als einen solchen Mann, wie Du in mir erwartest, durch den Erfolg und durch die That wirst kennen lernen.

2. *obsid. liberatis,* von der Entsetzung des Brutus und der Stadt Mutina. S. Ramsh. §. 171, III, 2, Not. 3. — *receptum,* Zuflucht. — *part.,* regionibus. — *propositas,* vorbehalten. — *exercitus* Lepidi. — *furiosa,* dum favet Antonii causae. — *ipse.* Vict. 2 et Bened. sic distinguunt: *alteram exercitus: quod . . . fuerunt. Equitatum revocavi: ipse* cet. Sed meliorem esse distinctionem Vict. 2. et reliquorum patet ex seqq. *si decima legio . . . ad eundem furorem redierit. ORELLI.* — *constiti,* habe Halt gemacht; *in Allobrogibus,* im Lande der Allobroger. Diess begriff das Genuesische nebst einem Theile von Savoyen und dem Dauphiné und bildete einen Bezirk von der Provinz des Lepidus. — *ad omnia paratus,* überall bei der Hand. — *res,* die Umstände. — *nudus,* destitutus copiis et viribus. — *sustinere* eum, es mit ihm aufnehmen zu können. — *rem publ. . . administrare,* das gemeine Wohl handhaben. — *decima legio veterana,* quae cum Caesare in Gallia non mediocri fortitudinis laude militaverat. c. 11. Haec erat in exercitu Lepidi. *MANUT.* — *revocata,* zu besseren Gesinnungen gebracht ist. — *redierit* et se Antonio adiunxerit. — *detrimenti,* dass kein Nachtheil daraus erwachse. — *dum* = bis dass. — *istinc,* ex

3 ctaeque nobiscum facilius perditos opprimant. Hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum nec diligentiam mihi defuturam. Cupio mehercules nullam residuam sollicitudinem esse: sed si fuerit, nec animo nec benevolentiae nec patientiae cuiusquam pro vobis cedam. Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad huius rei societatem incitem; omniaque ei obsequia polliceor, si modo rem publicam respicere volet. Utor in hac re adiutoribus interpretibusque fratre meo et Laterense et Furnio nostro. Non me impedient privatae offensiones, quo minus pro rei publicae salute etiam cum inimicissimo consentiam. Quod si nihil profecero, nihilominus maximo sum animo et maiore fortasse cum mea gloria vobis satisfaciam. Fac valeas meque mutuo diligas.

EPISTOLA DCCCXIX. (ad Div. X. 15.)

Scr. in Allobrogibus mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Nuntiat, quae ad opprimendum Antonium egerit et acturus sit 1—4.

PLANCUS CICERONI.

His literis scriptis, quae postea accidissent scire te ad rem publicam putavi pertinere. Sedulitas mea, ut spero, et mihi et rei publicae tulit fructum. Namque

---

Italia vel ex Gallia Cisalpina. — *perditos*, die Verdorbenen d. i. die Antonianer.

3. *nullam residuam* i.e. reliquam *soll. esse,* dass kein Überrest von Besorgniss bleiben möge i.e. nihil superesse periculi nec esse aliquam causam, cur quis sit sollicitus. Cupio funditus exstirpare inimicos rei publicae. Cf. ep. 815, 2: ut ne quae scintilla teterrimi belli relinquatur. — *si fuerit* residua aliqua sollicitudo, so lange noch einige Besorgniss vorhanden sein sollte. — *patient.*, Ausdauer. — *pro vobis*, pro defensione vestra. — *cedere* nachstehen, nachgeben, im Gegens. von gleichkommen. — *huius rei*, defendendae rei publicae. — *obsequia*, Willfährigkeit. — *respicere*, vor Augen haben, berücksichtigen. — *interpr.*, internunciis, Unterhändler. — M. Iuventio *Laterense*, Lepidi legato, ut ait Dio libr. XLVI. Manut. Vid. ep. 819. 835. 848. — *Furnio*. S. ep. 806, 1. — *consentiam.* Egregie! Omnes enim privatae offensiones condonandae sunt rei publicae; ut alibi dixit Cicero.

1. *His literis scriptis.* Ex his verbis intelligitur hanc epistolam appendicem fuisse superioris (818.), quam forte non eo die, quo scripta erat, statim tabellario tradere poterat Plancus; itaque aliquot diebus interiectis addidit ea, quae hic sequuntur. Fieri etiam potest, ut alia epistola, cuius haec supplementum fuit, interciderit. Idem Strothius et Weiskius viderunt. *SCH.* — *ad rem p*

assiduis internuntiis cum Lepido egi, ut, omissa omni contentione reconciliataque voluntate nostra, communi consilio rei publicae succurreret: se, liberos urbemque pluris, quam unum perditum abiectumque latronem putaret: obsequioque meo, si ita faceret, ad omnes res abuteretur. Profeci itaque per Laterensem internuntium: fi- 2
dem mihi dedit se Antonium, si prohibere provincia sua non potuisset, bello persecuturum: me, ut venirem copiasque coniungerem, rogavit: eoque magis, quod et Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur et Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate eius non multis ante diebus decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Quibus rebus ego cognitis cunctatus non sum; in cursu bonorum consiliorum Lepidum adiuvandum putavi. Adventus meus quid profectu- 3
rus esset, vidi; vel quod equitatu meo persequi atque opprimere equitatum eius possem; vel quod exercitus Lepidi eam partem, quae corrupta est et ab re publica alienata, et corrigere et coercere praesentia mei exercitus possem. Itaque in Isara, flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte uno die facto, exercitum a. d. IV. Idus Maias traduxi. Quum vero mihi nuntiatum esset L. Antonium praemissum cum equitibus et cohortibus ad Forum Iulii venisse: fratrem cum equitum quattuor millibus, ut occurreret ei, misi a. d. V. Idus

---

pertinere, dass dem Staate daran gelegen sei τὸ scire te, quae postea accid. — *internuntiis*. S. vorig. Br. §. 3: adiutoribus interpretibusque. — *omissa omni cont.*, nach Aufhebung alles bisherigen Zwistes. — *abiectum*, vilem, verworfenen. — *latronem*, Antonium. — *abuteretur* = uteretur.

2. M. Iuvencius *Laterensis*, vormahliger Prätor, ietzt als Legat bei Lepidus, ein eifriger Republikaner, der fast in Verzweiflung gerieth, als er den Proconsul Lepidus für die Sache der Republik nicht dauerhaft gewinnen konnte. *Profeci itaque*, und so hab' ich denn Etwas in der Hinsicht ausgerichtet. *Profeci que per* de Ern. susp. Sch. Haud nimis eleganter post illud *obsequioque*. *ORELLI.* — *dedit* Lepidus. — *ab equitatu*, an Reiterei; in Hinsicht der Reiterei. — *in cursu consil.*, bei diesem Zuge seiner patriotischen Plane.

3. *equitatum eius*, Antonii. — *corrupta*, bestochen. — *abalienata*, abwendig gemacht. — *corrigere*, a seditione retrahere, wieder auf den rechten Weg bringen. — *cöercere*, in officio retinere. — *IV. Idus Maias*, am 12. Mai. — *L. Antonium*, den iüngeren Bruder des M. Antonius. — *Forum Iulii* in Gallia Narbonensi, nunc Freius appellatum. — *fratrem* meum. — *V. Idus Maias*, am 11. Mai. *ad* II *Idus Maii* Asc. 1. Hinc: *ad prid. Id. Maias* Lamb. *ORELLI.* „am 11.“ — *max. itiner.*, in starken Tagemärschen.

Maias: ipse maximis itineribus cum quattuor legionibus
4 expeditis et reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocris modo fortuna rei publicae adiuverit, et audaciae perditorum et nostrae sollicitudinis hic finem reperiemus. Quod si latro, praecognito nostro adventu, rursus in Italiam se recipere coeperit, Bruti erit officium occurrere ei: cui scio nec consilium nec animum defuturum. Ego tamen, si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiam a vastatione defendat. Fac valeas meque mutuo diligas.

EPISTOLA DCCCXX. (ad Div. XI. 22.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Commendat Appium Claudium, qui se cum Antonio coniunxerat, ut ex hostium numero eximatur. 1—2.

M. CICERO S. D. D. BRUTO.

Cum Appio Claudio, C. F. summa mihi necessitudo est multis eius officiis et meis mutuis constituta. Peto a te maiorem in modum vel humanitatis tuae vel mea causa, ut eum auctoritate tua, quae plurimum valet, conservatum velis. Volo, te, quum fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse salvum. Cuius quidem causa hoc melior debet esse, quod pietate adductus propter patris restitutionem se
2 cum Antonio coniunxit. Quare etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere.

— *exped.*, schlagfertig. — *quattuor leg.*, also mit 36 bis 37,000 Mann.

4. *Bruti* i. e. Decimi Bruti. — *qui* = ut is *sequatur* = persequatur Antonium.

1—2. *App. Claud.* Appius Claudius C. filius dicitur Appius minor ep. 223, 2. Est is vel eius frater, Appius maior, quem Cicero Bruto commendat. *SCH.* — *constituta*, corroborata, confirmata, begründet. — *conserv. velis*, bewahren d. i. nicht als Feind behandeln wollest, falls er als Gefangener in Deine Hände gefallen wäre oder noch fiele. S. Grotef. §. 324. Ramsh. §. 171. II, A, 2. — *nobil.*, aus so vornehmen Geschlechte, von so edler Geburt. — *Cuius q. causa . . esse*, die rechtliche Ansicht seiner Verschuldung wird dadurch gemildert, muss desshalb schonender ausfallen. — *pietate*, also durch Dankbarkeit. — *propter patris restitutionem*, wegen der durch Antonius erwirkten Zurückberufung seines Vaters aus dem Exsil. Videtur pater eius C. Clodius, P. Clodii frater, quum exsularet, ab Antonio consule in patriam restitutus. *MANUT.* — *veram*, iustam, sufficientem. — *vel* = wenigstens. — *probabi-*

Nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum praeterea et gratissimum, incolumem in civitate retinere. Quod ut facias, ita a te peto, ut maiore studio magisve ex animo petere non possim.

EPISTOLA DCCCXXI. (ad Div. X. 17.)

Scr. in Allobrogibus exeunte Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Praesentem belli statum describit cum excusatione fratris a se dimissi et commendatione suae dignitatis. 1—3.

PLANCUS CICERONI.

Antonius Id. Maiis ad Forum Iulii cum primis copiis venit. Ventidius bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad Forum Voconii castra habet: qui locus a Foro Iulii quattuor et viginti millia passuum abest: ibique me exspectare constituit, quemadmodum ipse mihi scripsit. Quod si omnia mihi integra et ipse et fortuna servarit, recipio vobis celeriter me negotium ex sententia confecturum. Fratrem meum assiduis laboribus concursationi- 2
busque confectum graviter se habuisse antea tibi scripsi: sed tamen quum primum posse ingredi coepit, non magis sibi, quam rei publicae se convaluisse existimans ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Sed ego eum non solum hortatus sum, verum etiam coëgi isto proficisci: quod et illa valetudine magis conficere se, quam

---

lem, quae habeat aliquam speciem. — *incol. in civ. retin.,* dem Staate beim Leben zu erhalten.

1. *Antonius.* Ernestius Lucium intellexit: quum autem hic iam quarto die ante ad Forum Iulii venisset, verius est de Marco accipere, quod Strothius ad h. l. monuit. *SCH.* S. ep. 819, 3. — *Id. Mai.,* am 15. Mai. — *Ventidius.* S. ep. 814, 3. — *ad Forum Voconii.* Sch. Lün. *Vocontium* cum Strothio dedit, ut corrupte erat *ad Div.* 10, 34. Sed alteram scripturam satis defendit Plin. *H. N.* 3, 5, p. 147. *Hard.*; neque quidquam contra eum observat Reichardus in *Orbe terr. antiq. fol.* 32. c. *ORELLI.* „ietzt Le Luc od. Draguignan in der Provence.“ — *integra serv.* unversehrt bewahrt, mea consilia non interruperit, me non fefellerit. — *recipio,* promitto.

2. *concursat.,* durch die Märsche. — *graviter se hab.,* sich sehr übel befunden hat. — *ad omnia princeps esse non recus.,* so weigerte er sich nicht, bei allen Unternehmungen an der Spitze zu sein. Über den Nominat. cum Infinit. s. Grotef. §. 205. 312, Anm. 2. Ramsh. §. 168, B, 2. Not. 3. 4. *recusavit* cum Cdd. aliq. Ern. Sch. Lün. contra Md. Sed actio imperfecta h. l. melius quadrat. *ORELLI.* — *isto* i. e. Romam. — *illa valet.,* bei so ge-

me iuvare posset in castris: et quod acerbissimo interitu consulum rem publicam nudatam tali cive praetore in urbanis officiis indigere existimabam. Quod si qui vestrûm non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat,
3 non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tamen, quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret, quo obside fide illius et societatis in re publica administranda uterer. Studium mihi suum L. Gellius † de tribus fratribus Segoviano probavit: quo ego interprete novissime ad Lepidum sum usus. Amicum eum rei publicae cognosse videor: libenterque ei sum testimonio et omnibus ero, qui bene merentur. Fac valeas meque mutuo diligas dignitatemque meam, si mereor, tuearis; sicut adhuc singulari cum benevolentia fecisti.

---

schwächter Gesundheit. — *iuvare.* Sic Margo Crat. Vict. 1. Lamb. Seqq. *iuare* Vict. 2. *tueri* Neap. Asc. 1. Crat. prob. Ern. Scil. *tuare* Md. Hinc corruptela in tot Mss. *ORELLI.* — *nudatam,* orbatam. — *tali,* qualis est frater. — *praet.* Urbanus enim h. a. Cn. Plancus Lucii frater praetor erat.

3. *Apellam,* vermuthlich einen ihm höchst werthen Freigelassenen. — *quo obside . . uterer,* um ihn als Geissel und Unterpfand seines Ehrenworts und seiner Theilnahme an der Verfechtung der Republik anzusehen. *fide.* Sic antiqua scriptura genitivi Md. Crat. Vict. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. = *fidei* Vict. 1. Lamb. Lün. *ORELLI. fide et societ.* eine Hendiadys st. fidae societatis. S. ep. 819, 2. — *L. Gellius . . . Segoviano.* Locus foede corruptus. Sic Md. Vict. 1. 2. *Seganiano* Crat. *se Gaviano* Neap. Beng. Bened. Sch. Lün. *Sex. Gaviano* Lamb. Graev. Ern. Ut nunc novi Mediceum nomina propria mire deformantem, sic fere scriptum suspicor: *L. Gellius D. F.* [*tribu*] *Fab*(*ia*), *Segoviâ* vel *Segovianus.* Adeo autem accurate civis Romani Hispaniensis nomen effert, ut alicui decreto de praemiis hominum bene de rep. meritorum faciendo id ex usu Romano inseri posset. *tribu* ideo [ ], quia hoc videtur ex antiquo gloss.; nam in Inscriptt. semper omittitur. *Segoviâ,* potius quam adiectivum; quia sic Inscriptt. militares fere omnes. *ORELLI.* — *de tribus fratribus,* in Hinsicht der d. i. gegen die drei Brüder d. i. die drei Antonier. — *Amicum eum,* scil. Gellium. — *ei sum testimonio,* ich bezeuge ihm das gern, gebe ihm gerne mein Zeugniss.

EPISTOLA DCCCXXII. (ad Div. X. 16.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Senatus consultum in Planci honorem factum esse narrat et, ut subitis rebus consilium senatus ne exspectet, auctor est. 1—2.

CICERO PLANCO.

Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quam tuas, Plance, literas. Redditae sunt enim frequenti senatu Cornuto, quum is frigidas sane et inconstantes recitasset literas Lepidi. Sub eas statim recitatae sunt tuae, non sine magnis quidem clamoribus. Quum rebus enim ipsis essent et studiis beneficiisque in rem publicam gratissimae, tum erant gravissimis verbis ac sententiis. Flagitare senatus institit Cornutum, ut referret statim de tuis literis. Ille se considerare velle. Quum ei magnum convicium fieret cuncto a senatu, quinque tribuni plebi retulerunt. Servilius rogatus rem distulit: ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad unum. Ea quae fuerit, ex senatus consulto cognosces. Tu, 2
quamquam consilio non eges vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reiicias neve in rebus tam subitis tamque angustis a senatu consilium pe-

---

1. *post hom. mem.*, seit Menschengedenken. — *ne temp. . . opportunius*, so zur glücklichen Stunde vorfallen sehen, als die Ankunft Deines Briefs, Schreibens. — *Cornuto* praetori urbano, ut is recitaret. Cf. ep. 806. — *inconst.*, sich widersprechend, wankelmüthig, quod modo rei publicae partibus, modo Antonio favere videbatur. Pacem enim suadebat. *MANUT.* Vid. ep. 801. 841. — *Sub eas*, unmittelbar darauf. — *clamor.*, Beifallsbezeugungen. — *rebus ipsis*, wegen des Inhalts. — *essent* scil. literae tuae. — *ac.* Sic Md. Vict. 1. 2. *atque* Crat. *et* Ceteri. *ORELLI.* — *referret* scil. ut fieret senatus consultum, quo tua consilia et res a te gestae ornarentur. — *Ille* ait. — *se consid. v.*, er wolle es in Überlegung nehmen. — *convicium*, Lärm. — *plebi.* Sic Md., ut in Cic. scrib. videtur, vel *plebei*, ut hic Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. = *plebis* Crat. *ORELLI.* — *Servilius.* S. 806, 4. — *rogatus r. dist.* zur Abstimmung aufgefordert trug auf Aufschub an; noluit sententiam dicere. — *ad unum.* De v. *ad unum* om. *omnes* cfr. Hand. *Tursell.* 1. p. 101. *ORELLI.* — *ex senat. cons.*, quod est perscriptum.

2. *tamen* bezieht sich auf das ausgelassene ex meo consilio oder hoc consilium tibi do: *hoc an. esse debes*, Du musst Dich auf den Fuss setzen. *ut nihil huc* i. e. ad senatum *reiicias*, dass Du Nichts erst an den Senat verweisest, bis zu dessen Entscheidung verschiebest. — *neve . . . putes*, noch glaubest bei so plötzlichen

tendum putes. Ipse tibi sis senatus: quocunque te ratio rei publicae ducet, sequare. Cures, ut ante factum aliquod a te egregium audiamus, quam futurum putarimus. Illud tibi promitto, quidquid erit a te factum, id senatum non modo ut fideliter sed etiam ut sapienter factum comprobaturum.

EPISTOLA DCCCXXIII. (ad Div. XII. 30.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Silentium literarum praeter litigantium commendationes excusat, de renovato bello scribit et de angustiis pecuniae publicae: breviter de aliis rebus. 1—7.

CICERO CORNIFICIO S.

Itane praeter litigatores nemo ad te meas literas? Multae istae quidem: tu enim perfecisti, ut nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret: sed quis unquam tuorum mihi dixit esse, cui darem, quin dederim? aut quid mihi iucundius, quam, quum coram tecum loqui non possim, 'aut scribere ad te aut tuas legere literas? Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim te epistolis, sed voluminibus lacesserem; quibus quidem me a te provocari oportebat. Quamvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes. Aut, si ne tu quidem vacas, noli impudens esse nec mihi molestiam exhibere et a me literas crebriores, quum tu
2 mihi raro mittas, flagitare. Nam quum antea distinebar

---

und dringenden Vorfällen erst das Gutachten des Senats einholen zu müssen. — *ratio,* der Vortheil. — *futurum* = factum iri.

1. *praeter litigatores*, ausser den Processgeistern; qui habent lites in provincia tua, quos tibi soleo commendare. Dicuntur autem litigatores tam illi, qui accusant, quam hi, qui se defendunt. — *literas* detulit? — *Multae istae quidem* commendaticiae literae sunt a me ad te datae. „Sind Dir diese vielen Empfehlungsbriefe nicht genug? — *perfec.*, Du hast es dahin gebracht. Est obiurgatio quaedam, quod iniuste sit accusatus silentii. — *esse,* aliquem, *cui.* — *quin* = ohne dass. — *meo arbitr.*, nach Herzenslust. — *facultas,* die Möglichkeit, Musse. — *lacesserem,* ich würde Dir zu Leibe gehen, provocarem, Dich zum Schreiben herausfordern. — *provocari* i. e. tu proprie debebas mihi longas literas scribere. — *vacas,* Musse hast. — *impudens,* unbescheiden. — *nec mihi mol. exh.*, und mir keinen Verdruss, keine Vorwürfe machen. — *flagitare* so ungestüm fordern.

maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis *rem publicam* mihi tuendam putabam: tum hoc tempore multo distineor vehementius. Ut enim gravius aegrotant ii, qui, quum levati morbo videntur, in eum de integro inciderunt: sic vehementius nos laboramus, qui, profligato bello ac paene sublato, renovatum bellum gerere conamur. Sed haec hactenus. Tu tibi, mi Cornifici, fac 3
ut persuadeas non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut a te vinci possim aut officiis aut amore. Non dubitabam equidem: verumtamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Chaerippus. O hominem, semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suavem! Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes: non solum animum ac verba pertulit. Itaque noli vereri, ne tibi succensuerim, quod eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. Requisivi equidem proprias ad me unum a te literas: sed neque vehementer et amanter.
De sumptu, quem te in rem militarem facere et fecisse 4
dicis, nihil sane possum tibi opitulari, propterea quod et orbus senatus, consulibus amissis, et incredibiles angustiae pecuniae publicae: quae conquiritur undique, ut

2. *distinebar*, in diversa trahebar, ich wurde gezerrt, behemmt. — *rem publicam* ex antiquo suppl. Md. om. *rem. p. ORELLI.* — *videntur.* Man. Vict. 2. *viderentur.* Rursus Ern. coni. Sch. Lün. contra Md. Sed hîc, ubi res universe effertur, non historici more de certis quibusdam hominibus narratur, praeferendus videtur indicativus. *ORELLI.* — *laboramus*, wir sind in Verlegenheit. — *renovatum bellum.* Manutius de Lepidi scelere intelligit, qui Antonium pugna Mutinensi fractum, inermem, fugientem recepit et auxilio exercitus sui confirmavit (vid. ep. 850. 854.). Quod si verum esset, haec epistola collocanda esset post ep. 853. (854.); sed *renovatum bellum* potest significare Antonium post cladem apud Mutinam nondum debellatum esse. *SCH.* — *conamur.* Manut. susp. *cogamur. ORELLI.*

3. *inhumano*, gefühllos. *vinci*, übertroffen werden. — *dubitabam equidem* de tuo in me amore. — *Chaerippus*, olim de cohorte praetoria Q. Ciceronis in Asia (v. ad Attic. IV, 7. V, 4. ad Q. Fratr. I. 1. 4.), nunc cum Cornificio in Africa fuit. Vid. ad Famil. XII, 22. — *illum quidem.* S. Ramsh. §. 158, 2, f. — *aptum*, ein Mann nach meinem Geschmack; *suavem*, ein Mann nach meinem Herzen. — *vultus*, Züge des Gesichts. — *quod eodem exemplo ad me* literas miseris, *quo ad ceteros* scripseris, dass Du mir nicht besonders geschrieben, sondern nur das allgemeine Umlaufsschreiben an Deine Freunde zugeschickt hast. — *Requisivi*, ich sah mich um nach. — *a te.* Sic Crat. Vict. 1. 2. Lamb. coni. *ad me unum ad lit.* Md. om. *a te* Ceteri. *ORELLI.* — *sed neque vehem. et amanter*, aber doch nicht mit Heftigkeit, sondern mit Liebe. Ein Verweis!

4. *De sumptu*, was die Auslagen an Geld betrifft. — *orbus est* Lamb. Placet. *ORELLI.* — *augustiae*, inopia. — *conquiritur*, einge-

optime meritis militibus promissa solvantur; quod qui-
5 dem fieri sine tributo posse non arbitror. De Attio
Dionysio nihil puto esse, quoniam mihi nihil dixit Tra-
torius. De P. Lucceio nihil tibi concedo, quo studiosior
eius sis, quam ego sum: est enim nobis necessarius. Sed
a magistris quum contenderem de proferendo die, pro-
barunt mihi sese, quo minus id facerent, et compromisso
et iureiurando impediri. Quare veniendum arbitror Luc-
ceio. Quamquam, si meis literis obtemperavit, quum tu
6 haec leges, illum Romae esse oportebit. Ceteris de re-
bus maximeque de pecunia, quum Pansae mortem igno-
rares, scripsisti, quae per nos ab eo consequi te posse
arbitrarere. Quae te non fefellissent, si viveret: nam te
diligebat: post mortem autem eius quid fieri posset, non
7 videbamus. De Venuleio, Latino, Horatio, valde laudo.
Illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo
aequiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse.
Honore enim cum ignominia dignis non erant compa-
randi: eosque ex senatus consulto, si non decedunt, co-
gendos, ut decedant, existimo. Haec fere ad eas literas,
quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, velim
tibi persuadeas non esse mihi meam dignitatem tua ca-
riorem.

---

trieben wird. — *sine tributo,* ohne eine ausserordentliche Auflage, Kopfsteuer.

5. *De Attio . . puto esse,* an Dem, was man von dem Attius Dionysius wissen wollte, muss Nichts wahres sein. S. ep. 790, 3. — *Tratorius,* ut supra 765, 4. — *De P. Lucceio,* was den P. Lucceius betrifft. S. ep. 813, 6. — *a magistris* auctionum, „aber da ich von den Pflegern der Versteigerung eine Verschiebung des Termins verlangte, so gaben sie mir zu verstehen, dass diess ihnen nach dem gemeinschaftlichen Vertrage und nach eidlicher Angelobung nicht möglich sei. Compromissum dicitur, quum litigatores rem ad arbitrum reiiciunt, cuius sententiam se utrimque ratam habituros sibi promisere. Vid. Pandect. IV, 8, 2. — *veniendum* Romam. Es muss eine Schuldsache gewesen sein.

7. *Venuleio, Latino, Horatio,* legatis C. Calvisii, per quos Africam absens obtinebat. *MANUT.* Vid. ep. 813. Iis ademerat Cornificius lictores. *ERNESTI.* „Deine Massregeln hinsichtlich des Venuleius . . . billige ich sehr.“ — *quo illi . . . ademisse,* dass Du, um ihnen ihr verdientes Loos weniger empfindlich zu machen, auch Deinen Legaten die Lictoren abgenommen habest. — *ferrent* scil. lictores sibi ademptos esse. — *Honore enim.* Sic Md. Cdd. noti omnes, Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *honore enim digni* Man. Lamb. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *non erant comp.,* mussten nicht gleich gestellt werden; scil. tui legati. — *decedunt* de provincia. — *Haec fere* (ungefähr) habebam scribenda *ad.* — *eod. exempl. binas,* in einem doppelten Exemplare gleiches Inhalts.

EPISTOLA DCCCXXIV. (ad Div. XI. 18.)

Scr. Romae XIII. Kal. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Reprehendit Brutum, quod in mandatis ad senatum plus timoris ostendisset quam tempus postularet. 1—3.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

Etsi ex mandatis, quae Galbae Volumnioque ad senatum dedisti, quid timendum putares, suspicabamur: tamen timidiora mandata videbantur, quam erat dignum tua populique Romani victoria. Senatus autem, mi Brute, fortis est et habet fortes duces. Itaque moleste ferebat se a te, quem omnium, quicunque fuissent, fortissimum iudicaret, timidum atque ignavum iudicari.
2 Etenim quum, te incluso, spem maximam omnes habuissent in tua virtute, florente Antonio, quis erat, qui quidquam timeret, profligato illo, te liberato? Nec vero Lepidum timebamus. Quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, ut, qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum rei publicae indiceret? Nec dubito, quin tu plus provideas.
3 Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renovatio timoris magnam molestiam afferebat. Quare velim equidem, id quod spero, ut plane abiectus et fractus sit Antonius: sin aliquid virium forte collegerit, sentiet nec senatui consilium nec populo Romano virtutem deesse nec rei publicae te vivo imperatorem. XIIII. Kal. Iun.

---

1. *Galba.* S. zu ep. 810. im Anf. *Volumnio* Flacco, s. ep. 833. Beide waren Legati des D. Brutus. — *timendum putares.* Sic Md. Vict. 2. *timendum suspicandumque putares* Cd. Basil., nec quidquam aliunde notatur varietatis. Sicque omnes Edd. meae praeter Vict. 2. Est tamen satis putide dictum *quid suspicandum putares, suspicabamur*; et error natus manifesto ex hoc ipso v. *suspicabamur* male praecepto. *ORELLI.* *timendum,* nempe ne Lepidus se cum Antonio coniungeret. — *victoria* Mutinensi. — *duces,* Männer an seiner Spitze.

2. *incluso,* obsesso Mutinae. — *florente,* nondum victo. — *tam furiosum arb.* Atqui Lepidus paucis diebus post scriptam hanc epistolam IV. Kal. Iun. Antonium recepit. *SCH.* — *in maximo bello* i. e. quum bellum maxime flagraret. — *pacem.* Voluit enim Antonium reconciliare senatui. — *in opt.* scil. sibi *pace,* Antonii viribus fractis. — *Nec* tamen.

3. *gratulatione* i. e. supplicatione Bruto decreta. — *XIIII. Kal. Iun.*, am 19. Mai. *XIII.* Ern. Sch. Lün.

EPISTOLA DCCCXXV. (ad Div. XI. 19.)

Scr. Vercellis, XII. Kal. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Rei publicae vicem timet; Vicetinos laudat. 1—2.

D. BRUTUS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI.

1 Ad senatum quas literas misi, velim prius perlegas et, si qua tibi videbuntur, commutes. Necessario me scripsisse ipse animadvertes: nam quum putarem quartam et Martiam legiones mecum futuras, ut Druso Paulloque placuerat, vobis assentientibus: minus de reliquis rebus laborandum existimavi. Nunc vero, quum sim cum tironibus egentissimis, valde et meam et vestram
2 vicem timeam necesse est. Vicetini me et M. Brutum praecipue observant. His ne quam patiare iniuriam fieri in senatu vernarum causa, a te peto. Causam habent optimam, officium in rem publicam summum, genus

---

1. *literas.* Diess Schreiben findet sich nicht in dieser Sammlung. — *si qua tibi vid.* scil. commutanda. — *Necessario*, necessitate coactus, aus Noth. Respondet ad superiorem epistolam, qua Cicero eum nimis cupidum corripit. — *legiones*, die bisher im Consulheere des Hirtius und Pansa standen. S. ep. 810, 1. — *mecum futuras*, zu mir stossen würden; da die Consuln todt waren. — *Druso* senatori Liviae gentis, patri fortasse Liviae Drusillae, quae Augusti uxor fuit. *Paulloque.* L. Aemilio Paullo, qui consul fuerat cum Marcello (v. ep. hui. ed. 218.). Frater fuit M. Lepidi eoque mox triumviro proscriptus est. *MANUT.* Die Legionen waren nicht zu bewegen, dass sie sich mit D. Brutus vereinigten, den sie als einen Cäsarsmörder hassten. — *minus de reliq. rebus*, quas quum peterem a senatu, non impetrabam, *labor. exist.*, so glaubte ich hinsichtlich meiner übrigen Bitten nicht sehr bekümmert sein zu dürfen. — *egent.*, die den höchsten Mangel an Allem leiden. — *meam et vestram vicem tim. n. est*, muss ich sowohl wegen meines als Eures Loses sehr in Sorgen stehen.

2. *Vicetini*, die Einwohner des ietzigen Vicenza, einer Seestadt im Venezianischen. *Vicentini* Neap. Asc. I. Weiske. Bened. Sch. Recentior est scriptura. *ORELLI.* — *M. Brutum*, der 708 ebenfalls Befehlshaber in Oberitalien gewesen war. *observ.* colunt. — *vernarum.* Vernis comparat Vicetinorum adversarios, ut homines nequam abiectosque significet. *MANUT.* Fortasse vernae sunt homines libertini aut servilis conditionis paullo ante in civitatem recepti et in agros vicinos immissi, quibuscum fuerat Vicetinis aliquid controversiae. *SCH.* — *officium in*, Ergebenheit gegen. — *genus hom. adv.*, ihr Gegenpart aber ist ein sehr aufrührerischer und verkehrter Schlag von Menschen. *incertissimum* Cd. aliq. prob. Graev. Recepit Sch. Lün. Sed *inertissimum* h. l. est id genus hominum, quod in bonarum artium inopia prave agit et perverse.

hominum adversariorum seditiosum et inertissimum. XII. Kalend. Iun., Vercellis.

EPISTOLA DCCCXXVI. (ad Div. X. 34.)

Scr. in castris ad pontem argenteum XI. Kal. Iun. A. U. C. (a. C. 43.)

Narrat, Antonio adveniente quid egerit, et agit gratias Ciceroni, quod iniquis de se rumoribus non crediderit. 1—3.

LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. M. TULLIO CICERONI.

S. V. B. E. E. V. Quum audissem Antonium cum suis copiis, praemisso L. Antonio cum parte equitatus, in provinciam meam venire, cum exercitu meo ab confluente Rhodano castra movi ac contra eos venire institui. Itaque continuis itineribus ad Forum Voconii veni et ultra castra ad flumen Argenteum contra Antonianos feci. P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo et ultra me castra posuit: habebat antea legionem quintam et ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermorum. Equitatum habet magnum: nam omnis ex proelio integer discessit, ita ut sint amplius † equitum. * * Itaque ad me complures milites et equites ab eo transierunt et in dies singulos eius copiae minuuntur. Silanus 2

ORELLI. ad nullam honestam rem idoneum. — *XII. Kal. Iun.*, am 21. Mai. — *Vercellis*, dem ietzigen Vercelli in Piemont, an der Grenze von Mailand.

1. *ab confluente Rhodano*, von dem Einfluss der Rhone in die Durentia (ietzt Dürance bei der Stadt Avenio). — *ad Forum Voconii.* S. zu ep. 821, 1. ietzt *Vidauban:* Reichard. Alii *Vocontii.* Sed in literis adiectis latet, ni fallor, dies. *ORELLI.* — *Argenteum*, ietzt Argents. — *Ventidius.* S. zu ep. 814, 3. 821, 1. — *quintam.* Sic Md. Vict. 1. 2. *secundam* Ceteri. *ORELLI.* — *discessit.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *decessit* Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — † *equitum.* Excidit numerus in Md. Hinc in ceteris quoque, nisi quod duo Manutii et Crat. inepte supplent: *xxx. milia.* et Lamb.: *xxcıɔ.* Probabiliter Madvig I. p. 134. eum in perverso illo *Itaque*, quod Sch. Lün. delerunt, latere coniecit fuisseque *EQUITUM MILIA QUINQUE. AD ME.* Similiter Beng. (*equitum mille.* „In aliis *centum* dumtaxat scriptum erat.“ Margo Crat.). *ORELLI.*

2. *Silanus.* S. 810, 1. — *Culleo*, ebenfalls zuvor ein Tribunus Militum des Lepidus, von dem er war befehligt gewesen, den Übergang über die Alpen dem Antonius zu verwehren; allein statt dessen hatte er, vielleicht auf geheimen Befehl des Lepidus, ihm denselben erleichtert und ging endlich zu Antonius selbst über.

et Culleo ab eo discesserunt. Nos etsi graviter ab iis laesi eramus, quod contra nostram voluntatem ad Antonium ierant: tamen nostrae humanitatis et necessitudinis causa eorum salutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera utimur neque in castris habemus neque ulli negotio praefecimus. Quod ad bellum hoc attinet, nec senatui nec rei publicae deerimus. Quae postea egerimus, faciam te certiorem.
3 Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt pro nostra inter nos familiaritate et proinde diligenter ab utroque conservata sunt, tamen non dubito, in tanto et tam repentino motu rei publicae, quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis obtrectatoribus me indigna ad te delata sint, quae tuum animum magno opere moverent pro tuo amore in rem publicam. Ea te moderate accepisse neque temere credendum iudicasse a meis procuratoribus certior sum factus: quae mihi, ut debent, gratissima sunt. Memini enim et illa superiora, quae abs tua voluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam et ornandam: quae perpetuo animo meo fixa manebunt. Abs te, mi Cicero, magno opere peto, si meam vitam, † studium diligentissime superioribus temporibus in re publica administranda, quae Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria aut eo ampliora reliquo tempore exspectes: et proinde tua auctoritate me tuendum

---

S. Appian. Libr. III. — *ab eo discess.*, haben sich wieder von ihm getrennt. — *ab iis.* Sic Md. Vict. I. *ab his* Cett. *ORELLI.* — *contra nostr. vol.* imo ex ipsius voluntate. Occulte enim favebat Antonio. Vid. Dion. Lib. XLVI. *MANUT.* — *deerimus*, wenn ich gleich mit Antonius in so naher Verwandtschaft stehe.

3. *Etsi omni.* Hinc novae epistolae initium recte fecit Vict. 2. *ORELLI.* — *mutuo.* om. *officii* Codd. aliq. prob. Bened. *officiaque mutuo* e Cdd. Man. *officiaque mutua* Lamb. *ORELLI.* — *moverent* i. e. movere possent. Sic Md. Asc. 1. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *moverunt* Graev. Ern. Sch. Nemone *moverint? ORELLI.*" beunruhigen müsste." — *temere*, ohne Grund, Prüfung. — *illa superiora*, quum ei statuam equestrem inauratam in Rostris ponendam censuerit. Vid. Philipp. V, 14. *MANUT.* Er hätte sich aber schon längst dafür bedanken sollen. S. ep. 801. — *fixa an. meo* Lamb. Sed Lepido condonanda erat clausula hexametri. *ORELLI.* — † *studium diligentissime.* Perturbatam h. l. orationem frustra et Crat. et recentiores (Graev. Ern. Bened. Sch. Lün.) occultare tentarunt *vitam et studium* non sine Cdd. scribentes. Ingeniosius Lamb.: *vitam, studium, diligentiam*; quamquam e syllabis *sime* (*sume*) addere poterat: *summam.* Sic quoque pendent v. *quae Lepido digna sunt*, sed a Lepido Tullii accuratio neutiquam est postulanda. *ORELLI.*

existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. D. xi. Kalendas Iunias, ex castris, ex Ponte Argenteo.

EPISTOLA DCCCXXVII. (ad Div. X. 25.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Suadet, ut rei publicae operam navare pergat neve ea omissa praeturam petiturus ad comitia festinet. 1—3.

CICERO S. D. FURNIO.

Si interest, id quod homines arbitrantur, rei publicae te, ut instituisti atque fecisti, navare operam rebusque maximis, quae ad exstinguendas reliquias belli pertinent, interesse: nihil videris melius neque laudabilius neque honestius facere posse istamque operam tuam, navitatem, animum in rem publicam celeritati praeturae anteponendam censeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem consecutus sis: mihi crede, proximam Planco, idque ipsius Planci testimonio, praeterea fama scientiaque omnium. Quamobrem si quid operis tibi etiamnunc 2
restat, id maximo opere censeo persequendum? Quid enim honestius? aut quid honesto anteponendum? Sin autem satisfactum rei publicae putas, celeriter ad comitia, quoniam mature futura sunt, veniendum censeo: dummodo ne quid haec ambitiosa festinatio imminuat eius

---

„wie es eines Lepidus würdig ist.“ — *tuo merito*, wegen Deines Verdienstes um mich. — *XI. Kal. Iun.*, am 22. Mai.

FURNIO. C. Furnius strebte als Volkstribun sehr dahin, dass dem Cicero wegen seiner Thaten in Cilicien möchte eine supplicatio beschlossen werden. S. ad Divers. VIII, 11. ad Attic. V, 18. Auch nahm er sich des Cäsars wider den Aemilius Paulus an, der ienen aus Gallien verdrängen wollte. S. Sueton. Caes. 29. Cic. ad Divers. VIII, 10. Nachher ward er vom Cäsar als Legat unter Plancus im ienseitigen Gallien angestellt, wo er noch stand. S. ad Divers. X, 8. u. 1. Cicero wollte ihn gerne beim Plancus lassen, dem er nicht recht trauete; dagegen Furnius dem Antonius abhold war.

1. *Si interest,* wenn Viel daran gelegen ist. — *navitatem.* Manut. susp. *operam tuam navatam. ORELLI.* — *celeritati praet. antepon.*, einer so beschleunigten Erlangung der Prätur vorzuziehen sei. Furnius enim Romam ire cupiebat ad petendam praeturam, quum aedilis non fuisset. *MANUT. anteponendum* Cdd. aliq. Sch. in Ed. mai. Lün. *ORELLI.* — *scientia,* Überzeugung. *sententiaque* e Cld. Reg., ut volebat Man. et Stephanus in *Castigg.* p. 107. habetque Margo Crat. Lall. Fuitne *conscientiaque? ORELLI.*

2. *perseq.*, durchsetzen müssest. — *antepon.* Si quid utile est, quod idem non sit etiam honestum, id posthabendum est honestati. — *quoniam*, wie ep. 810, 2. — *mature*, brevi. — *ambitiosa*

gloriae, quam consecuti sumus. Multi clarissimi viri, quum rei publicae darent operam, annum petitionis suae non obierunt. Quod eo facilius nobis est, quod non est annus hic tibi destinatus: ut, si aedilis fuisses, post biennium tuus annus esset. Nunc nihil praetermittere videbere usitati et quasi legitimi temporis ad petendum. Video autem, Planco consule, etsi etiam sine eo rationes expeditas haberes, tamen splendidiorem petitionem tuam,
3 si modo ista ex sententia confecta essent. Omnino plura me scribere, quum tuum tantum consilium iudiciumque sit, non ita necesse arbitrabar: sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam; cuius est haec summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione, maioremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quam in celeritate praeturae. Haec eadem locutus sum domi meae, adhibito Quinto, fratre meo, et Caecina et Calvisio, studiosissimis tui, quum Dardanus, libertus tuus, interesset. Omnibus probari videbatur oratio mea: sed tu optime iudicabis.

---

festinatio, diese eilige Bewerbung um die Prätur. — *consecuti sumus* theilnehmend st. consecutus es. Figura Litotes. — *quum . . darent operam*, wann sie im Dienste des Staats abwesend waren. — *ann. . . non obierunt* i. e. omiserunt, haben den Eintritt des gesetzmässigen Iahres zu einer neuen Amtsbewerbung fahren lassen: wogegen Dein gesetzmässiges Iahr eigentlich noch nicht eingetreten ist. — *destinatus*, anberaumt, legitimus. — *tuus annus esset* hoc est, etiamsi aedilis hoc anno fuisses, tamen post biennium demum tibi liceret petere praeturam; non prius. — *praetermittere*, verabsäumen, vorübergehen lassen. — *Planco consule* anno sequenti, wenn Du das Consulat des Plancus erwartest.“ Der Consul präsidirte bei den Comitien; also hätte der Ruhm des Feldherrn auf seinen Legaten doppeltes Licht geworfen. — *etsi . . haberes*, obgleich Du auch ohne seinen Beistand zur Rechnung d. i. zum Ziele kommen würdest. — *splendid.* scil. fore, quod ex antiquo gloss. Lamb. adiecit. — *ista*, die völlige Vernichtung des Antonischen Restes.

3. *quum tuum . . sit*, quum ipse de his rebus pro tua prudentia optime iudicare possis nec habeas opus monitore, da es hiebei hauptsächlich auf Deine eigene Ansicht und Beurtheilung ankommt. — *metiri* ermessen nach. — *ambitione*, als nach der Ehre eines Titels. — *laudis*, für das Vaterland gekämpft zu haben. — *Caecina*. s. zu ep. 470. im Anf. — *Calvisio*. C. Calvisius, homo magni iudicii, rei publicae amans, Africam, quam ante iam obtinuerat (nunc autem Cornificius obtinebat) sortiente M. Antonio sortitus est. Vid. ep. 813. 836. Philipp. III, 10. — *oratio mea*, meine Ansicht.

EPISTOLA DCCCXXVIII. (ad Div. X. 18.)

Scr. in castris paullo post XII. Kal. Iun A. U. C. 711. (a. C. 43)

Narrat, quibus causis ad Lepidum proficiscatur. 1—4.

PLANCUS CICERONI.

Quid in animo habuerim, quum Laevus Nervaque discesserunt a me, et ex literis, quas eis dedi, et ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus consiliisque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini pudenti et cupido satisfaciendi rei publicae bonisque omnibus accidere solet, ut consilium sequerer periculosum magis, dum me probarem, quam tutum, quod habere posset obtrectationem. Itaque post discessum legatorum, quum 2 binis continuis literis et Lepidus me, ut venirem, rogaret, et Laterensis multo etiam magis prope implorans obtestaretur: non ullam rem aliam extimescens, quam eandem, quae mihi quoque facit timorem, varietatem atque infidelitatem exercitus eius, non dubitandum putavi, quin succurrerem, meque communi periculo offerrem. Sciebam enim, — et cautius illud erat consilium exspe-

---

1. *Quid in animo hab.*, Was ich zu thun willens war. — *Laevus*, ein Unterbefehlshaber des Plancus. Im 835. Br. wird er *Laevus Cispius* genannt. — *Nerva*, gleichfalls ein Legatus Planci. — *qui* = quippe qui, quum ii . . . *interf.* — *dum me* i. e. mea consilia *probarem* i. e. vobis satisfacerem meamque fidem et diligentiam praestarem, wenn ich mich nur brav bewiese.

2. *legatorum* Laevi et Nervae. — *contin.*, hinter einander folgenden. — *ut venirem*, ihm zu Hülfe zu kommen. — *Laterensis*, Lepidi legatus, internuntius. Vid. ep. 819, 3. — *comm.*, gemeinschaftlich mit ihm. — *videbam.* Negligenter scriptus est locus, vel, si mavis, inest *ἀνακόλουθον* plane egregium Plancoque invidendum. Ut nos, Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. Sed: *etsi cautius* e Cld. Lamb. Ern. Sch. Lün. Tum, deletis v. *sicut milites faciunt*, quae Ern. [ ], Lamb. Graev. in Ed. mai. Sch. dederunt: *et cum collega consentiente, exercitu concordi et bene de rep. sentiente hostibus.* Praeterea vv. *bene sentiens* del. Sch. in Ed. mai. Lünem. Denique suspectum erat Ern. v. *videbam*, quod recte defendit Rost *Spec.* 4, p. 8. Ceterum valde inepta esse v. *sicut milites faciunt*, ubi, ut fit, ea iungas cum v. *hostibus obviam ire*, explicesque „sicut solent", vel „sicut decet milites hostibus fortiter obviam ire", quis neget? Sed longe alium habent significatum, scil.: „uti consentimus ego et Brutus, pariter eius meique milites inter se consentiunt pro libertate propugnanda, proculque absunt a Lepidanorum varietate atque infidelitate." *ORELLI. Sciebam* wird in *videbam* mit eingeschobenem *tamen* in Bezug auf die Parenthese wiederholt. Es ist also Epanalepsis. S. Ramsh. §. 206, B, 6. * *et*

ctare me ad Isaram, dum Brutus traiiceret exercitum, et cum collega consentiente, sicut milites faciunt, hostibus obviam ire — tamen, si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciae meae aut timori videbam, si aut hominem offensum mihi, coniunctum cum re publica, non sublevassem, aut ipse a
3 certamine belli tam necessarii me removissem. Itaque potius periclitari volui, si possem mea praesentia et Lepidum tueri et exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri. Sollicitiorem certe hominem, non suis contractis, neminem puto fuisse. Nam quae res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam affert sollicitudinem magnumque habet casum. Mihi enim si contigisset, ut prior occurrerem Antonio, non mehercules horam constitisset: tantum ego et mihi confido et sic perculsas illius copias Ventidiique Mulionis castra despicio. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest ulceris, quod prius nocere potest, quam sciri curarique possit. Sed certe, nisi uno

---

cautius quidem. — *Brutus*, Decimus Brutus. — *bene sentiens*, da er der Republik wohl will.

3. *periclitari, si*, versuchen, ob. — *facere meliorem* i. e. corrigere, wie ep. 819, 3. steht. *Sollicit.* scil. me. — *non suis contractis* i. e. aliena culpa, ex iis, quae sibi ipse non contraxerit, bei ganz fremden Verschuldungen. Grotef. alienis vitiis, non suis contractis. — *dubitat.*, Bedenklichkeit, Schwierigkeit. Er meint, sich glücklich mit dem Antonius zu schlagen. — *absit;* metuenda enim est defectio exercitus Lepidani, quod Antonio favet. — *sollicit.*, da sich die Treulosigkeit auch seinem Heere mittheilen konnte. — *magn. hab. casum*, und ist noch grossen Zufällen ausgesetzt; varie potest cadere. — *prior* quam Lepido. — *constit.*, hätte er Stand gehalten. — *sic* del. Ern. Sch. non videntes, iungendum esse cum v. *despicio. ORELLI.* — *illius*, Antonii. *perculs.*, bedonnerten, zerschlagenen. — *mulionis*, qui victum comparandis mulis farreque in castra convehendo adolescens sibi comparaverat. Vid. Plin. H. N. VII, 43. *MANUT.* S. zu ep. 748, 4. — *non possum non* cet., ich kann nicht umhin vor Besorgniss zu schaudern, ob nicht ein böses Geschwür unter der Haut sitzt." Notatur autem animus Lepidi suspectus. Egregia metaphora! Ulcera aperta et manifesta facilius curantur quam quae latent: sic difficilius est sibi cavere ab homine tecto et insidioso. — *nisi.* Et huius loci et alterius *Ep.* 23. §. 1. *nam si uno loco essem* lectio pendet ex diversa interpretatione. Nam qui *uno loco se tenere*, *uno loco esse* explicant: „eo loco, ubi prius erat aliquis", hîc *si uno loco* (nempe ad Isaram) *me tenerem* legant necesse est de Man. coni. cum Weiskio, Sch. et Lün.: qui contra cum Funccio interpretantur: *uno et eodem loco cum alio esse*, hîc *nisi* retinebunt, altero autem loco legent cum Man. Lamb. Funccio, Strothio ac Schützio: *nam nisi uno loco essem;* hoc autem eo quoque probabilius fit, quod longe facilius

loco me tenerem, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quae bene de re publica sentit. Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent. Quae si adventus meus represserit, agam gratias fortunae constantiaeque meae, quae ad hanc experientiam excitavit.
Itaque a. d. XII. Kalend. Iun. ab Isara castra movi: pontem tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positis, reliqui praesidiaque ibi firma posui, ut venienti Bruto exercituique eius sine mora transitus esset paratus. Ipse, ut spero, diebus octo, quibus has literas dabam, cum Lepidi copiis me coniungam. 4

EPISTOLA DCCCXXIX. (ad Div. X. 22.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Agris dividundis Plancus praefici cupiebat, cui de ea re Cicero respondet. 1—3.

CICERO PLANCO.

In te et in collega omnis spes est, diis approbantibus. Concordiâ vestrâ, quae senatui declarata literis vestris est, mirifice et senatus et cuncta civitas delectata est. Quod ad me scripseras de re agraria: si consultus 2

---

posteriore loco post v. *nam* v. *nisi* poterat corrumpi in *si*, quam h l. post v. *certe* v. *si* in *nisi*. Itaque hanc rationem nunc sum secutus eoque magis, quod certe *Ep.* 32. §. 5. *si uno loco habuissem* significat *uno et eodem loco*. (*nisi uno loco metaremur* de Rutilii suspicione Lamb. prob. I. F. Gronovio. Ingeniose, fateor, sed refutatur loco *Ep.* 23.). *ORELLI. nisi uno loco me ten.* i. e. nisi uno eodemque loco castra haberemus, ego et Lepidus. — *access.*, Zuwachs. — *abstr.*, zum Abfall bewegen, abtrünnig machen könnten. — *repress.*, vereitelt, verhindert. — *quae me ad h. exp.* Man. Lamb. Graev. Sed *me* excidit potius inter litt. *m* et *e* verbb. *experientiam excitavit. ORELLI.*

4. *XII. Kal. Iun.*, am 21. Mai. — *movi* = moveo, ich breche auf. — *castellis*, turribus, propugnaculis, *ad cap.* an den Brückenköpfen. — Decimo *Bruto*. — *diebus octo, quibus . . dabam*, in Zeit von 8 Tagen vom Datum dieses Schreibens an.

1. *in collega* D. Bruto. — *omnis spes est*, auf Dir . . . beruhet unsere ganze Hoffnung. — *diis approb.* eam st. quam dii approbare videntur oder quam utinam dii approbent, so die Götter wollen! — *declar.*, ersichtlich.

2. *de re agraria*, de agris militibus rei publicae dividendis, quam sibi curam demandari non modo Plancus sed Brutus etiam, eius collega, cupiebat. *MANUT.* Vid. ep. 838. 846. Voluere autem, ut Cicero senatui auctor esset, quosdam agros publicos suis

senatus esset, ut quisque honorificentissimam de te sententiam dixisset, eam secutus essem: qui certe ego fuissem. Sed propter tarditatem sententiarum moramque rerum, quum ea, quae consulebantur, ad exitum non pervenirent, commodissimum mihi Plancoque fratri visum est uti eo, quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cogno-
3 visse. Sed sive in senatusconsulto sive in ceteris rebus desideras aliquid; sic tibi persuade, tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, ut nullum genus amplissimae dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Literas tuas vehementer exspecto, et quidem tales, quales maxime opto. Vale.

---

militibus permitteret viritim dividendos, ut hoc veluti congiario suos exercitus sibi et rei publicae redderent devinctiores retinerentque milites in officio. — scito, *si . . fuissem*, so wisse, wenn der Senat darüber abermahls wäre befragt, zu Rathe gezogen worden, so wäre ich gewiss Dem, der am ehrenvollsten für Dich gestimmt hätte, sofort beigetreten: und Der, welcher so ehrenvoll für Dich gestimmt hätte, wäre sicher ich gewesen." Sententia haec est: „sed is, qui honorific. de te sententiam dixisset, ut scis, egomet ipse fuissem." Negligentius sane dictum est, sed admodum urbane. *dixisset, qui eam secutus esset, certe ego fuissem* de Graevii susp. Sch. Lün. *ORELLI.* — *sentent.* der Abstimmung darüber. — *moram . . rerum,* des Aufschubs der ganzen Sache. — *ad exitum,* zu Ende, in's Reine. — *uti eo.* „Excidisse videtur *Senatus consulto.*" Sch., et ante eum Rostius *Spec.* 4. p. 8. Recte; nisi potius *S. C.* transiit in *eo. ORELLI.* — *quod ne . . . cognovisse,* von welchem Beschluss Dein Bruder Dir wird gemeldet haben, Wer Schuld ist, dass er nicht ganz nach unseren Wünschen abgefasst wurde.

3. *sive . . desideras,* wenn Du auch in . . . oder in . . . Etwas vermissest d. i. daran auszusetzen hast. — *dign.,* Auszeichnung. — *quod t. n. parat. sit,* die Dir nicht zu Gebote stände. — *quales . . opto,* nämlich die Nachricht von der völligen Vernichtung des Antonius und seines Heeres.

EPISTOLA DCCCXXX. (ad Div. XI. 15.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Laudat officium et diligentiam Bruti hortaturque, ut secum ipse certet. 1—2.

M. CICERO D. BRUTO COS. DES. S. D.

Etsi mihi tuae literae iucundissimae sunt, tamen iucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco collegae mandasti, ut te mihi per literas excusaret: quod fecit ille diligenter. Mihi autem nihil amabilius officio tuo et diligentia. Coniunctio tua cum collega concordiaque vestra, quae literis communibus declarata est, S. P. Q. R. gratissima accidit. Quod superest, 2
perge, mi Brute, et iam non cum aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, praesertim ad te, quo magistro brevitatis uti cogito. Literas tuas vehementer exspecto et quidem tales, quales maxime opto.

EPISTOLA DCCCXXXI. (ad Div. X. 13.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

De S. C. pro dignitate Planci facto scribit eumque hortatur, ut Antonianum bellum conficiat. 1—2.

CICERO PLANCO.

Ut primum *mihi* potestas data est augendae dignitatis tuae, nihil praetermisi in te ornando, quod positum

---

1. *in summa occup. tua*, diessmahl durch die Menge Deiner Geschäfte am Schreiben gehindert. — *Planco collegae* in consulatu, quia erant iam designati consules. Ceterum iam se Plancus Bruto coniunxerat. Velleius II, 63: „Plancus dubia, id est, sua fide, diu, quarum esset partium, secum luctatus ac sibi difficile consentiens et nunc adiutor D. Bruti, collegae sui, mox eiusdem proditor.“ Et Appian. B. Civ. III, 81. *MANUT.* — *excusaret*, quod nihil scripsisti. — *literis comm.* S. den Anf. des vorherg. Br.

2. *tecum ipse certa*, suche Dich selbst zu übertreffen. *ipso* Sch. coni. So ep. 804, 2. te ipsum vincas. — *quo mag. brev. uti cogito*, den ich mir zum Muster in der Kürze zu nehmen gedenke. Brevitatem enim in literis amabat Decimus. *SCH.* Vid. ep. 847. 853. — *quales . . opto.* S. Ende des vorig. Br.

1. *mihi pot.* Cdd. aliq. Vict. 2. Bened. Sch. Facile *mihi*, *mî* absorberi poterat a praecedenti lit. *m.*; quocirca literis inclinatis recepi. om. *mihi* Cett. *ORELLI.* — *potestas*, Gelegenheit; d. i. als im Senate nochmahls über Deine Verdienste abgestimmt wurde. — *positum esset* ex antiqua emendatione Crat. Man. Vict. 2. Lamb.

esset aut in praemio virtutis aut in honore verborum. Id ex ipso senatus consulto poteris cognoscere: ita enim est perscriptum, ut a me de scripto dicta sententia est: quam senatus frequens secutus est summo studio magno-
2 que consensu. Ego quamquam ex tuis literis, quas mihi misisti, perspexeram te magis iudicio bonorum, quam insignibus gloriae delectari: tamen considerandum nobis existimavi, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi a re publica deberetur. Tu contexes extrema cum primis. Qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit. Itaque Homerus non Aiacem nec Achillem, sed Ulixem appellavit *πτολίπορθον*. Vale.

EPISTOLA DCCCXXXII. (ad Div. X. 19.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Gratiarum actionem sibi iucundam, literas senatui gratas fuisse significat et, ut reliquias belli conficiat, hortatur. 1—2.

CICERO PLANCO.

Quamquam gratiarum actionem a te non desiderabam, quum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum, tamen — fatendum est enim — fuit ea mihi periucunda. Sic enim vidi, quasi ea, quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper equidem: sed nunquam illustrius. Literae tuae mirabiliter gratae

---

Ern. Sch. Lün. *est.* Md. Vict. 1. Graev. Bened. *ORELLI.* „so liess ich, um Dich auszuzeichnen, Nichts aus, was auf Belohnung Deines Verdienstes oder auf ehrenvolle Belobung nur irgend Bezug haben konnte. — *perscriptum,* abgefasst.„ — *ut . . sententia est,* wie mein schriftliches im Senate von mir vorgelesenes Votum lautete.

2. *considerandum nobis.* om. *nobis* Graev. Ern. Lün. contra Mdd. et cett. Edd. *ORELLI.* „so glaubte ich, wir müssten, wenn Du auch Nichts verlangtest, dennoch in Betracht ziehen u. s. w. — *Tu contexes extrema cum primis,* Du wirst das Ende mit dem Anfange verweben, d. i. machen, dass das Ende dem Anfange entspreche. Hoc est, bellum a consulibus et Octavio magna iam ex parte profligatum ipso penitus oppresso Antonio conficies. *MANUT.* Zu dieser Metapher vgl. ep. 815, 1. am Ende und 832, 2. — *nec Achillem.* Iliad. 24, 108. tamen etiam Achilles *πτολίπορθος* (Stadtzerstörer) vocatur. *SCH.* — *sed Ulixem.* Hunc vocat *urbis vastatorem,* quia bello Troiano, astutia sua capto Ilio et incenso, finem fecit. *MANUT.*

1. *re ipsa atque animo,* durch That und Gesinnung. — *Sic,* so klar. — *quid antea?* non antea vidisti te a me amari? — *Semper eq.* vidi, o ia! Responsio ad obiectionem. — *gratae sunt.* Ern.

sunt senatui, quum rebus ipsis, quae erant gravissimae et maximae, fortissimi animi summique consilii: tum etiam gravitate sententiarum atque verborum. Sed, mi 2
Plance, incumbe, ut belli extrema perficias: in hoc erit summa et gratia et gloria. Cupio omnia rei publicae causa: sed, mehercules, in ea conservanda iam defatigatus non multo plus patriae faveo, quam tuae gloriae: cuius maximam facultatem tibi dii immortales, ut spero, dedere: quam complectere, obsecro. Qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum teterrimum periculosissimumque confecerit.

EPISTOLA DCCCXXXIII. (ad Div. XI. 12.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Queritur ab Antonio bellum renovatum, qui hominum opinione, si celeritas adhibita esset, opprimi potuisset. 1—2.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DES.

Tres uno die a te accepi epistolas: unam brevem, quam Flacco Volumnio dederas; duas pleniores: quarum alteram tabellarius T. Vibii attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis literis et ex Graeceii oratione non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem, pro tua singulari prudentia quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia tua illa praeclara in rem publicam merita ad nihilum esse ventura. Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis, perterritis

---

coni. Sch. Lün. *fuerunt.* — *rebus ipsis*, wegen des Inhalts. — *fortissimi . . consilii*, und als ein Beweis von eben so grossem Heldenmuth als höchst weisen Massregeln vorliegt.

2. *Cupio . . causa*, ich biete zwar alle meine Kräfte auf für das Heil der Republik. — *in ea conserv.*, unter den Sorgen für ihre Erhaltung. — *defatigatus* = *defetigatus* Md. Vict. 2. *ORELLI.* — *dedere.* Hoc quoque loco ista terminatio librariis potius quam Tullio deberi videtur. *ORELLI.* — *compl.*, ergreife.

1. *Flacco Volumnio*, qui Decimi Bruti legatus erat. Vid. ep. 824, 1. — *Titi Vibii*, vermuthlich eines Unterbefehlshabers im Heere des Brutus. — *Lupus.* S. ep. 777. 778. 779. — *Graeceii.* S. ep. 779, 1. — *restinctum*, gelöscht; *inflamm.*, in vollen Flammen. — *pro* = vermöge, nach. — *ad nih. esse vent.*, in Nichts zergehen werden, interitura esse. — *inermis.* Sic Md. Margo Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. *inermibus* Neap. Asc. 1. Crat. Ern. Sch. Lün., quae, ut *imbecillis*, recentior videtur forma. cfr. *Lib.* 10. *Ep.* 33 et 34. *ORELLI.*

2 metu, fracto animo, fugisse Antonium. Qui si ita se habet, ut, quemadmodum audiebam de Graeceio, confligi cum eo sine periculo non possit: non ille mihi fugisse a Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse. Itaque homines alii facti sunt: nonnulli etiam queruntur, quod persecuti non sitis: opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. Omnino est hoc populi maximeque nostri, in eo potissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit. Sed tamen providendum est, ne quae iusta querela esse possit. Res se sic habet: is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. Hoc quam vim habeat, te existimare malo quam me apertius scribere.

EPISTOLA DCCCXXXIV. (ad Div. X. 33.)

Scr. in Hispania ulteriore mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Deplorat acceptam proelio Mutinensi rei publicae calamitatem seque communi incendio occurrere paratum ostendit. 1—5.

POLLIO CICERONI S. P.

S. V. B. E. E. Q. V. Quo tardius certior fierem de proeliis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios novem dies retinuit; tametsi tantam calamitatem rei publicae quam tardissime audire optandum est; sed illis, qui prodesse nihil possunt neque mederi. Atque utinam eodem senatus consulto, quo Plancum et Lepidum in Italiam arcessistis, me quoque iussissetis venire! profecto non accepisset res publica hoc vulnus. Quo si qui laetantur in praesentia, quia videntur et duces et veterani Caesaris partium interiisse, tamen postmodo necesse est doleant, quum vastitatem Italiae respexerint. Nam et robur et suboles militum interiit; si quidem, quae nuntiantur, ulla ex parte vera sunt.

---

2. *persecuti non sitis* Antonium. — *Omnino,* allein im Ganzen genommen ist es dem Volke und vor allen dem uns'rigen eigen. — *providendum sit* Vict. 1. e script. Md. Vict. 2. *providendumst.* *ORELLI.* — *Hoc quam vim habeat,* wie Viel damit angedeutet sei; welch' ein Sinn darin liege. — *existimare,* ermessen.

POLLIO. S. zu ep. 799. im Anf.

1. *Quo tardius* = ut eo tardius, dass ich erst so spät. — *effecit,* daran ist Lepidus Schuld. — *quam tard.,* so spät als möglich. — *laetantur.* Wohl ein geheimer Stich für Cicero! — *postmodo,* hinterdrein, später. Sic Md. Margo Crat. *postmodum* Cett. (Mox *suboles* scriptura est Md.). *ORELLI.* — *suboles,* der Nachwuchs, tirones. — *ulla ex parte,* im Mindesten. *nuntiantur illa ex parte, vera sunt* coni. Dresd. tert. Weiske. Sed cfr. Rostii *spec.* 4. p. 10.

Neque ego non videbam, quanto usui rei publicae essem 2
futurus, si ad Lepidum venissem: omnem enim cunctationem eius discussissem, praesertim adiutore Planco. Sed scribenti ad me eiusmodi literas, quas leges, et concionibus videlicet, quas Narbone habuisse dicitur, similes, palparer plane necesse erat, si vellem commeatus per provinciam eius iter faciens habere. Praeterea verebar, ne, si ante, quam ego incepta perficerem, proelium confectum esset, pium consilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei, propter amicitiam, quae mihi cum Antonio, non maior tamen, quam Planco
fuit. Itaque a Gadibus mense Aprili binis tabellariis in 3
duas naves impositis et tibi et consulibus et Octaviano scripsi, ut me faceretis certiorem, quonam modo plurimum possem prodesse rei publicae. Sed, ut rationem ineo, quo die proelium Pansa commisit, eodem a Gadibus naves profectae sunt. Nulla enim post hiemem fuit ante eam diem navigatio. Et hercules longe remotus ab omni suspicione futuri civilis tumultus penitus in Lusitania legiones in hibernis collocaram. Ita porro festinavit uterque confligere, tamquam nihil peius timerent, quam ne sine maximo rei publicae detrimento bellum componeretur. Sed, si properandum fuit, nihil non summi ducis consilio ges-

---

2. *Neque ego non vid.*, auch sah ich sehr wohl ein. — *discuss.*, ich hätte ihm seine ganze Bedenklichkeit verscheucht, sein Zögern ausgeredet, damit er dem Senatsschlusse folgte, nach Italien zu kommen; oder seine Gesinnung rein ausspräche. So aber hat sein Zögern Viel geschadet. — *adiut. Pl.*, mit Plancus Hülfe. — *et conc.* del. *et* Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *Narbone*, ietzt Narbonne in der Provence. — *palparer nec. er.*, ich musste ihm um den Bart gehen, mit ihm leise zu Werke gehen. Sic Vict. 2. Lamb. Bened. *palmarer* Md., quod v. hac signific. inauditum defendunt Man. Cortius et Graeter Vol. 7. p. 361. *palmarer plane* Vict. 1. *palparer plane* Graev. Ern. Sch. *simularem plane* Crat. *ORELLI.* — *commeatus*, Lebensmittel. *commeatum* Man. Lamb. Sed cfr. *ad Divers.* 10, 31, 4. *quibus commeatibus* cet. *ORELLI.* — *incepta*, nämlich nach Italien zu gehen. — *pium consil. m.*, meinen Vorsatz dem Vaterlande aus Liebe beizustehen; meinen vaterländischen Entschluss, consilium pietatis in patriam. — *raper. in contr. partem*, zum Gegentheile auslegen, umdeuten; nämlich als wollte ich dem Antonius zu Hülfe eilen. — *quam Planco*, dativ. Plancus ist ein sehr grosser Freund vom Antonius gewesen; und doch habt ihr Den nach Italien berufen; mich nicht.

3. *a Gadibus*, von Cadix. — *ut rat. ineo*, so wie ich es berechne. — *suspic.*, Ahnung. — *uterque*, Pansa vel D. Brutus et Antonius. — *nihil non*, Alles. Ein Seitenstich auf Pansa, mit welchem Pollio etwas gespannt gewesen war; aber ein sehr ungerech-

4 sisse Hirtium video. Nunc haec mihi scribuntur ex Gallia Lepidi et nuntiantur: Pansae exercitum concisum esse: Pansam ex vulneribus mortuum: eodem proelio Martiam legionem interisse et L. Fabatum, et C. Peducaeum et D. Carfulenum. Hirtino autem proelio et quartam legionem et omnes peraeque Antonii caesas: item Hirtii: quartam vero, quum castra quoque Antonii cepisset, a quinta legione concisam esse: ibi Hirtium quoque periisse et Pontium Aquilam: dici etiam Octavianum cecidisse: — quae si, quod dii prohibeant! vera sunt, non mediocriter doleo — Antonium turpiter Mutinae obsessionem reliquisse, sed habere equitum * * legiones sub signis armatas tres et P. Bagienni unam, inermes bene multos: Ventidium quoque se cum legione septima, octava, nona coniunxisse: si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema et non modo nationes,

---

ter. Denn nicht Pansa eilte, sondern Antonius ging ihm entgegen, so dass er sich schlagen musste. S. ep. 810. 814.

4. *ex Gallia Lepidi* i. e. Narbonensi, quam tum Lepidus tenebat. *SCH.* — *interisse*, sei auf dem Platze geblieben. — *L.* Roscium *Fabatum*. S. ep. 604. — *C. Peduc.* Pansae legatum. — *D. Carfulenum*, senatorem et Pansae legatum. Vid. ep. 711, 1. Philipp. III, 9. — *Hirtino.* Sic Md. Vict. I. 2. *Hirtiano* Cett. *OR.* Cum Pansa primum, deinde, eo victo, cum Hirtio pugnavit Antonius, et victus postremo. Hirtius ipse, quum oppugnaret Antonii castra, interiit. *MANUT.* — *et quartam*, de Manut. susp. Lallem. Sch. Lün. *secundam.* Sed vide Garat. ad *Philipp.* 14, 10. p. 571. *OR. quartam* Hirtii. — *omnes Antonii*, quintam et trigesimam quintam. — *Pontium Aquilam*, unum ex percussoribus Caesaris, legatum hoc tempore D. Bruti; qui T. Munatium Plancum, Antonii ducem paullo ante proelio vicerat. Vid. Philipp. XIII, 2. et Dio XLVI. ep. ad Attic. V, 1. 2. 3. 4. VII, 2. Sueton. Caes. Periit in eadem pugna cum Hirtio, et honores mortuo decreti. *MANUT.* — *reliquisse*, aufgehoben, aufgegeben. — *equitum.* Excidit numerus in Md. Hinc in omnibus aliis. Probabiliter Man. Beng. Madvig. I. p. 135 censent fuisse *EQVITVMVM (quinque millia)* sicque edidit Sch. Lün. *equitatum ac legiones* Neap. Lamb. *equitatum, legiones* Crat. *OR.* — *P. Bagienni.* Md. omnesque Benedicti, Crat. *et pupilli Bagienni*, Man. Lamb. e Cod. Maffaei *et P. Vagieni. OR.* Fuit legatus aut praefectus Antonii. — *inermes.* Sic h. l. Md. et *Lib.* 12. *Ep.* 10. §. 3. *inermem.*, Contra *Lib.* 10, 34 et *Lib.* 11, 12 est secundae declin. *OR.* — *Ventidium.* S. zu ep. 828, 3. *se . . coniunx.*, sei zu ihm gestossen. *septima.* Fortasse aliter legendum; nam septima cum Hirtio fuit, ut est Philipp. XIV, c. 10. *MANUT.* — *si nihil . . spei sit* i. e. si Antonius frustra speret Lepidum sibi coniunctum iri; wenn er auf Lepidus nicht rechnen dürfe. — *desc. ad extr.*, extrema quaeque ausurum esse. — *concit.*, zu den Waffen rufen. Die Sklaven wurden sonst nie zum Kriegesdienste gebraucht; und

sed etiam servitia concitaturum: Parmam direptam; L.
Antonium Alpes occupasse. Quae si vera sunt, nemini 5
nostrûm cessandum est nec exspectandum, quid decernat
senatus. Res enim cogit huic tanto incendio succurrere
omnes, qui aut imperium aut nomen denique populi Romani salvum volunt esse. Brutum enim cohortes XVII. et duas non frequentes tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes, qui supersint de Hirtii exercitu, confluant ad eum. Nam in delectu non multum spei puto esse: praesertim quum nihil sit periculosius, quam spatium confirmandi sese Antonio dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, propterea quia frumenta aut in agris aut in villis sunt. Itaque proximis literis consilium meum expedietur: nam neque deesse neque superesse rei publicae volo. Maxime tamen doleo adeo et longo et infesto itinere ad me veniri, ut die quadragesimo post aut ultra etiam, quam facta sunt, omnia nuntientur.

---

das aus sehr begreiflichen Ursachen. — *direptam* esse a L. Antonio, Marci fratre.

5. *nostrûm* i. e. ducum. — *Res*, necessitas, die Noth. — *succurrere* i. e. huic tanto malo mederi, quod rei publicae impendet. Metaphora ab incendio ad teterrimum bellum tracta, quod quasi publicum incendium appellatur. „diesem so grossen Brande zu wehren.“ — *XVII.* nur 17. — *non freq.*, nicht vollzählige. — *conscrips.*, ausgeschrieben hatte. — *ad eum*, ad Dec. Brutum. — *in delectu*, auf eine neue Aushebung. — *confirm. sese*, sich wieder zu erholen. — *maiorem libertatem* agendi; so dass ich bei meinem Durchzug um Lepidus Gnade wegen Herbeischaffung von Lebensmitteln für meine Truppen nicht brauche besorgt zu sein. — *frumenta.* Loquitur de instante messis tempore. *SCH.* das also Lepidus noch nicht in Beschlag genommen hat. — *expedietur*, soll mein Entschluss gemeldet werden. — *neque superesse* i. e. superstitem esse, die Republik überleben. S. Gellius I, 22. Pollio significat hoc: tantum abest ut deesse velim rei publicae, ut potius ne superesse quidem ei velim. *SCH.* — *infesto*, unsicher. *veniri* i. e. me tanto intervallo locorum a vobis seiunctum esse. — *aut ultra etiam*, oft sogar noch später. — *quadragesimo.* Si quadraginta dies numeres a die proelii Mutinensis XVII. Kal. Maias, quibus elapsis nuntius de eo ad Pollionem pervenerit, facile patet hanc epistolam exeunte Maio sriptam fuisse. *SCH.*

EPISTOLA DCCCXXXV. (ad Div. X. 21.)

Scr. in castris ad Isaram mense Maio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Perfidiam Lepidi coniunctionemque cum Antonio nuntiat; subsidium copiarum mitti postulat, suam dignitatem commendat. 1—7.

PLANCUS CICERONI.

Puderet me inconstantiae mearum literarum, si non haec ex aliena levitate penderent. Omnia feci, quare, Lepido coniuncto ad rem publicam defendendam, minore sollicitudine vestra perditis resisterem. Omnia ei et petenti recepi et ultro pollicitus sum; scripsique tibi biduo ante, confidere me bono Lepido esse usurum communique consilio bellum administraturum. Credidi chirographis eius, affirmationi praesentis Laterensis: qui tum apud me erat, reconciliaremque me Lepido fidemque haberem, orabat. Non licuit diutius bene de eo sperare. Illud certe cavi et cavebo, ne mea credulitate rei publi-
2 cae summa fallatur. Quum Isaram flumen, uno die ponte effecto, exercitum traduxissem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per literas ipse, ut maturarem venire: praesto mihi fuit stator eius cum literis, quibus, ne venirem, denuntiabat: se posse per se conficere negotium; interea ad Isaram exspectarem. Indicabo temerarium meum consilium tibi: nihilominus ire decreram, existimans eum socium gloriae vitare. Putabam

---

1. *inconstantiae literarum*, quod diversum quidpiam a superiorum literarum sententia iam ad te perscripsi. Antea enim declaraveram me motis castris recta proficisci ad Lepidum, ut meum exercitum cum illius exercitu coniungerem: iam vero his literis te edocebo, me repudiato consilio castra mea retro movisse. — *si non haec*, quae nunc scripsi . . . *penderent* i. e. si non in causa esset Lepidi levitas, wenn Diess, was ich ietzt schreibe, nicht in der Charakterlosigkeit des Lepidus seinen Grund hätte. del. *haec* Crat. Lamb. Wenn man *haec* auf *inconstantia* bezöge, so müsste *penderet* gelesen werden. — *quare* = quibus, ut. — *minore sollic. v.*, zur Verminderung Eurer Sorgen. — *perditis*, Antonianis. — *recepi*, ich habe zugesagt. — *ultro*, sponte, von selbst, steht dem *petenti* entgegen. — *me bono esse usurum Lepido* i. e. me non dubitare, quin Lepidus de re publica bene sentiret, dass es Lepidus ehrlich meine. — *chirographis*, eigenhändigen Briefen. — *aff. praes. Later.*, der mündlichen Versicherung des Laterensis. S. ep. 828, 2. — *Non licuit* cet., allein ich konnte nicht lange so gute Hoffnungen von ihm hegen; ich sah mich bald getäuscht. — *summa*, das Gesammtwohl.

2. *ponte*. S. ep. 828, 4. — *stator* a stando, ein Sclav, der dem Herrn immer zur Seite stand, auch als Geschwindläufer in ferne Gegenden verschickt wurde. — *per se*, allein, für sich. — *existimans . . . vitare*, in

posse me nec de laude ieiuni hominis delibare quidquam et subesse tamen propinquis locis, ut, si durius aliquid
esset, succurrere celeriter possem. Ego non malus homo 3
hoc suspicabar. At Laterensis, vir sanctissimus, suo chirographo mittit mihi literas meisque, desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensque se destitutum; in quibus aperte denuntiat, videam ne fallar; suam fidem solutam esse: rei publicae ne desim. Exemplar eius chirographi Titio misi. Ipsa chirographa omnia, et quibus credidi et ea, quibus fidem non habendam putavi, Laevo Cispio dabo perferenda, qui omnibus iis interfuit
rebus. Accessit eo, ut milites eius, quum Lepidus con- 4
cionaretur, improbi per se, corrupti etiam per eos, qui praesunt, Canidios Rufrenosque et ceteros, quos, quum opus erit, scietis, conclamarint viri boni pacem se velle neque esse cum ullis pugnaturos, duobus iam consulibus singularibus occisis, tot civibus pro patria amissis, hostibus denique omnibus iudicatis bonisque publicatis: neque

---

der Meinung, er vermeide es nur, an mir einen Theilnehmer seines Ruhms zu haben. — *me nec . . . et . . . locis,* dass ich, ohne dem eitlen Menschen nur einen Theil seines Ruhms zu verkümmern, doch in der Nähe mich festsetzen könnte. *nec . . . et,* einer Seits nicht . . anderer Seits doch. Putabam rem a me sic institui posse, ut *neque* de laude hominis inanis et ieiuni quicquam accessu meo delibarem, *et* tamen propinquis locis subessem. *SCH. ieiuni,* inanis, vani, quia dixerat se posse per se conficere negotium, et socium gloriae vitare videbatur.

3. *non malus homo,* ich ehrlicher Tropf; insofern er Nichts arges ahnte. — *suo chirographo,* manu sua scriptas. *SCH.* — *meisque.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *in eisque* Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *desperans . . querens* Brachylogie st. in quibus significat se *desperare . . . queriturque.* — *in quibus* del. Ern. Sch. Lün. — *suam fidem solutam esse,* er habe sich hiemit seiner Verbindlichkeit erledigt; er stehe für Nichts mehr. *solvere* st. persolvere i. e. praestare. — *Titio,* seinem Geschäftsträger zu Rom. Über P. Titius s. ep. 806, 3. 4. — *et* scil. ea, *quibus credidi.* Lamb. *et ea.* — *Laevo Cispio.* S. ep. 828, 1. — *perferenda* ad vos. — *iis.* Sic Md. *his* Edd. meae omnes. *OR.*

4. *Canidios Rufrenosque,* durch Befehlshaber, wie Canidius u. Rufrenus, Legaten des Lepidus. — *viri boni,* inquam, dass diese braven Kerl, sag' ich. Ironie. — *iudicatis.* Locus, ut videtur, corruptus, nisi parum eleganter elaboratus est ab ipso Planco. Haeserunt in eo iamdudum et librarii et critici. v. *singularibus* Cd. Basil. ponit post *occisis*: del. cum Hittorp. Sch. Lün. *singularibus viris* Lamb. coni. Praeterea: *consulibus amissis . . . pro patria occisis* de Ern. susp. Sch. Lün. Offendo denique in v. *hostibus omnibus iudic.,* quum dicendum esset: *hostibus omnibus bonis,* vel *bonis omnibus iudic. OR.* — *omnibus.* Flor. II, 9: Antonius in Galliam confugit et M. Lepidum sibi iunxit hostisque a senatu cum

5 hoc aut vindicarat Lepidus aut sanarat. Huc me venire
et duobus exercitibus coniunctis obiicere exercitum fide-
lissimum, auxilia maxima, principes Galliae, provinciam
cunctam summae dementiae et temeritatis esse vidi: mi-
que, si ita oppressus essem remque publicam mecum pro-
didissem, mortuo non modo honorem, sed misericordiam
quoque defuturum. Itaque rediturus sum nec tanta mu-
6 nera perditis hominibus dari posse sinam. Exercitum
locis habeam opportunis, provinciam tuear, etiam si ille
exercitus descierit, omniaque integra servem, dabo ope-
ram, quoad exercitus huc summittatis parique felicitate
rem publicam hic vindicetis. Nec depugnare, si occasio
tulerit; nec obsideri, si necesse fuerit; nec mori, si ca-
sus inciderit, pro vobis paratior fuit quisquam. Quare
hortor te, mi Cicero, exercitum huc traiiciendum quam
primum cures et matures prius, quam hostes magis cor-
roborentur et nostri perturbentur. In quo si celeritas
erit adhibita, res publica in possessione victoriae, deletis
7 sceleratis, permanebit. Fac valeas meque diligas. Fra-
trem meum tibi, fortissimum civem et ad omnia paratis-
simum, excusem literis? qui ex labore in febriculam in-
cidit assiduam et satis molestam. Quum primum poterit,

---

omnibus, qui intra praesidia eius erant, iudicatus est. — *bonisque publicatis*; proscriptorum enim bona publicabantur, wurden eingezogen. — *neque hoc* cet., und diese Vermessenheit hat Lepidus nicht geahndet, und nicht einmahl zu unterdrücken gesucht.

5. *duobus exercitibus* Antonii et Lepidi. — *obiicere*, preis zu geben. — *prodidissem*, in den Abgrund gezogen hätte. — *defuturum.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. *defuturam* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Ern. Bened. Sch. Lün. Sed cfr. infra *Ep.* 24. §. 1. *amor . . ac iudicium sit allaturus. OR.* Ramsh. §. 96, 1, a. Grotef. §. 208, d. Zumpt §. 376. besond. Schulz §. 71, 7. — *tanta munera . . dari posse*, tam egregium exercitum prodi, dass ein so grosses Opfer diesen niederträchtigen Menschen auf die Schlachtbank gebracht werden könne.

6. *Exercitum locis habeam.* Sic Md. Asc. 1. Vict. 2. *Ut exercitum* Vict. 1. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *Exerc. ut l. h.* Neap. *Exercitum locis ut h.* Lamb. *Exerc. l. habebo* Crat. servato *tuear. OR.* — *omniaque integra.* Crat. Lamb. *omnia ut int. OR.* — *ille exercitus* Lepidi *descierit* a re publica. — *quoad*, bis dass. — *summitt.*, zu Hülfe schickt. — *pari felic.*, mit gleichem Glück wie vor Mutina. — *vind.*, rettet. — *obsideri*, eine Belagerung auszuhalten. — *et nostri perturb.*, und die Patrioten irre werden.

7. *Fratrem.* Alius hoc epistolae fragmentum putant Weiske et Sch., scriptae inter Epp. 15 et 17. huius libri. *OR.* — *excusem?* Md. a pr. manu *excuse.* a sec. m. *excuses* et hinc Cdd. plerique, Neap. Asc. 1. Crat.: unde: *excuses, velim*; *qui* dubia Sch. susp. *OR.* Zur Sache vergl. ep. 821, 2. „entschuldigen?" desshalb nämlich,

istuc recurrere non dubitabit, ne quo loco rei publicae desit. Meam dignitatem commendatam habeas, rogo. Concupiscere me nihil oportet: habeo te et amantissimum mei et, quod optavi, summae auctoritatis. Tu videris, quantum et quando tuum munus apud me velis esse. Tantum te rogo, in Hirtii locum me subdas et ad tuum amorem et ad meam observantiam.

EPISTOLA DCCCXXXVI. (ad Div. X. 26.)

Scr. Romae mense Maio. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Furnii praeproperam festinationem ad praeturam petendam reprehendit monetque, ut potius absens pergat de re publica bene mereri. 1 — 3.

M. CICERO S. D. C. FURNIO.

Lectis tuis literis, quibus declarabas aut omittendos Narbonenses aut cum periculo dimicandum, illud magis timui: quod vitatum non moleste fero. Quod de Planci et Bruti concordia scribis, in eo vel maximam spem pono victoriae. De Gallorum studio nos aliquando cognoscemus, ut scribis, cuius id opera maxime excitatum sit. Sed iam, mihi crede, cognovimus. Itaque iucundissimis

---

dass er ietzt nicht beim Heere, sondern der Gesundheit wegen nach Rom abgereiset ist, wo er iedoch als Prätor urbanus thätig war. — *istuc*, hieher zurück. — *ne quo loco rei publ. desit* i. e. neutro loco, „um so wenig hier als in Rom seine Pflichten für die Republik zu versäumen.“ Er war Stadtprätor. — *summae auctorit.*, und einen Mann der höchsten Gewalt. — *Tu videris*, Du mögest ermessen. — *tuum munus*, Deine Güte. — *in Hirtii locum me subdas*, räume mir in Hinsicht Deiner Liebe und meiner Hochachtung des Hirtius Stelle in Deinem Herzen ein. i. e. velim mihi eundem in amore tuo locum tribuas, quo Hirtius apud te fuit, tibique persuadeas me in observantia erga te nihil ei concedere. *SCH.*

FURNIO. S. ep. 827 im Anf.

1. *tuis literis*, der nicht mehr vorhanden ist. — *aut omitt. Narbon.*, „ihr müsstet entweder das Narbonensische Gallien aufgeben;“ wo sich ietzt die Heere des Lepidus und Antonius befanden. — *illud*, scil. ne cogereris cum periculo dimicare. *GRONOV.* interpr.: ne omitteretis Narbonenses, quod non fecisse vos laetor. — *de Planci et* Decimi *Bruti concordia.* Vgl. ep. 830, 1. 816, 1. — *studio*, „Anhänglichkeit der Gallier an uns.“ Er meint die Einwohner des transalpinischen Galliens, in welchem Furnius Legat des Plancus war. — *cognovimus*, das wissen wir schon; dass nämlich Du diess erwirkt hast, tua videlicet opera illud studium excitatum esse. — *Itaque* = aber eben desswegen. — *in extremo.*

tuis literis stomachatus sum in extremo. Scribis enim, si in Sextilem comitia, cito te: sin iam confecta, citius,
2 ne diutius cum periculo fatuus sis. O mi Furni, quam tu tuam causam non nosti, qui alienas tam facile discas! Tu nunc candidatum te putas et id cogitas, ut aut ad comitia curras aut, si iam confecta, domi tuae sis, ne cum maximo periculo, ut scribis, stultissimus sis? Non arbitror te ita sentire: omnes enim tuos ad laudem impetus novi. Quod si, ut scribis, ita sentis, non magis te, quam de te iudicium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus levissimi et divulgatissimi, si ita adipiscare ut plerique, praepropera festinatio abducet a tantis laudibus, quibus te omnes in caelum iure et vere ferunt? Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima praetor fias, non ut ita de re publica mereare, omni honore
3 ut dignissimus iudicere! Utrum nescis, quam alte adscenderis? an pro nihilo id putas? Si nescis, tibi ignosco; nos in culpa sumus: sin intelligis, ulla tibi est praetura, vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes se-

---

Lamb. *extremis.* Sed cfr. *ad Div.* 11, 16 *Philipp.* 3, §. 19. *OR* „am Schlusse desselben.“ — *comitia* praetoria dilata sint. — *cito te* huc properaturum. — *sin iam conf.* sint, wenn aber die Prätorwahl schon vorüber wäre. — *citius* te Romam venturum. — *ne . . fatuus sis*, um nicht als ein Narr Dich umsonst länger in Gefahr zu begeben; ne, dum tu periclitaris apud hostes, alii domi otiosi honores praeripiant.

2. *tuam causam,* Deine eigene Lage, Dein Bestes. — *qui* = quippe qui, quum tu, da Du doch sonst in die Lagen Anderer Dich so leicht hineindenken kannst. Patronus causarum solebat esse Furnius. *MANUT.* Foris sapis, non domi. — *candid.*, „für einen rechtmässigen Bewerber um die Prätur.“ Er hätte sich erst um die Aedilität bewerben sollen. — *curras,* heran eilest, gelaufen kommest. — *domi tuae sis,* tabescas, zu Hause unthätig liegest. — *te ita sentire,* dass Du im Ernst so denkest. — *iudicium,* quod te praestantiorem virum iudicarem. — *levissimi et divulg.* st. qui levissimus et divulgatissimus est, *si ita adipiscare ut plerique,* welche Würde von sehr leichtem und gemeinem Werthe ist, wenn Du sie Dir auf die Art, wie die meisten Deiner Vorgänger, erfischest; nämlich durch Bestechung, nicht durch Verdienste. — *praep. fest.*, die ungeduldige Begierde nach einer obrigkeitlichen Würde. — *a tant. laud.*, vom Schauplatze so grossen Lobes. — *Scilicet id agitur,* sichtbar handelt sich's doch darum. Das scilicet ist ironisch zu verstehen. — *non* id agitur. — *omni,* vel summo honore, consulatu.

3. *ascenderis,* quantam laudem iam sis assecutus, wie hoch Du schon in der Meinung der Welt gestiegen bist. — *Si nescis,* quam alte ascenderis. — *in culpa sumus,* qui tibi non significavimus, quanta existimatione sis. — *officio,* honestis et praeclaris pro re

quuntur, dulcior! Hac de re et ego et Calvisius, homo magni iudicii tuique amantissimus, te accusamus quotidie. Comitia tamen, quoniam ex iis pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis rei publicae arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protrudimus. Vince igitur et vale.

EPISTOLA DCCCXXXVII. (ad Div. XI. 14.)

Scr. Romae circa VIII. Kal. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Bruti literis respondet de decemviris, de legionibus perducendis, de pecunia, de hominum admiratione ob renatum bellum, cuius exitus ne timeatur, Bruti munus esse dicit. 1—3.

M. CICERO D. BRUTO COS. DESIG. S. D.

Mirabiliter, mi Brute, laetor, mea consilia measque sententias a te probari de decemviris, de ornando adolescente. Sed quid refert? Mihi crede, homini non glorioso: plane iam, Brute, frigeo: ὄργανον enim erat meum senatus; id iam est dissolutum. Tantam spem attulerat exploratae victoriae tua praeclara Mutinâ eruptio, fuga Antonii conciso exercitu, ut omnium animi relaxati

---

publica factis, als die Pflicht für's Vaterland. — *quod . . sequuntur*, wonach . . streben. — *Calvisius.* S. ep. 827, 3. — *homo magn. iud.*, ein Mann von grosser, reifer Beurtheilung. — *quoniam*, wie ep. 827, 2. — *ex iis.* Sic Md. Neap. *his* Cett. *OR. pendes*, weil Du einmahl so sehr daran hängst, darauf versessen bist. — *protrudimus*, wir suchen hinaus zu schieben auf; differre conamur. — *Vince igitur*, bleib also beim Heere und siege indessen. Exciditne ante *et* v. *te?* ut fuerit *Vince igitur te.* i. e. animum tuum honoris praepostere cupidum. *OR.* Sed cfr. ep. 852 sub fin.

1. *de decemv. creand.* Recte Manutius et post eum Ernestius intellexerunt., decemviros aut creatos aut creandos, qui consulatus ab Antonio gesti rationem reposcerent (die den Ant. über die Führung seines Consulats zur Rechenschaft ziehen und Cäsars Decrete und Anordnungen aufheben sollten): hos creatos fuisse narrat Appianus de B. Civ. III, 82., postquam Plancus se Decimo Bruto cum suis copiis coniunxerat; in quo gradum fuisse scribit ad omnia Caesaris acta antiquanda; statimque ab his decemviris edictum esse propositum, ut quisquis aliquid accepisset ab Antonio consule confestim scripto profiteretur; additis gravibus minis, si quis contra fecisset. *SCH.* — *de orn. adol.* Octaviano, über die Auszeichnung des Iünglings. Cicero decrevit, ut Octaviano liceret uti fascibus et ovantem ingredi urbem. — *refert,* fruchtet es? — *non glor.*, Der nicht prahlt. — *frigeo*, i. e. ich richte Nichts aus. — ὄργανον, instrumentum, Werkzeug. — *dissolutum* per discordiam et dissidium inter ipsos senatores. — *explor.*, zuverlässigen. — *relaxati,*

sint meaeque illae vehementes contentiones tamquam
2 σκιαμαχίαι esse videantur. Sed, ut ad rem redeam, legionem Martiam et quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione ad te posse perduci. Pecuniae, quam desideras, ratio potest haberi eaque habebitur. De Bruto arcessendo Caesareque ad Italiae praesidium tenendo valde tibi assentior. Sed, ut scribis, habes obtrectatores; quos equidem facillime sustineo: sed impediunt tamen. Ex
3 Africa legiones exspectantur. Sed bellum istuc renatum mirantur homines. Nihil tam praeter spem unquam. Nam die tuo natali victoria nuntiata, in multa saecula videbamus rem publicam liberatam. Novi timores retexunt superiora. Scripsisti autem ad me iis, quas Idibus Maiis dedisti, modo te accepisse a Planco literas non recipi Antonium a Lepido. Id si ita est, omnia faciliora: sin aliter, magnum negotium: cuius exitum non extimesco; tuae partes sunt. Ego plus, quam feci, facere non possum. Te tamen, id quod spero, omnium maximum et clarissimum videre cupio.

---

abgespannt. — *contentiones*, Kampfreden vor Senat und Volk; die Philippicae. — *σκιαμ.*, pugnae cum umbris, pugnarum simulacra, Schattengefechte.

2. *perduci*. S. ep. 825, 1. — *Pecuniae . . ratio pot. hab.*, für die Geldsumme . . kann gesorgt werden. — *De* Marco *Bruto arcessendo* ex Macedonia. — *tenend.*, was die Zurückbehaltung des Octavianus zur Bedeckung von Italien betrifft. — *sustineo*, ich steure, nehme es auf mit. — *legiones*, nämlich einige der Veteranen, die unter Cäsar gedient hatten.

3. *istuc*. Sic Md. Bened. *istic* (i. e. in Gallia adversus Antonium) Ceteri. Vere fortasse; non tamen necessarium. *bellum istud* est „id, quod apud vos geritur.“ *OR.* — *renat.*, wieder ausgebrochen. — *praeter spem*, gegen alle Erwartung. — *die tuo natali*. Eine gute Vorbedeutung; daher auch Cicero im Senate darauf antrug, an diesem Tage den Namen des D. Brutus in die Calendarien einzutragen. — *videbamus*, putabamus. — *Novi*. Lall. e codd. *Hi novi*. Sed *hi* facilius excidit post syllab. *vi*, ut fuerit: *Novi hi*. *OR.* „aber neue Besorgnisse lösen iene Traumgewebe der Freude wieder auf“ d. i. iene frohen Erwartungen für die Zukunft. — *Id. Mai.*, am 15. Mai. — *faciliora* sunt, erunt. — *negotium* i. e. res magnae difficultatis erit. — *cuius* tamen. — *extimesco*. Neap. Lamb. *ne extimescamus*. Crat. *ne extimescam*. *OR.* — *tuae partes sunt* i. e. tu vide, ut nos securos et tutos praestes. — *Te . . videre cupio*, in Dir wünsche ich iedoch den . . . Feldherrn zu sehen; scil. qui rem optime confecerit.

EPISTOLA DCCCXXXVIII. (ad Div. XI. 20.)

Scr. Eporediae IX. Kal. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Timere se scribit Ciceronis causa eumque monet, ut veteranorum animos sibi conciliet. 1—4.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

Quod pro me non facio, id pro te facere amor meus in te tuaque officia cogunt, ut timeam. Saepe enim mihi quum esset dictum neque a me contemptum, novissime Labeo Segulius, homo sibi simillimus, narrat mihi apud Caesarem se fuisse multumque sermonem de te habitum esse: ipsum Caesarem nihil sane de te questum, nisi dictum quod diceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum: se non esse commissurum, ut tolli possit. Hoc ego Labeonem credo illi retulisse aut finxisse dictum, non ab adolescente prolatum. Veteranos vero pessime loqui volebat Labeo me credere et tibi ab iis instare periculum: maximeque indignari, quod in decemviris neque Caesar neque ego habiti essemus atque omnia ad

---

1. *amor meus in te.* Sic Md. Vict. 1. 2. *amor in te meus* Crat. *meus in te amor* quaesitâ elegantiâ Cett. *OR.* — scilicet *ut timeam* tua causa. — *contemptum*, neglectum, unbeachtet blieb. Nämlich was Octavian und die Veteranen über Cicero dachten und redeten. — *Labeo Segulius.* S. ep. 846, 1. — *homo sibi simill.* i. e. perpetuo malus, nequissimus, ein Mensch, der sich immer auf's Haar gleich ist. *sivi* Md. ut etiam in Inscriptt. et in Cd. Frontonis saepissime *v.* est pro *b.* Vict. 2. Hinc: *sui* Cdd. multi. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Bened. *OR.* — *narrat.* Sic Md. Vict. 1. Graev. Bened. *narravit* ex antiqua correct. Crat. Vict. 2. Lamb. Ern. Sch. Lün. In Cicerone si versarer, illico recepissem. *OR.* — *Caesarem* i. e. Octavianum. — *dictum* Ern. [ ] del. Sch. Lün. cum Dresd. tert. Male: cfr. *Plancianam* c. 34. *Philipp.* 2. c. 17. *ad Div.* 12, 16. *dictum* est *dicterium*, quo vocabulo Cicero non utitur, sed. v. c. Fronto p. 240. Ed. Rom.: *ut Laberius* (ait) dictobolaria, *immo* dicteria, *potius* (Senecam), *quam* dicta *continere. OR.* — *tollendum*, man müsse ihn befördern. Ein zweideutiger Ausdruck, der sowohl zu Ehren, als in eine andere Welt befördern d. i. tödten bedeutet. Im letzteren Sinne nahm Octavian das Wort auf. Vellei. II, 62: Hoc est illud tempus, quo Cicero insito amore Pompeianarum partium Caesarem laudandum et tollendum censebat; quum aliud diceret, aliud intelligi vellet. Sueton. in Aug. c. 12. — *non ab adol.*, der junge Cäsar hat es nicht ausgeheckt. — *pessime loqui* de te. — *quod in decemviris.* Non de iis agitur decemviris, quorum supra ep. 837. facta est mentio, sed de aliis, qui teste Appiano de B. C. III, 86, postquam Octavianus milites adversus senatum concitaverat, quod promissa iis HS. viginti millia non essent a senatu persoluta, tum sunt creati, ut pecuniam duabus legionibus, quae de Antonio transierant, distribuerent: quibus se non adscriptum esse vehementer indignatus est Octavianus. *SCH.* — *habiti*

2 vestrum arbitrium essent collata. Haec quum audissem et iam in itinere essem, committendum nondum putavi, prius ut Alpes transgrederer, quam, quid istic ageretur, scirem. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum et denuntiatione periculi sperare eos, te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna consequi praemia et totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri faciant. Neque tamen non te cautum esse volo et insidias vitantem: nihil enim tua mihi vita
3 potest esse iucundius neque carius. Illud vide, ne timendo magis timere cogare: et, quibus rebus potest occurri veteranis, occurras: primum, quod desiderant de decemviris, facias: deinde de praemiis, si tibi videtur, agros eorum militum, qui cum Antonio veterani fuerunt, iis dandos censeas ab utrisque nobis: de nummis, lente ac ratione habita pecuniae; senatum de ea re constituturum: quattuor legionibus iis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Sullanis et agro

---

essemus, unter . . . nicht aufgenommen wären. — *collata,* ausgetheilt.

2. *in itinere* contra Antonium, ad Antonium persequendum. — *nondum* i. e. „interea non.“ In D. Bruto saltem corrigendum non videtur. Sic autem Md. Asc. 1. Vict. 1. Graev. *non* Neap. Crat. Vict. 2. Lamb. Ern. Bened. Sch. Lün. *OR.* — *transgrederer* et me coniungerem cum Planco et persequerer Antonium. — *istic,* bei Euch in Rom. — *iactatione verb.,* disperso rumore. — *eos,* veteranos. — *adolescente* Octavio *impulso,* incitato erga te, indem sie den Iüngling gegen Dich aufreitzten. — *cantilenam,* Lied, istam fabulam, istos fictos sermones. — *ex hoc pendere,* inde nasci, darauf hinausgehen. — *cautum,* auf der Hut.

3. *ne . . . cogare,* ne illi te valde timere sentiant atque audaciores fiant. — *occurras,* komme ihnen entgegen, um sie zu besänftigen. — *de* = in Hinsicht der. — *facias,* scil. ut me et Octavianum iis adscribendum censeas. *SCH.* — *iis.* Sic Neap. Recte: etsi praecedit *eorum militum* i. e. aliorum. *his* Ceteri cum Md. *OR.* „nostris veteranis qui sunt cum Caesare et partes senatus defendunt.“ — *ab utrisque nobis,* a me et Octaviano. *ab utrisque nostrûm* Manut. *ab utroque nostrûm* Lamb. Sane Cicero ipse *ad Div.* 11, 21: *ab utrisque vestrûm*; et sic fere ubique: sed versamur in D. Bruto. *OR.* — *de nummis,* was aber die versprochenen Geldbelohnungen betrifft. — *lente* agas. — *ratione hab. pec.,* mit Berücksichtigung der Barschaft an Gelde; ne temere effundas pecuniam. — *constituturum* dicas. — *iis,* Md. Vict. 2. *his.* — *facultatem fore,* dass könne Rath geschafft werden aus. — *Sullanis,* quos tenuissent milites Sullae. *Silani* Md. Margo Crat. Vict. 1. 2. Dieser war ein Anhänger des Antonius, sehr reich und in die Acht erklärt. Schütz vermuthet *ex agris Stellati* wegen Philipp. V, 19; also ex agris illis, qui lege Iulia militibus iam antea fuerant assignati et quorum pars

Campano: aequaliter aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Haec me tibi scribere non prudentia mea 4
hortatur, sed amor in te et cupiditas otii, quod sine te consistere *non* potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. Legiones armo, paro: spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus et impetus hominum. De exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Caesar non remittit. Ad has literas statim mihi rescribe tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit meque scire opus esse putaris. VIII. Kal. Iun., Eporedia.

EPISTOLA DCCCXXXIX. (ad Div. XI. 23.)

Dat. VIII. Kal. Iun. Eporedia A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Hortatur Ciceronem, ut bene de re publica speret. 1—2.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

Nos hic valemus recte, et, quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus commode [de] nobis sentire videtur. Omni timore deposito, debemus libere rei publicae consulere. Quod si omnia essent aliena, tamen tribus tantis exercitibus, propriis rei publicae, valentibus, magnum animum habere debebas, quem et semper ha-

---

magna reliqua erat. — *aequaliter,* zu gleichen Theilen. — *assignari,* angewiesen werden.

4. *otii,* pacis, Ruhe im Staate. — *non* est ex supplemento. Excidit e Md. *OR.* — *impetus,* Angriffe. — *legionem,* die Brutus vermuthlich dem Pansa selbst zu dem ersten Angriffe oder nach dessen Verwundung zu einer zweiten Action für die Verstärkung des Pansaischen Heeres dem Octavius überlassen hatte. — *erit,* Lamb. *fuerit,* falls Du mir Etwas geheimes zu melden hättest. — *esse* del. Ern. Sch. Lün. contra Md. — *VIII. Kal. Iun.,* am 25. Mai. *VII.* Crat. *IX.* Sch. Lün. Nam, si legamus *VIII. Kal.,* epistola D. Bruti brevior XI, 23 (839.) eodem die scripta esset, quod non est verisimile. — *Eporedia,* ietzt Ivrea im Piemontesischen, nicht weit von Vercellae. S. ep. 825. Er war rasch dem Antonius nachgerückt.

1. *valemus,* es steht hier gut um uns. — [de] *nobis.* de Man. susp. Vict. 2. *commode nobis.* Cfr. ep. seq. (847). *OR.* „scheint's mit uns gut zu meinen.“ Atqui quarto die post scriptam hanc epistolam Lepidus Antonium recepit. *SCH.* cfr. ep. 818. — *libere,* mit freiem Herzen. — *aliena,* wäre auch Alles, Lepidus, Pollio, uns abwendig gemacht. — *tribus . . exercit.,* Octaviani, Planci et meo. — *propriis,* ergeben, fidis et certis in defensione rei publicae. Sed opinio eum fefellit. Mox enim Octavius et Plancus accesserunt Antonio. *GRONOV.*

2 buisti et nunc fortuna adiuvante augere potes. Quae tibi superioribus literis mea manu scripsi, terrendi tui causa homines loquuntur. Si frenum momorderis, peream, si te omnes, quot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi a te literae veniant, in Italia morabor. VIII. Kal. Iun., Eporedia.

EPISTOLA DCCCXL. (ad Div. X. 20.)

Scr. Romae IV. Kal. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Petit, ut de Lepidi fide significet, utrum rem publicam sequatur an Antonium, hortaturque, ut reliquias belli opprimat. 1—3.

CICERO PLANCO.

Ita erant omnia, quae istinc afferebantur, incerta, ut, quid ad te scriberem, non occurreret. Modo enim, quae vellemus, de Lepido, modo contra nuntiabantur. De te tamen fama constans nec decipi posse nec vinci: quorum alterius fortuna partem habet quandam, alterum
2 proprium est prudentiae tuae. Sed accepi literas a collega tuo, datas Idibus Maiis: in quibus erat te ad se scripsisse a Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris: sed minus audes fortasse propter inanem laetitiam literarum superiorum.

---

2. *super. literis,* ep. 839 de Segulio. — *frenum momorderis* i. e. si nostris invidis et malevolis, qui velut freno coërcere te volunt, ostenderis te resistere et coërceri nolle. Ab equis contumacibus et refractariis desumpta oratio. *GRONOV.* „wenn Du ihnen die Zähne weisest.“ — *quotquot* Crat. Man. Lamb. — *conantem,* nedum dicentem. — *ferre,* also sie werden davon laufen. — *antea scripsi.* ep. 839 scripserat: *Ego nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam.* — *Epored.* S. Ende des vorherg. Br.

1. *istinc* = *istim* (Md.?) Vict. 2. *OR.* „aus Deiner Provinz.“ Über *istim* s. zu ep. 19, 4. — *occurr.*, einfallen will. — *quae vell.*, Was wir wünschen. — *constans* obtinet, bleibt, dauert fort dasselbe Gerücht, dieselbe Sprache. — *te decipi,* überlistet werden. — *alterius,* quod vinci non possis; das letztere ist zum Theil Sache des Glücks. — *alterum* scil. decipi te non posse.

2. *a collega tuo,* Decimo Bruto. — *Id. Mai.*, vom 15. Mai. Haec epistola non exstat. — *erat scriptum* Lamb. — *non recipi Antonium.* At hoc ipso die, quo scripsit Cicero, receptus est. *SCH.* — *propter inan. laetitiam,* wegen der vergeblichen Freude, die Du in einem Deiner vorigen Briefe äussertest. Nempe ep. 819. Plancus sibi persuaserat fore, ut Lepidus se secum coniungeret et communi causae rei publicae succurreret. In eo se errasse nuntiaverat paullo post ep. 835. *SCH.* — *id effugerit,* ut non erret. Er-

Verum, ut errare, mi Plance, potuisti: — quis enim id
effugerit? — sic decipi te non potuisse quis non videt?
Nunc vero etiam iam erroris causa sublata est. Culpa
enim illa, »bis ad eundem,« vulgari reprehensa proverbio
est. Sin, ut scripsisti ad collegam, ita se res habet,
omni cura liberati sumus: nec tamen erimus prius, quam
ita esse tu nos feceris certiores. Mea quidem, ut ad te 3
saepius scripsi, haec sententia est: Qui reliquias huius
belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore; quem
te et opto esse et confido futurum. Studia mea erga te,
quibus certe nulla esse maiora potuerunt, tibi tam grata
esse, quam ego putavi fore, minime miror, vehementer-
que laetor. Quae quidem tu, si recte istic erit, maiora
et graviora cognosces. Quarto Kalendas Iunias.

EPISTOLA DCCCXLI. (ad Div. X. 35.)

Dat. III. Kal. Iun. a Ponte Argenteo A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Lepidus recepti Antonii causam in suos milites confert, dissensionem civium inique ferentes. 1—2.

LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. S. P. PL. Q. R. 1

S. V. liberique vestri V. B. E. E. Q. V. Deos hominesque testor, Patres conscripti, qua mente et quo animo semper in rem publicam fuerim et quam nihil antiquius communi salute ac libertate iudicarim; quod vobis brevi probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in civibus conservandis communique pace, seditione facta, retinuit meque tantae multitudinis civium Roma-

---

rare humanum. — *etiam iam.* del. *iam* Man. Vict. 2. Lamb. cfr. Interprett. ad Taciti *Dialog. de Oratt.* cap. 11. extr. *OR.* — *causa,* die Möglichkeit. — *sublata,* cognito Lepidi consilio. — *bis ad eundem* scil. lapidem offendere turpe est. Graece hoc proverbium hoc senario, quem Zenodotus retulit, expressum est: *Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν εἰςκρούειν λίθον.* — *ad collegam* D. Brutum. S. §. 2.

3. *confectorem,* Vollender. — *vehementerque,* wo *que* = sed nach *minime.* — *si recte istic erit,* wenn dort bei Euch Alles gut gehen wird d. i. wenn ihr den Antonius schlag't oder tödtet. — *graviora,* folgereicher. — *IV. Kal. Iun.,* am 29. Mai.

1. *patres conscripti,* vereinte Väter, Herrn des Gesammtraths. — *antiquius,* carius, pretiosius. — *probassem* ducendo contra Antonium exercitu. — *proprium,* quo institueram aggredi Antonium. — *extors.,* aus den Händen gewunden. — *pace* conservanda. — *seditione facta,* indem es sogar einen Aufstand machte. — *retinuit,*

norum salutis atque incolumitatis causam suscipere, ut
2 vere dicam, coëgit. In qua re ego vos, Patres conscripti, oro atque obsecro, ut, privatis offensionibus omissis, summae rei publicae consulatis, neve misericordiam nostram exercitusque nostri in civili dissensione sceleris loco ponatis. Quod si salutis omnium ac dignitatis rationem habueritis, melius et vobis et rei publicae consuletis. Data III. Kal. [Iun.] a ponte Argenteo.

EPISTOLA DCCCXLII. (ad Div. XI. 13.)

Scr. Pollentiae Maio exeunte A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Respondet epistolae Ciceronis, quae est huius ed. 833; tarditatem suam in persequendo Antonio excusat; quo in statu res sit, exponit. 1—5.

D. BRUTUS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI.

Iam non ago tibi gratias: cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri. Attendere te volo, quae in manibus sunt. Qua enim prudentia es, nihil te fugiet, si meas literas diligenter legeris. Sequi confestim Antonium his de causis, Cicero, non potui:

---

beibehalten. Egregia tantae proditionis excusatio. Sed alludit, quod refert Suetonius, Iulium acie Pharsalica victorem proclamasse, ut civibus parceretur et cuique suorum, quem vellet, unum partis adversae servare concessisse. c. 75. *GRONOV.* Plutarchus quidem narrat milites Lepidi misisse ad Antonium eumque hortatos esse, ut, si Lepidus eum non reciperet, castra eius oppugnaret; se velle eum iuvare, immo etiam Lepidum trucidare: quae tamen omnia Lepidum astute machinatum esse Strothius existimat, cui facile assentior. *SCH.* — *causam suscipere,* salutem atque incolumitatem tantae m. civ. R. defendere et prohibere, ne pugna civium fieret in cives. Factum igitur meum boni consulatis; nam coactus sum id facere.

2. *privatis off. om.,* mit Beiseitesetzung aller Privatbeleidigungen. Ciceronis potissimum odium in Antonium tangere videtur. *SCH.* Also er begehrt eine Art Amnestie. — *ut . . . summae r. p. consul.,* das Gesammtwohl des Staats vor Augen zu haben. — *neve . . . sceleris loco ponatis,* „und . . . nicht für ein Verbrechen zu erklären.“ Eigentlich meint er damit, ne nos ob hanc misericordiam iudicetis hostes. — *sceleris loco,* proditae scilicet rei publicae et causae optimatium desertae. — *III. Kal.* [*Iun.*], quod addidit Vict. 2., am 30. Mai. Quam honestam speciem scelerato facto Lepidus praetendit!

1. *referre* gratias. — *res,* die Natur der Sache. — *quae in man. sunt,* was ich Dir hiemit einhändigen lasse. — *Qua . . prud. es* = pro tua prudentia. — *nihil te fugiet,* fallet, i. e. facile omnia

eram sine equitibus, sine iumentis: Hirtium perisse nesciebam: Caesari non credebam prius, quam convenissem et collocutus essem. Hic dies hoc modo abiit. Postero 2 die mane a Pansa sum arcessitus Bononiam. Quum in itinere essem, nuntiatum mihi est eum mortuum esse. Recurri ad meas copiolas; sic enim vere eas appellare possum. Sunt extenuatissimae et inopia omnium rerum pessime acceptae. Biduo me Antonius antecessit, itinera multo maiora fugiens, quam ego sequens. Ille enim iit passim, ego ordinatim. Quacunque iit, ergastula solvit, homines arripuit, constitit nusquam prius, quam ad Vada venit. Quem locum volo tibi esse notum. Iacet inter Apenninum et Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Quum abessem ab eo millia passuum triginta et se iam 3 Ventidius coniunxisset, concio eius ad me est allata: in qua petere coepit a militibus, ut se trans Alpes sequerentur: sibi cum M. Lepido convenire. Succlamatum est, et frequenter a militibus Ventidianis, — nam suos valde quam paucos habet — sibi aut in Italia pereundum esse aut vincendum: et orare coeperunt, ut Pollentiam iter fa-

---

poteris intelligere. — *sine iumentis,* ohne Packvieh. — *nesciebam.* E Cdd. Dresd. tert. et Hittorp. addunt: *Aquilam perisse nesciebam* Weiske. Bened. Sch. in Ed. mai. Lün. Quae quum Md. ignoret, interpolatori tribuenda erunt. Sunt autem desumpta ex *Lib.* 10. Ep. 33. *ibi Hirtium quoque perisse et Pontium Aquilam.* Ne Brutus quidem sic scripsisset, sed: *Hirtium, Aquilam perisse nesciebam,* vel *Hirtium p. nesc., Aquilam. OR.* — *Caesari,* Octaviano. — *Hic dies,* primus ille dies. — *abiit,* verging, ging vorüber.

2. *in itinere,* auf dem Wege zu ihm, unterwegens. — *extenuat.,* äusserst zusammen geschmolzen; *male acceptae,* ausgemergelt, afflictae. — *antecessit,* um 2 Tage war mir Antonius voraus. — *itinera multo maiora fugiens,* indem er weit grössere Märsche auf der Flucht machte. *Itinera fugere* non magis offendit, quam *iter ire;* Scriptor de Bell. Afric. 6: *iter pergere,* ac similia. *itinera fecit multo m. fugiens* ex interpolat. Graev. Sch. Lün. *OR.* — *passim,* zerstreut; *ordinatim,* in geschlossenen Gliedern. *passim* i. e. non instructis ordinibus, ut libere et celerius eius milites iter facerent. *WEISKE.* — *ergastula,* carceres, in quibus detinebantur servi. — *solvit,* aperuit i. e. liberavit servitia. — *Vada* Sabatia, Sabatiorum campos palustres (Marschländern) prope oppidum maritimum in ora Genuensi Sabata dictum. Vid. ep. 814, 3.

3. *millia pass. trig.* = 7 bis 8 Deutsche Meilen. — *Ventidius coniunxisset* cum Antonio. Cf. ep. 814, 3. — *concio eius,* die Anrede des Antonius an dieses verbundene Heer. — *trans Alpes* ad Lepidi castra, in Galliam. — *sibi c. L. convenire,* er sei mit Lepidus bereits einverstanden. — *succlamatum est,* da wurde ihm entgegen geschrieen. — *et freq.* quidem. — *Pollentiam,* eine Stadt in

cerent. Quum sustinere eos non posset, in posterum diem
4 iter suum contulit. Hac re mihi nuntiata, statim quinque cohortes Pollentiam praemisi meumque iter eo contuli. Hora ante praesidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius cum equitibus. Sane quam sum gavisus: in hoc enim victoriam puto consistere. In spem venerant, quod neque Planci quattuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur neque ex Italia tam celeriter exercitum traiici posse credebant. Quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges equitatusque omnis, qui eo praemissus erat a nobis, sustinebant; nostroque adventu sustineri facilius posse confidimus. Tamen, si quo etiam casu Isaram se traiecerint, ne quod detrimentum rei publicae iniungant,
5 summa a nobis dabitur opera. Vos magnum animum optimamque spem de summa re publica habere volumus, quum et nos et exercitus nostros singula concordia coniunctos ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis dareque operam, ut quam paratissimi et ab exercitu reliquisque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus; qui quidem eas copias, quas diu simulatione rei publicae comparabant, subito ad patriae periculum converterunt.

Ligurien, das ietzige Dorf Pollenza. — *iter facerent* i. e. facere sibi liceret. — *contulit,* distulit, verschob er.

4. *eo contuli,* richtete meinen Marsch dahin. — *Trebellius,* Antonii praefectus. Olim cum Dolabella tribunus pl. fuerat. Vid. Philipp. VI et X. — *Sane quam* = valde. — *In spem venerant,* sie waren voll Hoffnung hieher gekommen. — *traïici,* hieher geführt werden, traduci. — *Quos* tamen Antonii milites st. quorum impetum . . *sustinebant,* leisteten Widerstand, reprimebant. — *arroganter,* contumaciter, audacter, keck genug. — *Allobroges,* Pollentiae incolae *ipsi.* — *Isaram,* Galliae Transalpinae flumen, ubi erat Plancus.

5. *et nos,* me et Plancum. — *ad omnia,* zu iedem Opfer. — que = sed. — *quam parat. et ab exerc. reliquisque rebus,* so gut als nur immer möglich in Hinsicht der Truppenzahl wie der andern Kriegsbedürfnisse ausgerüstet. — *quidem,* grade. — *quas . . comparabant* i. e. simulantes se conscribere eas pro defensione rei publicae, auf deren Zusammenbringung unter dem Vorwande, es sei für die Republik, sie bedeutende Zeit verbraucht hatten, — *converterunt,* sie gegen das Vaterland zu dessen Befährdung kehrten. Hoc potissimum ad Lepidi perfidiam pertinere videtur. *SCH.*

XIII. a. (A. U. C. 711.)

D. BRUTUS COS. DESIG. M. CICERONI S. D.

Parmenses miserrimos * *. *Cetera desunt.*

EPISTOLA DCCCXLIII. (ad Div. XII. 15.)

Scr. Pergae IV. Non. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Res a se gestas exponit. 1. in Rhodios invehitur. 2—3. de Dolabella grata narrat. 4—7.

P. LENTULUS P. F. PROQ. PROPR. S. D. COS. PRAET. TR. PL. SENATUI, POPULO PLEBIQUE R.

S. V. L. V. V. B. E. V. Scelere Dolabellae oppressa Asia, in proximam provinciam Macedoniam praesidiaque rei publicae, quae M. Brutus, V. C., tenebat, me contuli et id egi, ut, per quos celerrime posset, Asia provincia vectigaliaque in vestram potestatem redigerentur.

---

desunt. Hoc fragm. Epistolae in Cd. Md., vel iam eius ἀρχετύπῳ nescio quo casu omissae, hincque prorsus deperditae h. l. ex indice Mediceo inseruit Vict. 2. *OR.*

P. Cornelius *LENTULUS* Spinther, der Sohn des aus ep. 92 im Anf. bekannten Lentulus, wurde in eben dem Iahre, wo er die Toga virilis anlegte, schon Augur unter dem Consulate seines Vaters und hatte sich, um das werden zu können, vom Manlius Torquatus adoptiren lassen, aber dessen Namen nicht angenommen. S. Cic. pro Sext. c. 69 und Dio XXXVIII. Er wollte auch Einer der gegen Cäsar Verschworenen gewesen sein. S. ad Divers. XII, 14 und Plutarch. Nach Cäsars Ermordung ging er mit dem Consul Trebonius als dessen Quaestor nach Asien, nach dessen Ermordung durch Dolabella er sich Proprätor nannte, um mit grösserem Ansehen über die Untergebenen gebieten zu können, iedoch den Dienst eines Quästors fortsetzte. Den Wunsch, das Gouvernement von Asien wenigstens das Iahr noch unter dem Titel eines Proprätors zu behalten, gibt er in diesem und dem folgenden Briefe zu verstehen, die er in der Meinung schrieb, als ob die Consuln Hirtius und Pansa noch lebten.

1. *S. V. L. V. V. B. E. V.* Sic Md. Vict. 1. 2. = *Si valetis liberique V. V. B. E. V.* (Crat.) Ern. Sch. Lün. *S. V. L. Q. V. V. B. E. E. Q. V.* Lamb. *OR.* — *Scelere*, perfidia, Verrath; et quod alienam provinciam hostili more invasit et quod Trebonium, cum quo familiarissime collocutus erat, violata fide occidit. *MANUT.* S. zu ep. 430 im Anf. — *oppressa Asia*, Smyrna capta. — *praesidia*, zu den Schutzheeren. — *V. C.* = vir clarissimus. — *tenebat*, unter seinem Befehle hatte. — *posset* scil. fieri. Md. Vict. 1. 2. *possent. OR.* — *in v. pot. red.*, wieder in Eure Gewalt zurückgebracht würden. Nämlich durch die Armee des M. Brutus. — *corrept.*

Quod quum pertimuisset Dolabella, vastata provincia, correptis vectigalibus, praecipue civibus Romanis omnibus crudelissime denudatis ac divenditis, celeriusque Asia excessisset, quam eo praesidium adduci potuisset: diutius morari aut exspectare praesidium non necesse habui et quam primum ad meum officium revertendum mihi esse existimavi, ut et reliqua vectigalia exigerem et quam deposui pecuniam colligerem: quidquid ex ea correptum esset aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem quam
2 primum et vos de omni re facerem certiores. Interim quum per insulas in Asiam naviganti mihi nuntiatum esset classem Dolabellae in Lycia esse Rhodiosque naves complures instructas et paratas in aqua habere, cum iis navibus, quas aut mecum adduxeram aut comparaverat Patiscus Proq., homo mihi quum familiaritate, tum etiam sensibus in re publica coniunctissimus, Rhodum reverti, confisus auctoritate vestra senatusque consulto, quo hostem Dolabellam iudicaratis; foedere quoque, quod cum iis, M. Marcello, Ser. Sulpicio *consulibus* renovatum erat: quo iuraverant Rhodii eosdem hostes se habituros, quos S. P. Q. R. Quae res nos vehementer fefellit. Tantum enim afuit, ut illorum praesidio nostram firmaremus classem, ut etiam a Rhodiis urbe, portu, statione,

---

vect., die Einkünfte weggenommen hatte. — *omnibus* om. Cdd. aliq. prob. Graevio. „In declamatore hoc non nimis ad veritatem exigendum est.“ Weiske. *OR.* — *denud. ac divend.* (Lamb. *divexatis*), nachdem er alle dort ansässigen Römischen Büger rein ausgezogen und ihr Vermögen verkauft hatte. — *celeriusque Asia.* Lamb. *et vastata . . . celerius Asia* prorsus, ut vult Madvig. I. p. 137. *OR.* — *adduci* scil. e Macedonia. — *ad meum officium*, auf meinen Posten. — *reliqua*, rückständigen. — *et . . colligerem*, und die hie und da niedergelegten Gelder einzuziehen. — *cognosc.*, zu untersuchen.

2. *paratas*, segelfertig. — *in aqua.* Wenn man von den Schiffen keinen Gebrauch machen wollte, pflegte man sie auf's Trockne zu ziehen. — *cum iis.* Sic Neap. Lamb. Man. *his* Cett. *OR.* — *Patiscus pro quaestore* ipsius Lentuli post obitum Trebonii. Da Lentulus die Befehlshaberstelle von Asien als Proprätor auf sich genommen hatte, so konnte er die Quästorgeschäfte nicht mehr allein besorgen und hatte desshalb den Patiscus zum Proquaestor ernannt. Über diesen s. ad Famil. II, 11. IX, 9. XII, 15. Pigh. ad A. U. 709. *Proq.* Sic Md. Vict. 1. 2. (pronuntiandum *Pro quaestore*). *Proquaestor* Cett. *OR.* — *sensibus in re publ.*, durch seinen Sinn für die Republik. — *auctor. v.*, auf Euer Wort. — *hostem* rei publicae. — *foedere quoque* confisus. — *cum iis* (Sch. Lün. *his*) i. e. Rhodiis. — *consulibus*, necessarium suppl., om. Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened., habent Neap. Lamb. Ern. Sch. Lün. *OR.* „im I. 703.“ — *Tantum . . . afuit, ut . . . ut*, anstatt dass u. s. w.

quae extra urbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites; nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur. Quam indignitatem deminutionemque maiestatis non solum iuris nostri sed etiam imperii populique Romani idcirco tulimus, quod interceptis literis cognoramus Dolabellam, si desperasset de Syria Aegyptoque, quod necesse erat fieri, in naves cum omnibus suis latronibus atque omni pecunia conscendere esse paratum Italiamque petere: idcirco etiam naves onerarias, quarum minor nulla erat duûm millium amphorûm, contractas in Lycia a classe eius obsideri. Huius rei ti- 3
more, Patres conscripti, percitus iniurias perpeti et cum contumelia etiam nostra omnia prius experiri malui. Itaque ad illorum voluntatem introductus in urbem et in senatum eorum, quam diligentissime potui, causam rei publicae egi: periculumque omne, quod instaret, si ille latro cum suis omnibus naves conscendisset, exposui. Rhodios autem tanta in pravitate animadverti, ut omnes firmiores putarent, quam bonos; ut hanc concordiam et conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense non crederent esse factam: ut patientiam senatus et optimi cuiusque manere etiamnunc confiderent nec potuisse audere quemquam Dolabellam hostem iudicare: ut denique omnia, quae improbi fingebant, magis vera existimarent, quam quae vere facta erant et a no-

— *statione*, loco extra portum, quo naves appellere possunt; *eine Rhede. SCH.* — *aqua* ad bibendum, quam peterent in terram egressi. *ERNESTI.* — *reciper.*, wurden wir kaum eingelassen. — *pop. Romani.* Ern. Sch. Lün. *deminutionemque non solum iuris nostri, sed etiam maiestatis imperiique P. R.* partim de Rubenii coniectura. *ORELLI.* „Diese Schmach und Schmälerung . . . liessen wir uns bloss desswegen gefallen. — *si desperasset de S.*, wenn er Syrien und Ägypten aufgeben müsste. S. ep. 798. — *duûm millium amphorûm* i. e. amphorarum, als von 2000 Eimern = 56 Tonnen. Über die Auslassung von *quam* nach *minor* s. Ramsh. §. 155, 2. Grotef. §. 387. — *contractas in Lycia*, die er in Lycien aufgebracht hatte. — *obsideri*, custodiri.

3. *ad illor. volunt.*, sicut ipsi volebant. — *causam rei p. egi*, das Interesse der Republik vortrug. — *latro*, Dolabella. — *conscend.*, ut Italiam peteret. — *tanta in pravitate* st. tam pravos, bei so verkehrter Ansicht und Gesinnung. *tanta esse pravitate* Lamb. *tanta importunitate* Cdd. aliq. Crat. Bened. Sch. in Ed. mai. *OR.* ep. 844, 3. steht *improbitatem.* — *omnes firmiores putarent*, dass sie iede andere Partei, den Dolabella, Antonius für stärker hielten. — *bonos*, die Patrioten. — *propense non . . esse factam* i. e. faventibus, inclinatis animis, rühre nicht aus freiwilligem Entschlusse und aus Geneigtheit für die Sache her. — *patientiam*, Gelassen-

4 bis docebantur. Qua mente etiam ante nostrum adventum post Trebonii indignissimam caedem ceteraque tot tamque nefaria facinora binae profectae erant ad Dolabellam legationes eorum, et quidem novo exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus iis, qui tum magistratus gerebant. Haec, sive timore (ut dictitant,) de agris, quos in continenti habent, sive furore, sive impotentia paucorum, qui et antea pari contumelia viros clarissimos affecerant et nunc maximos magistratus gerentes nullo exemplo, neque nostra ex parte, neque nostro praesentium neque imminenti Italiae urbique nostrae periculo, si ille parricida cum suis latronibus, navibus, ex Asia Syriaque expulsus, Italiam petisset, mederi quum facile

---

heit; dass sie sich Alles gefallen liessen. — *doceb.*, ihnen dargelegt wurde.

4. *Qua mente*, in dieser Überzeugung. — *novo exemplo*, mittelst eines Verfahrens ganz neuer Art. Indem Privatpersonen im Namen der Stadt eine Gesandtschaft abschickten. — *iis.* Md. Vict. 2. *his.* — *Haec.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened.; quod explicari potest per ἀνακόλουθον, cuiusmodi aliquot habet Lentulus, scribendi haud optimus artifex: quasi dicere primum in animo habuisset: „Haec . . nullo exemplo . . . . fecerunt: neque . . . voluerunt." *Nec* e Cdd. aliq. Weiske. *Hinc* Sch. Lün. coni. Venerat aliquando in mentem: *Hic. ORELLI. Haec* fiunt, facta sunt, das Alles rührt her aus u. s. w. — *timore.* Md. *sive timorem.* Hinc: *sive timor est . . . sive furor* Cdd. aliq. Lall. Bened. *OR.* — *de agris, . . in continenti* auf dem Festlande von Asien; also weil sie diese zu verlieren besorgten, wenn sie dem Dolabella nicht schmeichelten. — *impotentia.* Sic optima coni. Asc. 1. *potentia* de Egnatii coni. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* „oder aus Muthwillen einer Minderzahl." — *viros clar.*, Pompeium, L. Lentulum, P. Lentulum Spintherem, quos Rhodii post pugnam Pharsalicam fugientes haud receperant. Cf. ep. 843. *SCH.* — *et nunc . . gerentes*, und die leider grade ietzt auf Rhodus die höchsten Ämter verwalten. S. ep. 844, 3. Andere erklären: als ietzt mich und Andere, welche die höchsten obrigkeitlichen Ämter verwalten. *et* nach pari = als. *gerentium* Graeteri susp. *nunc quam maxime nos magistratus gerentes* scil. affecerunt Sch. coni. *ORELLI.* ut Lentulus clarius enuntietur, qui duo magistratus nunc gerebat, proquaestoris et propraetoris. — *nullo exemplo*, beispiellos, unerhört. Iungenda autem haec: *nullo exemplo* i. e. praeter omne exemplum, contumeliâ inauditâ, et: *neque nostra ex parte* i. e. lacessiti, nulla omnino nostra culpa, cum v. *affecerant. ORELLI.* — *neque* (in Bezug auf *qui*) *nostro praesentium* periculo (unserer Gefahr hier; periculo meo, qui praesens aderam cum militibus meis. Ern. vermuthete *praesenti.* S. aber Ramsh. §. 158, 4. Not. 1. 2.) *neque immin. . . . periculo . . .* mederi *voluerunt.* Es ist *imminenti* kurz gesagt für *quod immineret Italiae . . .*, *si ille* cet. — *parricida*, Vaterlandsmörder-Verräther, Dolabella. — *mederi*, abhelfen. — *voluerunt* ex antiqua correct. Crat. Lamb. Sch. *noluerunt* Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. Lün. *ORELLI.*

possent, voluerunt. Nonnullis etiam ipsi magistratus ve- 5
niebant in suspicionem detinuisse nos et demorati esse,
dum classis Dolabellae certior fieret de adventu nostro.
Quam suspicionem consecutae res aliquot auxerunt:
maxime quod subito ex Lycia Sex. Marius et C. Titius,
legati Dolabellae, a classe discesserunt navique longa
profugerunt, onerariis relictis: in quibus colligendis non
minimum temporis laborisque consumpserant. Itaque
quum ab Rhodo cum *iis*, quas habueramus, navibus in
Lyciam venissemus, naves onerarias recepimus dominis-
que restituimus: iidemque, quod maxime verebamur, ne
posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire,
timere desiimus: classem fugientem persecuti sumus us-
que Sidam, quae extrema regio est provinciae meae. Ibi 6
cognovi, partem navium Dolabellae diffugisse, reliquas
Syriam Cyprumque petisse. Quibus disiectis, quum sci-
rem, C. Cassii, singularis civis et ducis, classem maxi-
mam fore praesto in Syria, ad meum officium reverti:
daboque operam, ut meum studium, diligentiam vobis,
Patres conscripti, reique publicae praestem: pecuniam-
que, quam maximam potero et quam celerrime cogam
omnibusque rationibus ad vos mittam. Si percurrero
provinciam et cognovero, qui nobis et rei publicae fidem
praestiterunt in conservanda pecunia a me deposita, qui-
que scelere ultro deferentes pecuniam publicam hoc mu-

---

5. *demorati esse.* Recte defendit Schellerus in animadv. ad vett. scriptt. Nominativus recte se habet. Sic Dolabella ad Div. IX, 9. (390) *etsi nullo tempore in suspicionem tibi debui venire . . . suadere,* ubi post formulam *in suspicionem venire* non sequitur *me suadere*, sed simpliciter *suadere*, ut nominativus intelligatur. *WEISKE.* Vgl. Ramsh. §. 168, B, 2. N. 3. 4. *consec. res aliq.*, einige hierauf erfolgte Umstände. C. *Titius*, der unter dem Consulate des Paullus und Marcellus praetor urbanus gewesen war. S. zu ep. 218. im Anf. — *cum iis.* Md. Vict. 1. 2. Beng. *cum quas.* Hic *iis* tamen necessarium est supplem. *ORELLI.* Vgl. Ramsh. §. 159, 3, b. Not. — *naves oner. recep.*, quas Dolabellae legati reliquerant. — *iidemque,* und gleichfalls, zugleich, hiemit. — *Sidam* in Pamphylien.

6. *petisse,* auf . . . zugesteuert sei. — *quum scirem,* zumahl da ich wusste. — C. *Cassii* s. zu ep. 241. im Anf. — *fore praesto,* bereit liegen, sein würde. — *ad off. m.*, zu meinem Posten. — *omnibusque rationibus.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Beng. Lall. Est: „omni modo, utcunque potero, Ital. per ogni verso“: ut *Libr.* 8. Ep. 11. *cui omnibus rationibus comitiales eripiebantur.* Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *omnibusque cum rationibus* (nebst den nöthigen Berechnungen). *ORELLI.* — *deferentes,* dem Dolabella überantwortend, abliefernd. — *hoc munere . . inierunt*, i. e. fecerunt se participes scelerum Dolabellae, durch diese Gabe in ein

nere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. De quibus, si vobis videbitur, si, ut meriti sunt, graviter constitueritis nosque vestra auctoritate firmaveritis: facilius et reliqua exigere vectigalia et exacta servare poterimus. Interea quo commodius vectigalia tueri provinciamque ab iniuria defendere possim, praesidium voluntarium necessariumque comparavi.

7 His literis scriptis, milites circiter xxx, quos Dolabella ex Asia conscripserat, e Syria fugientes in Pamphyliam venerunt. Ii nuntiaverunt Dolabellam Antiocheam, quae in Syria est, venisse: non receptum, conatum esse aliquoties vi introire: repulsum semper esse cum magno suo detrimento; itaque centum circiter amissis, aegris relictis, noctu Antiochea profugisse Laodiceam versus: ea nocte omnes fere Asiaticos milites ab eo discessisse: ex his ad octingentos Antiocheam redisse et se iis tradidisse, qui a Cassio relicti urbi illi praeerant; ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse; quo ex numero se quoque esse dicebant: Cassium autem cum suis omnibus copiis nuntiatum esse quatridui iter Laodicea afuisse tum, quum Dolabella eo tenderet. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem poenas daturum. IIII. Nonas Iunias, Pergae.

Schandthatenverein mit Dolabella getreten sind. — *const.*, iudicaveritis. — *firmav.*, mit Eurem Befehle unterstützt habt. — *voluntarium*, aus Freiwilligen bestehend.

7. *His lit. script.* Also eine Nachschrift! — *ex Asia*, wo er damahls gewesen war. — *in Pamphyliam*, ad urbem *Pergam* (nunc Pirpi) scilicet, ubi has literas scripsit Lentulus. *SCH.* — *Ii.* Sic Neap. *Hi* Cett. *ORELLI.* — *non receptum* kurz für quum non receptus esset, da er nicht eingelassen wäre. — *Laodiceam*, wohl die Seestadt in Syria Cassiotis. S. ep. 744, 4. — *ex his*, Neap. *iis.* — *se iis*, Md. *his.* — *Amanum* montem inter Syriam et Ciliciam. — *Laodicea.* Crat. Lamb. *a Laod.*, ut *abesse a Colophone* Liv. 37, 26, 5. F. *Pergâ. ORELLI.* — *op. celer.*, schneller als man glaubt. — *IIII. Non. Iun.*, am 2. Iunius.

EPISTOLA DCCCXLIV. (ad Div. XII. 14.)

Scr. Pergae IV. Non. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Exponit res a se gestas. 1—2. Rhodios accusat. 3—4. procurationem Asiae petit. 5. merita sua in rem publicam commemorat. 6—8.

LENTULUS CICERONI SUO S. P. D.

Quum Brutum nostrum convenissem eumque tardius in Asiam venturum animadverterem, in Asiam redii, ut reliquias mei laboris colligerem et pecuniam quam primum Romam mitterem. Interim cognovi in Lycia esse classem Dolabellae ampliusque centum naves onerarias, in quas exercitus eius imponi posset: idque Dolabellam ea mente comparasse, ut, si Syriae spes eum frustrata esset, conscenderet in naves et Italiam peteret seque cum Antoniis et reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei tanto in timore fui, ut, omnibus rebus relictis, cum paucioribus et minoribus navibus ad illas ire conatus sim. Quae res, si a Rhodiis non essem interpellatus, 2
fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte profligata est, quoniam quidem classis dissipata est adventus nostri timore; milites ducesque effugerunt, onerariae omnes ad unam a nobis sunt exceptae. Certe — quod maxime timui — videor esse consecutus, ut non possit Dolabella in Italiam pervenire nec suis sociis firmatis durius vobis efficere negotium. Rhodii nos et rem pu- 3
blicam quam valde desperaverint, ex literis, quas publice misi, cognosces. Et quidem multo parcius scripsi: mi-

---

1. *Brutum,* M. Brutum, qui Macedoniae praeerat. Cfr. ep. 843. — *tardius,* zu spät. — *reliquias mei laboris,* pecuniam, quae mihi debebatur quaestori, den Rest meiner Gefälleinzüge; vectigalia reliqua. S. §. 5. — *ampliusq. centum.* Crat. *amplius quam centum.* *ORELLI.* *quam* Glosse. — *ea mente,* eo consilio. — *frustrata esset,* Cassio Syriam tenente. — *ad illas,* contra Dolabellae naves.

2. *interpellatus,* impeditus. — *sublata* i. e. periculum a Dolabella metuendum sublatum fuisset. — *profligata,* vereitelt, abgeschlagen. — *quoniam.* Sic scripsi. *quando quidem* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Lall. Sch. Lün. *ORELLI.* So ep. 836, 3. — *ad unum,* nulla excepta, in's gesammt, ohne Ausnahme. — *suis sociis firmatis* cet., und durch Verstärkung seiner Bundesgenossen, der Antonianer, Euch den Kampf nicht erschweren kann.

3. *quam valde desper.* i. e. quam insolentes erga nos fuerint, quod de re publica et bonis partibus actum putarent. *SCH.* — *ex literis, quas publice misi,* aus meinem Amtsberichte. Er meint den vorig. Brief. — *multo parcius,* viel schonender, scil. quam scribere potuissem de improbitate Rhodiorum. Sic Md. Neap. Asc. Crat. Vict. 1. 2. *scripsi, quam re vera furere eos inveni. Quod vero ali-*

rari noli; mira est eorum amentia. Nec me meae ullae privatim iniuriae unquam: malus animus eorum in nostra salute, cupiditas partium aliarum, perseverantia in contemptione optimi cuiusque ferenda mihi non fuit. Nec tamen omnes perditos esse puto: sed iidem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clarissimos non receperunt, iidem tamquam aliquo fato et nunc aut magistratum gerunt aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. Itaque eadem superbia in pravitate utuntur. Quorum improbitatem aliquando retundi et non pati impunitate augeri non solum utile est rei publicae nostrae, sed etiam
4 necessarium. De nostra dignitate velim tibi ut semper curae sit: et, quocunque tempore occasionem habueris, et in senatu et ceteris rebus laudi nostrae suffragere. Quoniam consulibus decreta est Asia et permissum est iis, ut, dum ipsi venirent, darent negotium, qui Asiam

---

quid de his scripsi, mirari noli e Cdd. interpolatis (v. c. Dresd. tert.) Crat. Manut. Lamb. *scripsi, quam re vera eos facere inveni. Quod vero scripsi, mirari noli* Sch. coni. Lün. *ORELLI.* — *mirari noli,* quod ita sint perfidi; finde Du das nicht auffallend; ne putes me aliquo privato affectu infensum falso de iis conqueri, conquestum esse. — *unquam.* Sic Md. (?) Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Bened. *nec meae ullae pr. iniur. u.* Vict. 2. prorsus, ut volebat Cortius: videndumque, annon sio habeat ipse Med. In margine Md. alia manu: *moverunt.* Hinc Neap. Man. Lamb. *nec meae ullae pr. ini. moverunt u.* Sch. Lün. *nec in me ullae privatim ini. unquam* scil. fuere, quasi e libris Manutii, qui tamen e gloss. addebant *fuere,* neutiquam vero *nec in me. ORELLI.* „doch bewogen mich zu meinen Klagen keine Beleidigungen, die ich für meine Person erlitten hätte." — *in nostra salute.* Sic Md. Vict. 1. 2. Beng. i. e. in re, ubi agitur nostra salus. *in nostram salutem* Ceteri. *ORELLI.* — *cupiditas p. al.,* ihre Anhänglichkeit an die gegenseitige Partei; quod faveant partibus Dolabellae et Antonii. — *optimi cuiusque,* von Allem, was Patriot heisst. — *perditos,* perversae mentis. — *fugientem* ex pugna Pharsalica. Vid. Caes. de B. Civ. c. 102. *MANUT.* — *L. Lentulum,* qui consul cum C. Marcello fuit anno primo civilis belli. *MANUT.* — *iidem,* inquam. Epanalepsis. — *utuntur* adversus nos; und so behandeln sie bei ihrer verkehrten Gesinnung auch uns mit demselbigen Übermuthe. — *retundi,* gesteuert werde.

4. *De n. dign.,* Was unsere Würde betrifft. — *et ceteris rebus,* und anderswo. Sic Md. Vict. 1. 2. *in cet.* Lamb. Seqq. Cfr. *Ep.* 21. *ORELLI.* — *laudi nostrae suffragere,* und dass Du der uns zugedachten Ehre Deine Beistimmung geben mögest. — *consulibus,* Pansae et Hirtio, quos Lentulus, quum hoc scribebat, obiisse nesciebat. *MANUT.* „Einem der beiden Consuln." — *iis.* Md. Crat. Vict. 1. 2. *his.* — *darent negotium, qui Asiam obtineant,* einen Be-

obtineant: rogo te, petas ab iis, ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant et mihi dent negotium, ut Asiam obtineam, dum ipsorum alteruter venit. Nam, quod huc properent in magistratu venire aut exercitum mittere, causam non habent. Dolabella enim in Syria est: et — ut tu divina tua mente prospexisti et praedicasti — dum isti veniunt, Cassius eum opprimet. Exclusus enim ab Antiochea Dolabella et in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus urbe, Laodiceam, quae est in Syria ad mare, se contulit. Ibi spero celeriter eum poenas daturum. Nam neque, quo refugiat, habet: neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere. Spero etiam confectum esse iam et oppressum Dolabellam.
Quare non puto Pansam et Hirtium in consulatu properaturos in provincias exire, sed Romae acturos consulatum. 5
Itaque, si ab iis petieris, ut interea nobis procurationem Asiae dent, spero te posse impetrare. Praeterea mihi promiserunt Pansa et Hirtius coram et absenti mihi scripserunt, Verrioque nostro Pansa affirmavit se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego porro non, medius fidius, cupiditate provinciae produci longius spatium mihi volo: nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, detrimenti. Quae ego ne frustra subierim neve prius, quam reliquias meae diligentiae consequar, decedere cogar, valde laboro. Nam, si potuissem, quam exegeram pecuniam, universam mittere, postularem, ut mihi succederetur: nunc, quod Cassio

---

vollmächtigten zur Verwaltung von Asien zu ernennen. — *ab iis*, Md. Crat. Vict. 1. 2. *ab his.* — *venit.* Ern. con. Sch. Lün. *venerit.* *ORELLI.* S. Ramsh. §. 189, 1, 3. Grotef. §. 411. 422. Anm. 2. — *in magistratu*, während ihres Consulats; in consulatu, §. 5. — *divina . . mente* i. e. divinatrice, vera praesagiente, mit prophetischem Geiste. — *praedicasti*, Lamb. *praedixisti.* — *isti*, consules, — *veniunt.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Lall. Bened. *venient* Cdd. aliq. Neap. Asc. 1. Lamb. Sch. Lün. *ORELLI.* — *in Syria*; alia enim Laodicea est in Asia. — *sustinere*, Widerstand leisten; parem esse. Was sich auch nach Velleius II, 69. bald bestätigte.

5. *acturos*, finituros, peracturos. — *ab iis.* Sic Neap. *ab his* Ceteri. *ORELLI.* — *Verrio.* S. ad Famil. IX, 20. 26. — *ne in suo consul. m. succed.*, dass ich während ihres Consulats in meinem Amte nicht solle abgelöset werden. — *produci*, prorogari *long. spat.*, dass meine Amtsfrist verlängert werde. — *Quae* scil. labores, pericula, detrimentum, *ne frustra subierim*, Diesem Allen mich nicht ohne Dank unterzogen . . . zu haben, daran liegt mir Viel. — *reliquias meae dilig.*, wie §. 1. *mei laboris*, die Rückstände meiner Betriebsamkeit. Quaenam hae sint, statim explicatur verbis, quae sequuntur. *SCH.* — *consequar*, colligam. — *ut mihi suc-*

dedi, quod Trebonii morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellae aut perfidia eorum, qui fidem mihi reique publicae non praestiterunt, id consequi et reficere volo: quod aliter non potest fieri, nisi spatium habuero. Id ut per te consequar, velim, ut solet, tibi curae sit.
6 Ego me de re publica puto esse meritum, ut non provinciae istius beneficium exspectare debeam, sed tantum, quantum Cassius et Bruti, non solum illius facti periculique societate, sed etiam huius temporis studio et virtute. Primus enim ego leges Antonias fregi; primus equitatum Dolabellae ad rem publicam traduxi Cassioque tradidi: primus delectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam: solus Cassio et rei publicae Syriam exercitusque, qui ibi erant, coniunxi. Nam, nisi ego tantam pecuniam tantaque praesidia et tam celeriter Cassio dedissem, ne ausus quidem esset ire in Syriam, et nunc non minora pericula rei publicae a
7 Dolabella instarent, quam ab Antonio. Atque haec omnia is feci, qui sodalis et familiarissimus Dolabellae eram, coniunctissimus sanguine Antoniis, provinciam quoque illorum beneficio habebam: sed πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον

---

ced., dass man mir einen Nachfolger schickte. — *consequi et reficere*, wieder beizubringen und anzuschaffen. — *spatium* longius, längere Zeit, Amtsfrist.

6. *puto*, Crat. *ita puto*. — *ut non . . . debeam*, dass ich die Übertragung dieser Provinz auf mich eben nicht als eine Gnade anzusehen brauche, sondern eben so Viel erwarten darf, als u. s. w. — *Bruti*, die beiden Bruti, Decimus und Marcus. — *illius facti peric. soc.*, weil ich nicht bloss iener ihre That und Gefahr theilte. His verbis Lentulus fatetur se in eorum numero fuisse, qui adversus Iulium Caesarem conspiraverant; etsi eius nomen ab iis, qui coniuratorum nomina recensuerunt, praeteritum videmus. *SCH.* — *sed etiam . . virtute*, quam praestiti, ut incolumis esset respublica, sondern weil ich es auch seit iener Zeit weder an Eifer noch Muth für die Republik fehlen liess. — *leges Antonias*, quas consul M. Antonius tulerat, quibus rata fecerat, quae erant aut esse fingebantur in actis Caesaris, leges quoque in Caesaris interfectores. — *fregi*, everti; zerbrach; weil sie Fesseln der Freiheit waren. „Primus contra eas facere ausus sum." Abrogavit enim Pansa consul, non Lentulus, e sententia Ciceronis. Philipp. V. c. 4. *MANUT.* — *traduxi* abalienatum a Dolabella. — *delectus*, Truppenaushebung, Werbungen. — *coniunxi*, zugeführt. Antonius hatte den Cassius von der Provinz Syrien ausgeschlossen. — *praesidia*, Schutzheer; nämlich die Reiterei des Dolabella, die er durch reichliche Spenden gewonnen zu haben scheint.

7. *is . . qui . . eram*, als ein Mann, der . . war. Der Römer bleibt in der ersten Person des Verbi. — *benef.*, durch ihre Verwendung;

φιλῶν, omnibus meis bellum primus indixi. Haec etsi adhuc non magno opere mihi tulisse fructum animadverto, tamen non despero nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore et periculis. Attamen si etiam aliqua gloria iusta et merita provocabimur senatus et optimi cuiusque officiis: maiore cum auctoritate apud ceteros erimus et eo plus prodesse rei publicae poterimus. Filium tuum, ad Brutum quum veni, 8
videre non potui, ideo quod iam in hiberna cum equitibus erat profectus: sed, medius fidius, ea esse eum opinione et tua et ipsius et in primis mea causa gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus teque dignus est. Vale. D. IV. Kal. Iun., Pergae.

---

nämlich des M. Antonius, seines Bruders Caius, der damals Prätor, und Lucius, der Tribunus plebis gewesen war. Unter *provinciam* ist *quaestorium munus* zu verstehen, das er ietzt verlängert und mit dem Titel und Amte eines einstweiligen Propraetors vereinigt zu sehen wünschte. — *φιλῶν*, patriam meam magis amans. Integrum senarium recitat Plutarchus *ἐν τῷ πολιτικῶν παραγγελμάτων· φιλῶ τέκν᾽ ἀλλὰ πατρίδ᾽ ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ.* sed auctorem non nominat. — *defetigabor* Md. Vict. 2. *ORELLI.* — *aliqua gloria* cet., mittelst irgend einer gerechten und verdienten Ehrenbezeigung. — *provocab.*, excitabimur, ut maiori studio rei publicae defensionem amplectamur. — *officiis*, durch Freundschaftsbeweise abseiten des Senats und iedes Patrioten.

8. *in hiberna* anno superiore, quo Lentulus ad Brutum venit. *MANUT.* M. Brutus hatte den iungen Cicero von Athen zu sich genommen und zum Präfectus equitum ernannt. Der Vater sah ihn nicht wieder; aber der Sohn entrann doch auf diese Art dessen Mördern; wogegen Quintus, Vater und Sohn, mit Marcus über kurz fielen. — *ea esse opinione* i. e. existimatione et fama, dass er in solcher Achtung steht. — *ipsius*, filii. — *IV. Kal. IUN.* De Strothii coni. Sch. in Edit. mai. Lün. - *Non. Iun.* (am 2. Iunius) F. *Pergâ. ORELLI.* Strothium vere correxisse manifestum est ex subscriptione epistolae sequentis. *SCH.*

EPISTOLA DCCCXLV. (ad Div. XI. 26.)

Scr. III. Non. Iun. ex castris A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Sollicitus ob Antonii cum Lepido coniunctionem legiones quam primum sibi et stipendium mitti postulat.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

[In] maximo meo dolore hoc solatio utor, quod intelligunt homines non sine causa me timuisse ista, quae acciderunt. Deliberent, utrum traiiciant legiones ex Africa necne et ex Sardinia, et Brutum arcessant necne: et mihi stipendium dent an decernant. Ad senatum literas misi. Crede mihi, nisi ista omnia ita fiunt, quemadmodum scribo, magnum nos omnes adituros periculum. Rogo te, videte, quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant. Et fide opus est et celeritate. III. Non. Iun. ex castris.

---

1. [*In*] om. *in* Md. Neap. Asc. 1. Vict. 1. 2. *In max.* Crat. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* — *quae accid.* Scil. accidit coniunctio Lepidi cum M. Antonio, IV. Kal. Iun., am 29. Mai. — *Deliberent* senatores. — *utrum traiiciant*, ob sie wirklich herbei ziehen wollen. — *arcessant*, M. Brutum revocent ex Macedonia. Post v. *ex Sardinia* defectus signa posuit Sch. (Lün.). *et ex Macedonia Brutum, Strothii* coniect. Duo *et* del. Lamb. *arc.* = *accersant* Md. Crat. Vict. 1. 2. — *an decernant*, oder ob sie den Sold nur beschliessen wollen. Inest in his acerbissima εἰρωνεία: „deliberent, utrum stipendium dent, an decernant dumtaxat necdum dent.“ Sic Md. Margo Crat. Vict. 1. Beng. Plerique tamen, Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün.: *an non, decernant. ORELLI.* Non constat legiones in Sardinia fuisse, quae traiici potuerint; in ep. 837. nihil de Sardinia; id quod favet Strothii coniecturae. Recte tamen G. Fr. Grotef. ex ep. 837 susp.: *et Caesarem retineant* pro *et ex Sardinia.* Cfr. 848, 6. — *Ad sen. lit. misi*, ich habe an den Senat darüber geschrieben; und doch geschieht Nichts. Haec verba Sch. transposuit post *quae acciderunt.* — *fiant* ex Edit. Rom. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *qui* = ut . . *adducant.* — *III. Non. Iun.* am 3. Iunius.

EPISTOLA DCCCXLVI. (ad Div. XI. 21.)

Scr. Romae prid. Non. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Respondet Epistolae Decimi Bruti, quae est h. ed. 838. 1—5.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

Dei isti Segulio malefaciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt! Quid? tu illum tecum solum aut cum Caesare? qui neminem praetermiserit, quicum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit? Te tamen, mi Brute, sic amo, ut debeo, quod istud quidquid esset nugarum me scire voluisti. Signum enim magnum amoris dedisti. Nam quod idem Segulius, 2
veteranos queri, quod tu et Caesar in decemviris non essetis, utinam ne ego quidem essem! Quid enim molestius? Sed tamen, quum ego sensissem de iis, qui exercitus haberent, sententiam ferri oportere: iidem illi, qui solent, reclamarunt. Itaque excepti etiam estis, me vehementer repugnante. Quocirca Segulium negligamus, qui res novas quaerit: non quo veterem comederit, — nullam enim habuit — sed hanc ipsam recentem novam devoravit. Quod autem scribis te, quod pro te ipso non 3
facias, id pro me, ut de me timeas aliquid: omni te, vir optime mihique carissime Brute, de me metu libero.

---

1. *Dei.* Sic Md. Vict. 2. *Dii* Cett. Or. — *cum Caesare* locutum esse putas? *qui* = quum is. — *eadem ista.* Vid. ep. 838, 1. — *nugarum*, levium et futilium sermonum.

2. *Segulius ait* Crat. Lamb. ex interpol. *ORELLI.* — *essem* in decemviris! — *de iis*, Md. Vict. 2. *de his.* — *sensissem*, eam sententiam dixissem, dahin gestimmt hatte. — *de iis, qui exerc. hab.* Umschreibung statt de imperatoribus, ducibus. — *sent. ferri* (Lamb. *dici*) *oportere* i. e. illorum habendam esse rationem in deligendis decemviris. — *qui solent*, ut Servilius, Calenus. — *excepti*, von der Wahl ausgeschlossen. *etiam* = sogar namentlich. — *negligamus*, missum faciamus, wir wollen gehen, fahren lassen. — *qui res novas quaerit*, der Neues sucht. Iocus ex ambiguo: partim enim significat, *qui novas res in re publica molitur*, partim, *qui novis lucris rem familiarem augere cupit. SCH.* — *non quo veterem* rem familiarem *comederit*, nicht als ob er das Alte aufgezehrt hätte. — *nullam enim hab.* Egestatem Segulii significat, antequam illud lucrum, cuius statim mentionem facit, cepisset. *SCH.* — *recentem*, quae nuper fuerit, quam calumniis sibi paravit; *novam*, quae antea numquam fuerit. Ait igitur pecuniam et nuper et primo loco Segulio obtigisse, quum antea prorsus fuerit egenus. Unde autem Segulius hanc pecuniam ceperit, utrum ex hereditate an a Caesare donatam, haud constat. *SCH.*

3. *id pro me facere* Crat. Man. Lamb. *ORELLI.* — *de me* del. de Gronovii sententia Sch. Lün. *ORELLI.* — *omni te . . . metu*

Ego enim, quae provideri poterunt, non fallar in iis: quae cautionem non habebunt, de iis non ita valde laboro. Sim enim impudens, si plus postulem, quam homini a rerum natura tribui potest. 4 Quod mihi praecipis, ut caveam, ne timendo magis timere cogar; et sapienter et amicissime praecipis. Sed velim tibi persuadeas, quum te constet excellere hoc genere virtutis, ut nunquam extimescas, nunquam perturbere, me huic tuae virtuti proxime accedere. Quamobrem nec metuam quidquam et cavebo omnia. Sed vide, ne tua iam, mi Brute, culpa futura sit, si ego quidquam timeam: tuis enim opibus et consulatu tuo, etiam si timidi essemus, tamen omnem timorem abiiceremus, praesertim quum persuasum omnibus esset mihique maxime, a te nos unice diligi.
5 Consiliis tuis, quae scribis de quattuor legionibus deque agris assignandis ab utrisque vestrûm, vehementer assentior. Itaque, quum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurrirent, disturbavi rem totamque vobis integram reservavi. Si quid erit occultius et, ut scribis, reconditum, meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te literae perferantur. Pridie Nonas Iunias.

---

libero, ich entbinde Dich aller Furcht um meinetwillen. — *non fallar*, non patiar me decipi. *in his* Md. Vict. 1. 2. — *habebunt*, admittent i. e. quae ratione et consilio caveri et vitari non poterunt. — *de iis*. Sic Neap. Crat. Lamb. *de his* Cett. cum Md. *ORELLI.*

4. *numquam perturbere*, nie ausser Fassung gebracht wirst. — *me ... accedere*, dass ich dieser Deiner Tugend sehr nahe komme. — *nec . . et*, einer Seits nicht . . . anderer Seits aber. — *culpa futura sit*, dass es nicht Deine Schuld sei, Dir zur Last falle. Decimo blandiens excitat eum, ut omni opera elaboret, ut consulatum anno insequenti gerere possit: quod futurum non esset, si Antonius superior discederet. *SCH.* — *et consulatu tuo* confidentes.

5. *ab utrisque vestrûm*, durch Euch beide, Dich und Octavian. *ab utroque vestrûm* Lamb. *collegis nostris*, decemviris. — *agr. curat.* i. e. distributionem agrorum *ligurrirent* i. e. cupide appeterent, ihnen der Mund danach wässerte. Metaphora sumpta est ab hominibus gulosis et lautitiarum nimis cupidis. — *disturbavi*, so habe ich den Handel gestört. — *integr. reserv.*, zur Entscheidung vorbehalten. — *Pridie Non. Iun.*, am 4. Iunius.

EPISTOLA DCCCXLVII. (ad Div. XI. 24.)

Scr. Romae VIII. Id. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Respondet Epistolae Bruti, quae est h. ed. 839. 1—2.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

Narro tibi: antea subirascebar brevitati tuarum literarum: nunc mihi loquax esse videor; te igitur imitabor. Quam multa quam paucis! Te recte valere operamque dare, ut quotidie melius: Lepidum commode sentire: tribus exercitibus quidvis nos oportere confidere. Si timidus essem, tamen ista epistola mî omnem metum abstersisses. Sed, ut mones, frenum momordi: etenim qui, te incluso, omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio iam vigiliam meam, Brute, tibi tradere: sed ita, ut ne desim constantiae meae. Quod scribis in Ita- 2
lia te moraturum, dum tibi literae meae veniant: si per hostem licet, non erraris; multa enim Romae: sin adventu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius. Pecunia expeditissima quae erat, tibi decreta est. Habes

---

1. *Narro tibi*, lass Dir's gesagt sein. — *antea*, zuerst. — *subirascebar*, war ich ein wenig ungehalten über. *sub* in compositione minuit. — *loquax*, redselig, in meinen Briefen. — *quam paucis* verbis scripsisti; unde pendent sequentes accus. c. Infin. S. Ramsh. §. 206, C, 2, c. — *melius* valeas. — *Lepidum commode sentire*, Lepidus sei nach Wunsch gestimmt. Nempe, quum haec Cicero scribebat, nondum Romam pervenerat Lepidi ad S. P. Q. R. epistola (h. ed. 841.). Nam Bruti epistolam (839.) datam Eporedia VIII. Kal. Iun. Cicero non prius quam duodecimo h. e. Nonis Iuniis accepisse videtur, cui postridie VIII. Id. Iun. his literis respondit. Itaque Lepidi epistola III. Kal. Iun. data Romam ante Idus Iunias perferri non potuit. *SCH.* — *quidvis*, gänzlich. — *abstersisses*, verwischt, exemisses. — *frenum momordi*, libere in senatu egi, acriter et fortiter restiti adversariis nostris. — *etenim qui* = quum ego. — *incluso*, obsesso ad Mutinam. — *putas* me facere? — *vigiliam*, meinen Posten, trop. statt curam et vigilantiam pro republica. Utinam iam consul adsis! S. Ramsh. §. 203. — *desim*, dass ich bis dahin (wo Du ausgesiegt hast und das Consulat antrittst) meiner Beharrlichkeit Nichts abgehen lasse, ohne meiner Beharrlichkeit Abbruch zu thun; nam hoc levitatis foret; peccarem.

2. *si per h. licet*, wenn Dir die Stellung des Feindes Das erlaubt. — *non erraris*, recte feceris. — *Romae* sunt, fiunt, quae a te sciri, ad te scribi opus sit; propter quae expedit te non procul ab urbe abesse. — *expedit.*, die Gelder, die zu Gebote standen. — *tibi decreta est*; de stipendio exercitui eius decreto loquitur. —

amantissimum Servium: nos non desumus. VIII. Idus Iunias.

EPISTOLA DCCCXLVIII. (ad Div. X. 23.)

Scr. Cularone ex finibus Allobrogum VIII. Id. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Excusat se, quod Lepido crediderit; accepto de coniunctione Lepidi et Antonii nuntio suas copias retraxisse significat; Octavianum cum exercitu ad se venire cupit. 1—7.

PLANCUS CICERONI.

Nunquam mehercules, mi Cicero, me poenitebit maxima pericula pro patria subire, dum, si quid acciderit mihi, a reprehensione temeritatis absim. Confiterer imprudentia me lapsum, si unquam Lepido ex animo credidissem. Credulitas enim error est magis, quam culpa: et quidem in optimi cuiusque mentem facillime irrepit. Sed ego non hoc vitio paene sum deceptus: Lepidum enim pulchre noram. Quid ergo est? Pudor me, qui in bello maxime est periculosus, hunc casum coëgit subire. Nam, nisi uno loco essem, verebar, ne cui obtrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido
2 offensus et mea patientia etiam alere bellum. Itaque co-

Servium Bruti consobrinum ep. 779. — VIII. *Id. Iunias*, den 6. Iunius.

1. *si quid accid. m.*, falls mir ein Unglück begegnet. — *dum . . . absim*, wenn nur . . . mich nicht der Vorwurf der Unvorsichtigkeit trifft; dummodo non videar temerarius. — *imprud. me lapsum*, durch Unklugheit gefallen zu sein. — *irrepit.* h. e. ut quisque est optimus et candidissimo animo, ita maxime obnoxius est credulitati. — *deceptus.* Suspectum *paene* Ern. om. *non* Cdd. aliq. Asc. 1. Sed sententia est apertissima: „paene, inquit, sum deceptus, non credulitate quidem, sed pudore.“ *ORELLI.* — *Quid ergo est*, quod me commovit, ut me cum Lepido coniungere vellem? — *Pudor*, Tadelscheue, ut occurrerem calumniis invidorum, qui, si cum Lepido societatem inire noluissem, pertinaciam meam fuerant culpaturi, quod rei publicae causa privatum odium non potuerim deponere; deinde quod per me steterit, quo minus bellum contra Antonium conficeretur. Vid. ep. 828, 2. — *hunc casum . . subire*, diesem Ungefähr, Wagestück mich auszusetzen. — *nisi uno l. essem.* Sic Manut. Lamb. Stroth. Sch. Lün. *si* Cet. cum Md. cfr. supra *Ep.* 18 (h. ed. 828, 3). *ORELLI.* — *patientia*, durch meine Unthätigkeit, quod paterer Antonium confirmari, nec me Lepido sine cunctatione iungerem. *WEISKE.* — *alere*, producere. Latine dicimus alere = augere odium, simultates.

pias prope in conspectum Lepidi Antoniique adduxi quadragintaque millium passuum spatio relicto consedi eo consilio, ut vel celeriter accedere vel salutariter recipere me possem. Adiunxi haec in loco eligendo, flumen oppositum ut haberem, in quo mora transitus esset: Vocontii sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Lepidus, desperato adventu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit a. d. IV. Kal. Iunias; eodemque die ad me castra moverunt: viginti millia pass. quum abessent, res mihi nuntiata est.
3 Dedi operam deûm benignitate, ut et celeriter me reciperem et hic discessus nihil fugae simile haberet: non miles ullus, non eques, non quidquam impedimentorum amitteretur aut ab illis ferventibus latronibus interciperetur. Itaque pridie Nonas Iunias omnes copias Isaram traieci pontesque, quos feceram, interrupi, ut [et] spatium ad colligendum se homines haberent et ego me interea cum collega coniungerem, quem triduo, quum has dabam literas, exspectabam.
4 Laterensis nostri et fidem et animum singularem in rem publicam semper fatebor. Sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum ad haec pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre

---

2. *conspectum,* Crat. Lamb. *adspectum. ORELLI.* „beinahe unter die Augen." — *salutariter,* Crat. *cum salute,* ohne Nachtheil. *consedi* = castra posui, ich lagerte mich. — *Adiunxi* cet. Zudem verband ich bei der Wahl meines Standorts noch die Vortheile. — *oppositum* inter me et hostes, ut, si forte me persequi vellent, flumen iis moram obiiceret. *SCH.* — *Vocontii,* Galliae Narbonensis populus, qui manserat in fide et societate, *sub manu ut essent,* in potestate mea essent. — *fideliter,* ohne Gefährde. — *meo, quem non mediocr. captabat,* wonach er seine Angeln mehr als einmahl auswarf. *quem* bezieht sich auf *adventu,* oder auf das in *meo* angedeutete Personalpronomen *mei.* S. Ramsh. §. 158, 4, Not. 3. — *IV. Kal. Iun.*, am 29. Mai. — *ad me castra mov.*, brachen sie gegen mich auf.

3. *nihil imped.*, Nichts von dem Feldgepäck. — *ferventibus.* Cdd. aliq. Margo Crat. Man. *furentibus.* Placet. *ORELLI.* — *pridie Non. Iun.*, am 31. Mai. — *interrupi,* liess abbrechen, abschlagen. — *ut* [*et*] Lamb. ex antiqua correct., quam cum [ ] recepi. om. *et* Md. Cett. *ORELLI.* — *spatium*, Zeit. — *cum collega,* Decimo Bruto. — *quem . . exspectabam,* den ich von heute an in drei Tagen erwarte.

4. *Laterensis.* S. ep. 835, 3. — *fatebor,* ich werde anerkennen. — *perspic. . . sagacem*, gewisser Massen zu sehr verblendet, um diese Gefahren, in die Wir nun gerathen sind, zu durch-

conatus est. In quo casu tamen interpellatus et adhuc vivit et dicitur victurus. Sed tamen de hoc parum mihi
5 certum est. Magno cum dolore parricidarum elapsus sum iis. Veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. Iracundias autem harum rerum recentes habebant: quod Lepidum castigare non destiteram, ut exstingueret bellum: quod colloquia facta improbabam: quod legatos fide Lepidi missos ad me in conspectum venire vetueram; quod C. Catium Vestinum, tribunum militum, missum ab Antonio ad eum cum literis exceperam. In quo hanc capio voluptatem, quod certe, quo magis me petiverunt, tanto maiorem iis frustratio
6 dolorem attulit. Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem praesta; ut vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes. Veniat Caesar cum copiis, quas habet firmissimas: aut, si ipsum aliqua res impedit, exercitus mittatur; cuius ipsius magnum periculum agitur. Quidquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, huc omne iam convenit. Pro urbis vero salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, uta-

---

schauen. — *in fraud. ded.*, in's Netz gelockt. — *interpellatus*, bei diesem Unfalle gestört. — *et dicitur vict.*, und man sagt, er werd' am Leben bleiben; die Wunde sei nicht tödtlich. Sie war es aber doch und der Senat beschloss ihm wegen seines Patriotismus ein öffentliches Leichenbegängniss und eine Ehrensäule.

5. *cum* = zum grossen Verdrusse. — *parricidarum*, der Vaterlandsmörder, Antonianorum; weil diese die Mörder des Cäsars Vatermörder nannten, indem Antonius ienem den Namen eines Vaters des Vaterlandes gegeben hatte. — *elaps. sum iis*, bin ich ihnen entwischt. Sic Md. Vict. 2. Ern. Sch. Lün. *his* Crat. Vict. 1. Graev. Bened. *his* de Accolti susp. Lamb. *ORELLI*. — *Iracundias . . . habebant*, die neueste Veranlassung zu ihrer beiderseitigen Erbitterung war. — *castigare*, castigando impellere. — *colloquia facta* inter Lepidum et Antonianos. — *legatos* Antonii. — *fide Lepidi*, unter dem Schutze des Lepidus. Promiserat Lepidus Antonii legatos, ab eo ad Plancum missos, incolumes esse reversuros. *MANUT*. — *ab Antonio ad eum*, Lepidum. — *exceperam*, interceperam. — *quo . . petiverunt*, ie heftiger sie gestrebt haben mich zu gewinnen. — *iis*. Sic Md. Neap. Vict. 2. *his* Cett. *ORELLI*. *frustratio*, die Vereitelung dieses ihres Plans.

6. *subornes*, instruas, iuves. *ERNESTI*. — *Caesar*, Octavianus. — *exercitus* eius, Octaviani. — *cuius . . agitur*, da es seiner eigenen grossen Gefahr gilt d. i. da man bemühet ist, durch Unterdrückung des Antonius die grösste Gefahr von ihm abzuwenden. Sie waren also noch bittere Feinde, wenigstens nach der Meinung des Plancus. — *Quidquid* cet., Was sich nur ie von schlechtdenkenden Menschen gegen ihr Vaterland im Felde befinden konnte. — *huc*. Sic scripsi, quo vitaretur ambiguitas. *hoc* Md., ut solet.

mur? Quod si vos istic non defueritis, profecto, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde rei publicae satisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies mehercules 7 habeo cariorem sollicitudinesque meas quotidie magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdam. Opto ut mihi liceat iam praesenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. VIII. Idus Iun. Cularone, ex finibus Allobrogum.

EPISTOLA DCCCXLIX. (ad Div. X. 32.)

Scr. Cordubae VI. Id. Iun. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Balbi quaestoris sui flagitia exponit; deinde, quid pro re publica egerit, narrat et, quid senatus se facere velit ut constituat, petit. 1—5.

C. ASINIUS POLLIO CICERONI.

Balbus quaestor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se a Gadibus et triduum tempestate retentus ad Calpen Kal. Iuniis traiecit sese in regnum Bogudis, plane bene

---

Item Ceteri. *ORELLI.* — *non defueritis,* mich nicht im Stich lasset. — *omn. rebus,* in allen Stücken.

7. *exacuunt.* schärfen, steigern. — *ex iudicio tuo*, von Deiner Achtung. — *iam praes. piet.*, schon durch persönliche Beweise meines Danks; indem der Krieg zu Ende und ich in Rom als Consul wäre; studium referendae gratiae iam tibi coram probando. — *VIII. Id. Iun.*, den 6. Iunius. — *Cularone* in Sabaudia. Vid. Mannert. Geogr. der Griech. und Röm. T. II. p. 90. Sic de Sirmondi coniect. Graev. in Ed. mai. Bened. Sch. Lün. *Cuiarone* Md. Vict. 1. 2. *Civarone* (hodie Cherom in Sabaudia) Lamb. Graev. Ern. *ORELLI.* Gräter hält Cularo für das heutige Grenoble.

1. *Balbus* Gaditanus, filius fratris L. Cornelii Balbi, pro quo exstat Ciceronis oratio. Balbus minor, ut distinguatur a patre, dicitur ad Attic. VIII, 9. 11. (h. ed. 332. 334.) et IX, 6. (h. ed. 347.) *MANUT.* — *magna num. pec.*, mit einer grossen Summe baren Geldes. — *coacto de publicis exact.*, was er als Quästor aus den öffentlichen Steuereinzügen zusammen gebracht hatte. — *se subduxit a G.*, hat sich von Gades (Cadix) heimlich weggedrückt, entfernt. — *ad Calpen,* bei Gibraltar. — *Bogudis,* Mauritaniae regis. Dieser war vorher ein Anhänger des Cäsars gewesen; ietzt aber hielt er sich zum Antonius. — *plane bene peculiatus,* nummatus, mit reichlich gespickter Casse. *plane beneque* Neap. Asc. 1. ut haec formula saepe est corrupta. cfr. Bremium ad Suet. Caes. c.

peculiatus. His rumoribus utrum Gades referatur, an Romam, — ad singulos enim nuntios turpissime consilia
2 mutat — nondum scio. Sed praeter furta et rapinas et virgis caesos socios haec quoque fecit, ut ipse gloriari solet, eadem, quae C. Caesar. Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum, histrionem, summo ludorum die anulo aureo donatum, in XIV. sessum deduxit: tot enim fecerat ordines equestris loci. Quattuorviratum sibi prorogavit: comitia biennii biduo habuit, hoc est, renuntiavit, quos ei visum est: exsules reduxit, non horum temporum, sed illorum, quibus a seditiosis senatus trucidatus aut expulsus est, Sex. Varo proconsule. Illa vero
3 iam ne Caesaris quidem exemplo: quod ludis praetex-

---

27. *ORELLI.* — *His rumor.*, ob er bei den ietzigen Gerüchten (von der Vereinigung des Lepidus mit dem Antonius) sich wieder nach Gades oder nach Rom zurück begeben werde. — *ad sing. nunt.*, bei ieder neuen Nachricht.

2. *et virgis caesos socios*, „und ausserdem, dass er Römische Bundesgenossen mit Ruthen hauen liess.“ Diess war gegen die lex Porcia. — C. Iulius *Caesar.* — *summo lud. die*, am letzten Spieltage. — *anulo aureo*, quem qui non habebat, eques Romanus non erat nec in quatuordecim gradibus in theatro sedebat. Visus est igitur Balbus histrionem ita velle equitem creare, ut Caesar Laberium, cui videbatur, coacto agere mimum suum, honorem equestris ordinis ademisse, rursus equitem donatis quingentis millibus nummûm et anulo aureo creaverat. Sueton. Iul. c. 39. Macrob. Saturn. II, 7. *MANUT.* — *ordines eq. loci*, Reihen Sitze für die dortige Ritterschaft. Theatri Romani consuetudinem imitatus est. Nam in quatuordecim proximis gradibus lege Roscia equestris ordo separatim sedebat. *MANUT.* — *quattuorviratum*, sein Vierherrnamt verlängerte er sich selbst. Quattuorviratus summus in municipiis magistratus erat, ut Romae consulatus. Erat autem municipium Gades. *MANUT.* — *prorogavit* Caesaris exemplo, qui sibi dictaturam prorogaverat. *MANUT.* — *comitia b. b. habuit*, die Magistratswahlen auf zwei volle Iahre machte er in zwei Tagen ab; ut Caesar iturus contra Parthos magistratus in tres annos creaverat. *MANUT.* — *renuntiavit*, magistratus Gaditanos declaravit, delegit, er ernannte zu Magistratspersonen. — *exsules reduxit*, ut Caesar fere omnes lege Pompeia damnatos. Vid. Caes. de B. Civ. III, 1. Philipp. XIII, 12. *MANUT.* — *senatus* i. e. decuriones Gaditani. Is enim erat senatus in municipiis. *MANUT.* — *Sex. Varo proc.* Hispaniae. Schütz vermuthet, es möchte der Sextus Quintilius Varus sein, der im I. 697 Prätor war, mithin wohl das Iahr darauf die Provinz Spanien als Proconsul erhalten konnte.

3. *exemplo* fecit. — *praetextam . . posuit*, fabulam praetextam agendam dedit. Est enim fabulae genus, in quo Romano argumento praetextati viri i. e. magistratus inducebantur. Unde Horat. in Art. poet. *v.* 288: „*vel qui praetextas vel qui docuere togatas.*

tam de suo itinere ad L. Lentulum proconsulem sollicitandum posuit. Et quidem quum ageretur, flevit, memoria rerum gestarum commotus. Gladiatoribus autem, Fadium quendam, militem Pompeianum, quia, quum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorari sese nolebat et ad populum confugerat, primum Gallos equites immisit in populum: — coniecti enim lapides sunt in eum, quum abriperetur Fadius: — deinde abstractum defodit in ludo et vivum combussit: quum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis, inambularet et illi misero quiritanti, C. R. NATUS SUM, responderet, „Abi nunc, populi fidem im-

---

MANUT. De hac forma pro *praetextata* cfr. Osann *Annal. crit.* p. 68. *OR.* — *de suo itinere ad L. Lent. pr. sollic.*, für Cäsar anzuwerben. L. Cornelius Lentulus consul primo belli civilis anno Pompeium ex urbe fugientem secutus est et cum eo postea in Graeciam transiit. Ad eum Balbus minor, antequam ex Italia discederet, cum literis, cum mandatis, cum promissione provinciae, si Romam revertisset, a Caesare missus est. Vid. ad Attic. VIII, 9. 11. IX, 6. (h. ed. 332. 334. 347.) Velleius autem libr. II. c. 51. transisse in Graeciam Balbum et cum Lentulo saepe collocutum tradit. *MANUT.* — *gladiatoribus* h. e. in certamine gladiatorum, ut ep. 45. — *Fadium*, Lamb. *ob Fadium*; dann müsste folgen *deinde ipsum abstractum*. Allein es findet sich hier ein ἀνακόλουθον. — *Pompeianum*, einen ehemaligen Pompeianischen Soldaten. Hoc additur, quia Balbus fuerat Caesarianarum partium. *SCH.* — *depressus in ludum*, für das Gladiatorspiel gepresst, dazu gezwungen; per vim et fraudem arenae addictus, gladiator fieri coactus. Vid. notas meas ad Senecam de Ira III, 8. *GRONOV.* — *gratis*, nulla mercede. — *auctorari sese nol.* i. e. obligari ad pugnandum, sich zum Kampfe nicht wollte befehligen lassen. Sic optima coni. Ed. Rom. Neap. Lamb. Lall. *auctore sese* (i. e. iubente Balbo depugnare *nolebat*) Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* — *coniecti*. Sic Crat. Man. Vict. 2. Lamb. *conlecti* Md. *collecti* Marg. Crat. Cett. *ORELLI.* — *in eum*, Balbum. — *defodit* i. e. defodi iussit *in ludo*, ut pars obrueretur humo, pars supra terram emineret. Vid. Gell. N. Attic. III, 14. *MANUT.* Eine Art Karthagischer Strafe. — *quum quidem* Balbus, während er u. s. w. — *pransus* cet. Signa in tanto facinore summae insolentiae et securitatis. *Pransus*, ut Nero dicitur, dum inspiceret corpus matris suo iussu occisae, siti interim oborta bibisse. Sueton. Ner. 31. *Nudis pedibus* i. e. sine calceis vel in solea, ut in convivio esse solebant. *Tunica soluta*, discinctus, quod parum virile. Vid. Senec. ep. 92. 114. *Manibus reiectis ad tergum*, conversis retro et complicatis circa summos lumbos, ut nunc quoque solemus otiosi. *GRONOV.* — *inamb.*, auf und abspazirte. — *quiritanti*. Varro de L. Lat. L. V. 7. *quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. SCH.* scil. his verbis: C. *R. N. S.*, ich bin ein geborener Römischer Bürger. Im Gegens. von *civitatem adeptus*. Non licebat civem Romanum

plora." Bestiis vero cives Romanos, in iis circulatorem quendam auctionum, notissimum hominem Hispali, quia deformis erat, obiecit. Cum huiuscemodi portento res
4 mihi fuit. Sed de illo plura coram. Nunc, quod praestat, quid me velitis facere, constituite. Tres legiones firmas habeo: quarum unam, duodetrigesimam, quum ad se initio belli arcessisset Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios quingenos singulis militibus daturum, in victoria vero eadem praemia, quae suis legionibus — quorum quis ullam finem aut modum futurum putabit? — incitatissimam retinui, aegre mehercules: nec retinuissem, si uno loco habuissem, utpote quum singulae quaedam cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non destitit literis atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero minus Lepidus ursit me et suis et Antonii literis, ut legionem tricesi-
5 mam mitterem sibi. Itaque quem exercitum neque vendere ullis praemiis volui nec eorum periculorum metu, quae, victoribus illis, portendebantur, deminuere, debetis existimare retentum et conservatum rei publicae esse: atque ita credere, quodcunque imperassetis, facturum fuisse, si, quod iussistis, feci. Nam et provinciam in otio et exercitum in mea potestate tenui: finibus meae provinciae nusquam excessi: militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi: et, si quos equites decedentes nactus sum, supplicio af-

---

sine consensu totius populi damnare. — *in iis,* unter diesen. Sic Md. Vict. 2. *Romanos, in his* Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Bened. *etiam in his* Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *circulat.* i. e. hominem, qui auctiones obire solebat, ut merces, quae ibi forte viliore pretio venirent, coëmeret, deinde cum lucro venditurus, ein Trödler. *SCH.* — *Hispali,* ietzt Sevilla, in Hispania Baetica.

4. *quod praestat*, was vor Allem vorgeht. Lamb. *restat.* — *denar. quingenos* = 14 Pfund Sterling, nach Melmoths Berechnung. — *suis leg.* daturus esset. — *quorum*, dieser und solcher Versprechungen. — *incitatissimam*, so sehr sie auch dadurch angelockt, aufgeregt war. — *aegre*, mit grosser Mühe. — *uno loco* d. i. wenn sie nicht in verschiedenen Standquartieren zerstreuet gewesen wären. — *utpote*, zumahl. — *sedit. fecerint* adversus me. — *incitare*, aufzuwiegeln. — *ursit me*, setzte mir zu. Zur Sache vgl. ep. 799, 5.

5. *victoribus illis*, si illi vincerent. — *credere* debetis. — *facturum.* Fortasse: *facturum me.* Aliter ambigue referetur ad v. *exercitum. ORELLI.* — *si . . feci*, wenn ich anders sonst Euren Befehlen nachgekommen bin. *sicut, quod non iussistis, feci* de I. F. Gronovii coni. Sch. Lün. *ORELLI.* — *decedentes* de statione aut praesidiis meis. *ERNESTI.* An *discedentes?* cfr. infra *Ep.* 34, bis.

feci. Quarum rerum fructum satis magnum re publica salva tulisse me putabo. Sed res publica si me satis novisset et maior pars senatus, maiores ex me fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, quum etiamnunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi: etiam praetextam, si voles legere, Gallum Cornelium, familiarem meum, poscito. VI. Idus Iunias, Corduba.

EPISTOLA DCCCL. (ad Div. XII. 8.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Renovatum Lepidi scelere bellum esse queritur et Cassium ad liberandam rem publicam hortatur. 1—2.

CICERO CASSIO S.

Scelus affinis tui, Lepidi summamque levitatem et inconstantiam ex actis, quae ad te mitti certo scio, cognosse te arbitror. Itaque nos, confecto bello, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus: spemque omnem in D. Bruto et Planco habemus: si verum quaeris, in te et in meo Bruto, non solum ad praesens perfugium, si, quod nolim, adversi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis. Nos hic de Dolabella 2
audiebamus, quae vellemus: sed certos auctores non habebamus. Te quidem magnum hominem et praesenti iudicio et reliqui temporis exspectatione scito esse. Hoc tibi proposito, fac ut ad summa contendas. Nihil est

---

ORELLI. — *re publica salva*, wenn nur die Wohlfahrt des Staats hiedurch befördert ist. — *etiamnunc*, da er zur Zeit noch u. s. w. *etiamnum* Lamb. cfr. Walch ad *Taciti Agric.* p. 393. *ORELLI.* — *praetextam* scil. fabulam illam, de qua supra §. 3. — *Gallum Cornelium,* Corn. Gallum, poëtam illum nobilem. Vid. Virgil. Eclog. X. Ovid. Am. III, 9, 64. — *VI. Id. Iun.*, am 8. Iunius.

1. *Scelus* i. e. coniunctionem cum M. Antonio. — *affinis tui*, Deines Schwagers. S. ep. 763, 2. — *ex actis* publicis, quae magistratibus in provincias mitti solebant. — *confecto* victoria Mutinensi. — *meo Bruto.* de Gronovii coni. Sch. Lün. *in M.* Bruto. cfr. tamen *Ep.* 10.: *in te et in Bruto tuo*: sic hoc l. dicere poterat *in meo Bruto. ORELLI.* — *ad praesens perf.*, als Zuflucht für ietzt. — *ad confirm.*, ut in futurum confirmetis et stabiliatis libertatem, qua perpetua fruamur.

2. *aud., quae vellemus,* was Wir wünschten; scil. eum a te oppressum et fractum esse. Vid. ep. 851. — *auctores,* Bürgen für die Nachricht. — *et praes. iudic.*, sowohl schon nach der gegenwärtigen Meinung; ut iam praesenti tempore homines de te iudicant. — *reliqui temp.*, für die Zukunft; quod in futurum tempus

tantum, quod non populus Romanus a te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

EPISTOLA DCCCLI. (ad Div. XII. 9.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Res in Asia gestas Romae ignorari, summam vero rei publicae spem in Cassio eiusque copiis positam esse scribit. 1—2.

CICERO CASSIO S.

Brevitas tuarum literarum me quoque breviorem in scribendo facit: et, vere ut dicam, non satis occurrit, quid scribam. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio; tuas autem ignoramus. Tamquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos praeter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes,
2 sed adhuc sine auctore. Nos, confectum bellum quum putaremus, repente a Lepido tuo in summam sollicitudinem sumus adducti. Itaque tibi persuade, maximam rei publicae spem in te et in tuis copiis esse. Firmos omnino exercitus habemus: sed tamen, ut omnia, ut spero, prospere procedant, multum interest te venire. Exigua enim spes est rei publicae; nam nullam non libet dicere: sed, quaecunque est, ea despondetur anno consulatus tui. Vale.

---

ingentia de te exspectantur. — *obtineri* ab aliquo dicitur, quod ille tuetur, cui se parem praestat, ut honores, provinciam et similia. *ERNESTI.*

1. *quid.* Ern. susp. *quod* scribam. — *Nostras . . res*, quidquid Romae agitur, Was bei uns vorgeht. — *const.*, beharrlich. — *sine auctore*, unverbürgt. — *illos quid.* S. Ramsh. §. 158, 2, f.

2. *tuo*, affini tuo. — *adducti*, versetzt in. — *firmos exercitus*, Planci et Decimi Bruti. — *te venire* in Italiam cum exercitu tuo. — *Exigua*, geschwunden; *nullam non*, verschwunden. — *ea desp.* cet., die gelobt, verspricht man sich vom Iahre Deines Consulats; für die verbürgt sich das Iahr Deines Consulats. Si qua est spes recuperandae rei publicae, ea hominum iudicio maxime nititur consulatu tuo. Consules autem M. Brutus et C. Cassius designati erant in annum abhinc tertium, urb. cond. 713. *SCH.* Anno 709. praetura erant functi.

EPISTOLA DCCCLII. (ad Div. XII. 13.)

Dat. Idib. Iun. Cypro a Crommyu-acride A. U. C. 711. (a. C. 43.)
Gratulatur de Mutinensi victoria et res a se gestas exponit. 1—4.

C. CASSIUS Q. S. D. M. CICERONI.

S. V. B. E. V. Quum rei publicae vel salute vel victoria gaudemus, tum instauratione tuarum laudum: quod maximus consularis maximum consulem te ipse vicisti, et laetamur et mirari satis non possumus. Fatale nescio quid tuae virtuti datum; id quod saepe iam experti sumus. Est enim tua toga omnium armis felicior: quae nunc quoque nobis paene victam rem publicam ex manibus hostium eripuit ac reddidit. Nunc ergo vivemus liberi: nunc te, omnium maxime civis et mihi carissime, id quod maximis rei publicae tenebris comperisti; nunc te habebimus testem nostri et in te et in coniunctissimam tibi rem publicam amoris: et, quae saepe pollicitus es te et taciturum, dum serviremus, et dicturum de me tum, quum mihi profutura essent: nunc illa non ego quidem dici tanto opere desiderabo, quam sentiri a te ipso. Neque enim omnium iudicio malim me a te commendari, quam ipse tuo iudicio digne ac mereor commendatus esse: ut haec novissima nostra facta non

---

C. CASSIUS. Quis hic Cassius fuerit, incertum est. Frater C. Cassii proconsulis Quintus esse non potest; hic enim Hispaniam sortitus erat. Fuerunt, qui Cassium Parmensem putarent, quem narrat Appianus de B. Civ. V, 1. anno 712. a Bruto et Cassio in Asia relictum esse; cuius tamen opinionis nullum subest fundamentum. Probabilius est esse L. Cassium, Cassii proconsulis ex fratre nepotem, quem Appianus libr. IV. in proelio Philippensi data opera usque ad necem pugnasse perhibet.

1. *victoria* Mutinensi. Sero enim huius victoriae nuntius in Asiam pervenerat. *SCH.* — *laudum* scil. XII. Kalend. Maii, quo die a toto paene populo in Capitolium est deductus maximoque clamore et plausu in rostris collocatus. Vid. Plutarch. in Vit. Cic. — *te ipse,* Neap. Asc. 1. Crat. *te ipsum.* — *fatale* in bonam partem; *datum,* concessum a fato. — *id quod.* Habet aliquoties iste Cassius, Quaestor, *id quod.* Graev. Ern. Sch. Bened. Lün. *idque* contra Md. *ORELLI.* — *tua toga* = administratio rei publicae domestica opponitur *armis* i. e. rebus bellicis. — *tenebris,* quum res publica tyrannide esset oppressa; afflicto rei publicae statu. — *serviremus* Caesari, Antonio. — *nunc illa,* quae tu pollicebaris. — *sentiri,* ut eandem sententiam de me retineas, ut sis illo sensu erga me. — *quam ipse.* Sch. Lün. de Ernest. susp. *ipsi.* Sed *ipse* opponitur v. *omnium OR.* — *ac mereor.* Quia durior est forma loquendi, Ern. Graefer. pro glossem. habent. Weiskio placebat *digne et ut mereor.* — *nov. n. facta* sunt ea, quae paullo post enarrat. —

subita nec convenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse iudices meque ad optimam spem patriae non minimum tibi ipsi producendum putes.
2 Sunt tibi, M. Tulli, liberi propinquique digni quidem te et merito tibi carissimi: esse etiam debent in re publica proxime hos cari, qui studiorum tuorum sunt aemuli; quorum esse cupio tibi copiam; sed tamen non maxima me turba puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere et ad omnia, quae velis et probes, producere. Animum tibi nostrum fortasse probavimus: ingenium diutina servitus certe, qualecunque est, minus tamen,
3 quam erat, passa est videri. Nos ex ora maritima Asiae provinciae et ex insulis, quas potuimus naves deduximus: delectum remigum, magna contumacia civitatum, tamen satis celeriter habuimus: secuti sumus classem Dolabellae, cui Lucilius praeerat; qui spem saepe trans-

---

subita, für plötzliche Aufwallungen, casu, temere suscepta, sine certo consilio certaque ratione. — *nec convenientia*, „i. e. nec respondentia superioribus, und für Etwas, das zu meinen früheren Gesinnungen nicht stimmte. Etiam florente Caesare eadem de re publica sensi, quae nunc sentio." Sic Md. Neap. Vict. 2. Beng. „Hoc *nec convenientia* duabus vocibus prolatum valet idem, quod valeret, ut utar verbo, quod hic mihi non valde placebat, *inconvenientia*, et est tamquam declaratio vel expressio potius antecedentis verbi *subita* et notionis, quam habet." Victorius in Curis tertiis. *nec inconvenientia* Ceteri. *ORELLI.* — *simil. illis cogit.*, sondern übereinstimmend mit meinen früheren Äusserungen; scil. de re publica Caesare tyranno liberanda. — *meque . . produc. putes*, und glauben mögest, ich sei nunmehro bei diesen herrlichen Hoffnungen des Vaterlandes gar sehr auf die politische Schaubühne hervorzuziehen. Ex hoc loco intelligitur scriptorem huius epistolae adolescentem fuisse; eamque probabilius L. Cassio C. Cassii ex fratre nepoti, quam ipsi eius fratri attribui. *SCH.*

2. *liberi* im Plural, für einen Sohn; denn Cicero's Tochter Tullia war schon gestorben. S. Ramsh. §. 203. 1. a. 7, Not. 2. — *qui stud. t. sunt aemuli*, die Deinen Bestrebungen nacheifern. — *esse copiam* i. e. quos esse multos cupio. *GRONOV.* „die ich Dir in Menge wünsche." — *maxima . . turba*, beim grössten Haufen, bei grösster Anzahl solcher, die Dir nacheifern. — *excipere*, unter diese Deine Freunde aufzunehmen. — *probabimus* Md. Crat. Vict. 1. Nam sermo fit de tempore futuro. — at *ingenium . . videri* i. e. spectari, exseri, unserem Talente freilich, so gering es auch sein mag, erlaubte die lange Knechtschaft nicht sich so zu zeigen, wie es war.

3. Suppl. novissima nostra facta sunt, quae sequuntur. *Nos* cet. — *deduximus* in mare, in die See gezogen. — *magna cont. civ.*, bei grossem Widerstande der Städte. — *secuti* i. e. persecuti *sumus*. — *Lucilius*. Appianus de B. Civ. IV, 60. praefectum classis Dolabellae *L. Figulum* vocat. Itaque h. l. vel *Lucius*, ut Manutio

itionis praebendo, neque unquam non decedendo, novissime Corycum se contulit et clauso portu se tenere coepit. Nos, illa relicta, quod et in castra pervenire satius esse putabamus et sequebatur classis altera, quam anno priore in Bithynia Tillius Cimber comparavat, *cui* Turulius quaestor praeerat, Cyprum petivimus. Ibi quae cognovimus, scribere ad vos quam celerrime voluimus.
Dolabellam, ut Tarsenses, pessimi socii, ita Laodiceni, 4
multo amentiores ultro arcessierunt: ex quibus utrisque civitatibus, Graecorum militum numero speciem exercitus effecit. Castra habet ante oppidum Laodiceam posita et partem muri demolitus est et castra oppido coniunxit. Cassius noster cum decem legionibus et cohortibus viginti auxiliariis et quattuor millium equitatu a millibus passuum viginti castra habet posita Πάλτῳ: et existimat se sine proelio posse vincere. Nam iam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est. Nisi quid navibus Laodicenorum supportarit, cito fame pereat, necesse est: ne supportare possit, et Cassii classis bene magna, cui praeest Sextilius Rufus, et tres, quas nos adduximus, ego, Turulius, Patiscus, facile praestabunt. Te volo

placebat, vel *L. Figulus* legendum videtur. *SCH.* — *spem . . trans. praebendo* i. e. simulando identidem sese iam dedituram et ad nos accessurum. — *neque unquam non decedendo,* und doch gleichwohl uns immer auswich. — *recedendo* de Gronovii susp. Sch. in Ed. mai. Lün. *ORELLI.* — *noviss.*, zuletzt. — *Corycum,* oppidum et portum Ciliciae. — *in castra* Cassii, in's Hauptlager des Cassius. — *Tillius Cimber,* ille Caesaris percussor, qui postea Bithyniae praefuit. Vid. ep. 514, 2. — *cui* est ex suppl. om. Md. *ORELLI.* — *Turulius,* Cimbri quaestor. Valer. Max. erzählt von ihm, dass er späterhin auf Seiten des Antonius gegen den Octavius focht. —

4. *Tarsenses,* die Einwohner von Tarsus in Cilicien, der bekannten Geburtsstadt des Apostels Paulus. — *numero,* wenigstens der Zahl nach. *numeros* de Guilielmi coni. Lall. Sed excidit potius nota numeralis ante v. *numero*; cfr. *ad Divers. L.* 11. *Ep.* 9. *ORELLI.* — *spec. exer.*, so eine Art von Armee. — *Laodiceam.* S. ep. 817, 5. 843, 7. 844, 4. — *Cassius noster,* C. Cassius proconsul. Si hanc epistolam L. Cassius C. frater scripsisset, non *Cassius noster,* sed *C. frater* scripturus fuisset. *SCH.* — *equitatu,* Lamb. *millibus equitum.* — *a mill. pass. vig.*, in einer Entfernung von 20,000 Schritten davon. S. Ramsh. §. 150, 1. — *Πάλτῳ,* zu Paltos, einer Seestadt in Syrien, südwärts von Laodicea; Paltus Syriae oppidum, Laodiceae proximum. *SCH.* — *ternis tetradr. . . est,* denn schon gilt der Weizen bei Dolabella drei Vierdrachmenstücke = 4 Gulden. Medimnus tritici vendebatur duodenis drachmis s. denariis Romanis. Itaque si ad nostram mensuram et pecuniam exigas, medimnus, qui paulo maior erat modio Berolinensi, vendebatur duobus thaleris ac dimidio nostri argenti. *SCH.* — *Sext. Rufus.* S. zu ep. 675 im Anf. — *Patiscus.* S. ep. 843, 2. — *Te volo bene*

bene sperare; et rem publicam, ut vos istic expedistis, ita pro nostra parte celeriter nobis expediri posse, confidere. Vale. Data Idibus Iun. Cypro, a Crommyuacride.

EPISTOLA DCCCLIII. (ad Div. XI. 25.)

Scr. Romae XIV. Kal. Quintil. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Omnem rei publicae spem in D. Bruto et Planco positam esse, de M. Bruto autem nihil certi audiri scribit. 1—2.

M. CICERO S. D. D. BRUTO.

Exspectanti mihi tuas quotidie literas Lupus noster subito denuntiavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. Ego autem, etsi, quid scriberem, non habebam — acta enim ad te mitti sciebam, inanem autem sermonem literarum tibi iniucundum esse audiebam — brevitatem secutus sum te magistro. Scito igitur, in te et in collega
2 spem omnem esse. De Bruto autem nihil adhuc certi; quem ego, quemadmodum praecipis, privatis literis ad bellum commune vocare non desino: qui utinam iam adesset! intestinum urbis malum, quod est non mediocre,

---

sperare. Sic optime Neap. Vict. 2. *Et volo bene sp.* Md. Basil. Vict. 1. Graev. Bened. *Et volo vos bene sp.* ex interpol. Crat. Ern. Sch. Lün. *Volo igitur vos bene sp.* Man. Lamb. *ORELLI.* — *et . . confidere,* und dass Du das Vertrauen hegest, dass, so wie Ihr dort (in Rom, Italien) die Sache des Gemeinwohls in's Reine gebracht habt, sie auch hier unserer Seits schnell könne in's Reine gebracht werden. — *nobis.* Lamb. *a nobis.* Ern. Sch. Lün. *vobis.* Ceterum: *celeriter iter nobis* Md. Neap. Asc. 1. Crat. in quo *celeriter item nobis* latere haud male suspicatus est Iac. Gronovius. *ORELLI.* — *Id. Iun.*, am 13. Iunius. — *a Crommyuacride,* vom Zwiebelvorgebirge. *Κρομμύου ἄκρα* Cypri promontorium est, auctoribus Strabone et Ptolemaeo. *Ἀκρὶς* autem deminutiva forma dictum. *MANUT.*

1. *Lupus.* S. ep. 789, 1. — *denunt.*, lässt mir melden. — *etsi, quid.* Ern. Bened. Sch. Lün. *quod.* Vides, hic quoque sibi constare Md. in his: *non habeo quid, nihil habeo quod.* *OR.* — *brevitatem.* S. ep. 845 und 847. — *te magistro,* tuo exemplo. cfr. ep. 830, 2. — *in collega* Planco.

2. *De Bruto,* de Marco Bruto in Macedonia, cuius adventus exspectabatur. — *nihil . . certi* cognovimus, scimus. — *ad bellum commune,* ad belli societatem, zur Theilnahme am Kriege. — *intestinum . . . malum,* dissidia inter nos ipsos Romae, dum sunt, qui Octavianum interfectis Pansa et Hirtio consulibus ad petitionem

minus timeremus. Sed quid ago? Non imitor λακωνισμὸν tuum: altera iam pagella procedit. Vince et vale. xiv. Kal. Quintiles.

EPISTOLA DCCCLIV. (ad Div. XII. 10.)

Scr. Romae initio Quintilis A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Lepidum hostem iudicatum scribit, Marcumque Brutum et Cassium, in quibus iam praeter consules designatos summa spes sit rei publicae, in Italia exspectari ostendit. 1—4.

CICERO CASSIO S.

Lepidus, tuus affinis, meus familiaris, pridie Kal. Quintiles sententiis omnibus hostis a senatu iudicatus est ceterique, qui una cum illo a re publica defecerunt: quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Kal. Septemb. potestas facta est. Fortis sane senatus, sed maxime spe subsidii tui. Bellum quidem, quum haec scribebam, sane magnum erat scelere et levitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quae volumus, audimus: sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio. Quod quum ita es- 2
set, tamen literis tuis, quas Nonis Maiis ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat civitati, ut illum iam oppressum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cum exercitu: ut, si haec ex sententia confecta essent, consilio atque auctoritate tua; sin quid forte titubatum, ut fit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem

---

consulatus impellant. — *non imitor*, ich erreiche nicht. — λακων., Laconicam brevitatem. — *altera iam pagella proced.*, ich fange schon die zweite Seite an. Ergo in codicillis breve hoc epistolium scriptum fuerit necesse est; quod vidit Manutius. *SCH.* — *Vince.* Vgl. ep. 836 am Ende. — *VIII. Id. Iun.*, am 6. Iunius.

1. *affinis*, Schwager. Diess ist Cicero's letzter uns erhaltener Brief! — *pridie Kal. Q.*, am 30. Iunius. — *sententiis*, suffragiis senatus. — *hostis* rei publicae, propterea quod Antonium ad se receperat. — *ad sanit.*, zur Vernunft. — *potestas*, Frist. — *spe.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. optimâ sententiâ. *maxima spes* Neap. Asc. 1. Crat. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *magnum*, quod gerebatur cum Antonio iam confirmato. — *quae volumus* i. e. iucunda. — *sine capite* i. e. auctore, unverbürgt. S. ep. 850, 2. 851, 1. — *sine auctore* del. Sch. Lün. de Ern. susp. Tu vide *pro Caelio* §. 31. *OR.* — *rumore nuntio,* indem bloss das Gerücht unser Bothschafter ist.

2. *Quod quum ita esset,* i. e. quamquam de Dolabella oppresso rumores tantum erant allati. — *Non. Mai.*, am 7. Mai. S. ep. 817. — *haec*, bella contra Antonium et Lepidum, quae hic gerimus in Italia et Gallia. — *turbatum* esset, h. e. si quid accidisset ad-

quidem ego exercitum quibuscunque potuero rebus ornabo: cuius rei tum tempus erit, quum, quid opis rei publicae laturus is exercitus sit aut quid iam tulerit, notum esse coeperit. Nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem et praeclarissimi, sed gesta res exspectatur: quam quidem aut iam esse aliquam aut ap-
3 propinquare confido. Tua virtute *et* magnitudine animi nihil est nobilius. Itaque optamus, ut quam primum te in Italia videamus. Rem publicam nos habere arbitrabimur, si vos habebimus. Praeclare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. Itaque nunquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulenta re publica, hic ex pace et victoria bellum excitavit. Huic oppositos consules designatos habemus: in quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cura propter incertos exitus proe-
4 liorum. Persuade tibi igitur, in te et in Bruto tuo esse omnia; vos exspectari, Brutum quidem iam iamque. Quod si, ut spero, victis hostibus nostris veneritis, tamen auctoritate vestra res publica exsurget et in aliquo statu tolerabili consistet. Sunt enim permulta, quibus erit medendum: etiam si res publica satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.

---

versi, wenn es bunt hergehen sollte. *titubatum esset* Lamb. „wenn es haperu sollte." — *potuero.* Sic Md. Crat. Vict. I. 2. Graev. Bened. *potero* Neap. Asc. 1. Lamb. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *ornabo,* ich werde verherrlichen, laudibus et praemiis afficiendum curabo. — *conatus,* Vorsätze. Est admonitio. Conatus sunt laudabiles, sed tamen est aliquid efficiendum. — *gesta res,* Dolabella oppressus. — *iam esse aliquam* rem gestam, dass schon Etwas geschehen sei. *appropinq.,* oder doch nächstens geschehen werde.

3. *et* est ex suppl. om. Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. I. *OR.* — *si vos* i. e. te et M. Brutum. — *viceramus.* S. Ramsh. §. 166, 2, c, N. Grotef. §. 184. — *ex turb. re p.,* aus der Verwirrung der Republik. — *cons. design.* Decimum Brutum et Plancum. — *in quibus,* in his posita. — *anceps,* dubia, schwankend. *cura* del. censeb. Man. *OR.*

4. *omnia esse,* Alles beruhe. — *iam iamque,* propediem, mit iedem Augenblick. Denn er war in Macedonien, also näher als Cassius in Syrien. — *auct. v.* i. e. consiliis et sententiis in senatu dicendis. — *medendum,* ut corrigantur mala et vitia domestica, abrogentur abroganda, constituantur constituenda. — *sceleribus host.* von den verbrecherischen Absichten der Feinde statt sceleratis hostibus, nimirum hostibus prorsus victis et debellatis.

EPISTOLA DCCCLV. (ad Div. X. 24.)

Scr. in castris V. Kal. Sext. A. U. C. 711. (a. C. 43.)

Memorem se beneficiorum pollicetur; suas copias narrat; subsidium Caesariani aut Africani exercitus poscit, Octavianum ut parum rei publicae amantem carpit. 1—8.

PLANCUS IMP. COS. DES. S. D. CICERONI.

Facere non possum, quin in singulas res meritaque tua tibi gratias agam. Sed mehercules facio cum pudore. Neque enim tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem: neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis: et malo praesens observantia, indulgentia, assiduitate, memorem me tibi probare. Quod si mihi vita contigerit, omnes gratas amicitias atque etiam pias propinquitates in tua observantia, indulgentia, assiduitate vincam. Amor enim tuus ac iudicium de me utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit allaturus, non facile dixerim. De militum 2
commodis fuit tibi curae; quos ego non potentiae meae causa — nihil enim me non salutariter cogitare scio — ornari volui a senatu; sed primum, quod ita meritos iudicabam: deinde, quod ad omnes casus coniunctiores rei publicae esse volebam: novissime, ut ab omni omnium sollicitatione aversos eos tales vobis praestare possem,

---

1. *Facere non possum, quin*, es ist mir unmöglich . . nicht zu. — *in sing.* st. pro singulis rebus meritisque tuis. — *Sed*, und dennoch. — *maximis*, Margo Crat. *eximiis*. *OR.* — *defungor orationis*, und andern Theils mag ich nicht gerne für die höchsten Beweise Deiner Freundschaft mit einem so schlechten Gegengeschenke, das bloss in Worten besteht, mich abfinden. *defungar* Gebhard. — *praesens*, persönlich. — *indulgentia*, studio obsequendi in omnibus rebus, durch Ergebenheit. Lamb. *diligentia*. — *memorem*, gratum. — *vita* longior. — *gratas am. . . pias prop.* st. gratos amicos . . pios propinq. Abstr. pro Concret. *tua* = tui *observantia*. S. Ramsh. §. 158, 4. N. 3. *indulg.*, Lamb. *diligentia*. „Mira omnino ista repetitio." *OR.*

2. *de militum commodis*, die Belohnung meiner Krieger hat Dir am Herzen gelegen. Commoda proprie dicuntur in re militari dona et praemia, quae militibus praeter stipendium tribuuntur. Ovid. de Art. Am. I, 130: *Romule militibus scisti dare commoda solus*. *GRAEV.* Cicero apud senatum obtinuerat, ut militibus Planci propter fidem in rem publicam honor haberetur. — *potent. m. causa*, um meinen eigenen Einfluss zu vergrössern. — *non salutariter* = contra salutem publicam. *scis* Nodellii et Weiskii suspicio. — *ad omn. cas.*, auf alle Fälle. — *coni. rei p.*, an die Republik fester gefesselt. — *ab omni o. sollic. aversos*, vor aller Verführung

3 quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia integra sustinuimus. Quod consilium nostrum, etsi, quanta sit aviditas hominum, non sine causa talis victoriae scio, tamen vobis probari spero. Non enim, si quid in his exercitibus sit offensum, magna subsidia res publica habet expedita, quibus subito impetu ac latrocinio parricidarum resistat. Copias vero nostras notas tibi esse arbitror. In castris meis legiones sunt veteranae tres: tironum vel luculentissima ex omnibus una: in castris Bruti una veterana legio, altera bima, octo tironum. Ita universus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus. Quantum autem in acie tironi sit committendum, nimium
4 saepe expertum habemus. Ad hoc robur nostrorum exercituum sive Africanus exercitus, qui est veteranus, sive Caesaris accessisset, aequo animo summam rem publicam in discrimen deduceremus. Aliquanto autem propius esse quod Caesarem videbamus, nihil destiti eum literis hor-

---

durch ieden Anderen (Antonii et Lepidi) verwahrt. — *praestare*, bewähren, servare. *tales* i. e. constantes, fideles.

3. *integra sust.*, in seinem Stande aufrecht erhalten, hinhalten; scil. non temere confligendo cum hostibus. cfr. §. 8. — *Quod consil. nostr.*, dieser unser Plan. quod nondum confliximus cum Antonio et Lepido. — *talis*. v. *talis* mihi corruptum videtur, nec iuvat magno opere Sch. ratio cum v. *aviditas* id iungentis, ceteris referentibus ad v. *victoriae*. Exspectabas *facilis* sive *promptae victoriae*, vel simile quid. Aperta sane interpolatio est Marg. Cratandrinae: *talis belli victoriae. OR.* „obgleich ich weis, wie gross die Gier der Leute nach einem baldigen entscheidenden Siege und das nicht ohne Ursache ist." — *si quid . . . offensum*, wenn bei diesen (meinen und des D. Brutus) Heeren durch zu grosse Kühnheit ein Unglück sich ereignete. — *impetu* = *impetui* Crat. Lamb. *OR.* Vid. Gell. IV, 19. *imp. ac latroc.* eine Hendiadys st. impetui istorum latronum et parricidarum, ienem Räuberanfalle der Vaterlandsmörder. S. ep. 848, 5. — *vel lucul.*, wiewohl die hübscheste von allen. — *bima*, quae biennio tantum meruit, tantum duos annos militavit. — *ampl.* quidem, *firmitate* tamen *exiguus*. — *Quantum . . . sit committendum*, wie viel man sich aber auf . . . verlassen dürfe.

4. *sive . . . sive*, wenn aber . . . oder. — *summam remp.* = summam rei publicae, so würden wir mit ruhigem Herzen es wagen, das Heil der Republik auf die Spitze zu setzen. *in discrimen* proelii adversus Antonium et Lepidum. — *Aliquanto . . . propius* quam Africanum exercitum, cui Cornificius praeerat. — *Caesarem* Octavianum. — *destiti*. Sic de Strothii coniectura Sch. *A. a. p. esse, quod ad Caesarem attinet, videbamus. Nihil destiti* Md. Crat. Vict. I. 2. Graev. Ern. Bened. Lün. Recte Strothius vidit gloss. inculcatum esse propter malam distinctionem: *quod Caesarem videbamus. Nihil d.* Lamb. *Aliquantum illum propius esse, e re publica*

tari: neque ille intermisit affirmare se sine mora venire: quum interim aversum illum ab hac cogitatione ad alia consilia video se contulisse. Ego tamen ad eum Furnium nostrum cum mandatis literisque misi, si quid forte
proficere posset. Scis tu, mi Cicero, quod ad Caesaris 5
amorem attinet, societatem mihi esse tecum: vel quod in familiaritate Caesaris, vivo illo, iam tueri eum et diligere fuit mihi necesse: vel quod ipse, quoad ego nosse potui, moderatissimi atque humanissimi fuit sensus: vel quod ex tam insigni amicitia mea atque Caesaris hunc filii loco et illius et vestro iudicio substitutum non pro-
inde habere turpe mihi videtur. Sed, quidquid tibi scri- 6
bo, dolenter mehercule magis, quam inimice facio. Quod vivit Antonius hodie, quod Lepidus una est, quod exercitus habent non contemnendos, quod sperant, quod audent, omne Caesari acceptum referre possunt. Neque ego superiora repetam: sed ex eo tempore, quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset, aut oppressum iam bellum esset aut in aversissimam illis Hispaniam

---

videbamus. Nihil d. OR. — *venire* venturum esse, er sei schon unterwegens. Daher der Infinit. praes. — *ad alia consilia* i. e. triumphi et consulatus petitionem. — *Furnium.* S. ep. 792. 800. — *proficere,* ausrichten.

5. *Caesaris,* Octaviani. — *societatem* huius amoris *mihi esse tecum,* dass ich diese Deine Liebe für Octavius theile. — *vel . . vel,* theils . . theils. — *in famil. Caes.*, bei meinem freundschaftlichen Verhältniss mit C. Iulius Cäsar. — *tueri eum,* Octavium, Cäsars Neffen. — *quoad* = soweit. — *vestro iudicio* s. senatus, qui adoptionem comprobavit. — *non proinde habere,* ihn nicht auch als einen solchen d. i. als Sohn meines Freundes Cäsar zu behandeln. Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. = *perinde* Neap. Asc. 1. Crat. Ern. Sch. Lün. *OR.*

6. *dolenter,* aus Schmerz: *inimice,* aus Feindschaft. — *quod Lepidus una est,* „dass Lepidus mit ihm vereinigt ist"; der desshalb am 30. Iunius für einen Feind des Vaterlandes erklärt war. — *omne Caesari acceptum ref. p.*, das Alles dürfen sie dem Octavius verdanken. — *superiora,* frühere Dinge. — *oppressum,* confectum. — *aut . . . extrusum,* oder es wäre doch der Kriegesschauplatz in das ihnen höchst abgeneigte Spanien zu ihrem grössten Nachtheile hineingedrängt. — *aversissimam illis.* Sic Vict. 2 Significatus v. *aversus* (abgeneigt), quod Plancus aeque atque Horatius (*aversus mercaturis* Serm. 2, 3, 107.) ac Scriptor *de Bello Alex.* c. 40. (*legio, quum paullulum aversa hostibus cessisset,* ubi iunge *aversa hostibus,* non *cessisset hostibus:*) cum dativo construere poterat, hic aptior est, quam alterius v. *adversus*; *illis* autem necessaria videtur correctio, quum, quo *illi* referatur, prorsus nescias. *aversiss. illi* Md. Vict. 1. Bened. *adversiss. illi* Graev. Ern. *adversiss. illis* Lamb. Sch. Lün. *OR.* In Spanien waren Pompeius u. dessen Söhne

cum detrimento eorum maximo extrusum. Quae mens eum, aut quorum consilia, a tanta gloria, sibi vero etiam necessaria ac salutari avocarit et ad cogitationem consulatus bimestris summo cum terrore hominum et insulsa cum efflagitatione transtulerit, exputare non possum.
7 Multum in hac re mihi videntur necessarii eius et rei publicae et ipsius causa proficere posse: plurimum, ut puto, tu quoque: cuius ille tanta merita habet, quanta nemo praeter me: nunquam enim obliviscar maxima ac plurima me tibi debere. De his rebus ut exigeret cum eo, Furnio mandavi. Quod si, quantam debeo, habuero
8 apud eum auctoritatem, plurimum ipsum iuvero. Nos interea duriore conditione bellum sustinemus, quod neque expeditissimam dimicationem putamus neque tamen refu-

---

noch im ehrenvollen Andenken; aber die Cäsarianer verhasst. — *Quae mens . . . exput. non possum*, „was für eine Absicht oder was für Rathgeber ihn von einer so ruhmvollen, ihm selbst höchst nöthigen und heilsamen (wegen des Antonius) Bahn abgerufen und auf den Gedanken verleitet haben, noch auf ein Paar Monathe das Consulat zum grössten Schrecken für Iedermann und auf eine so ungereimte Art zu fordern, das kann ich mir nicht enträthseln.“ *transtulerit.* Sic Md. Vict. 1. Gebh.; quod, *quum mens* subiectum sit praecipuum atque illa *aut quorum consilia* per parenthesin tantummodo interponantur, minime mutandum erat in: *advocarint . . . transtulerint.* Plerique, etiam Vict. 2. (*avocarit . . . transtulerint* Crat.) *ORELLI.* — *bimestris*, imo *quinquemestris*, quum quinque menses superessent ad exitum anni; sed *bimestris* dixit pro *exigui temporis. MANUT.* Praeterea Plancus cogitare poterat, antequam Octavianus consul crearetur, facile aliquot menses huius anni praeterlapsuros, ut summum duo menses ad gerendum consulatum superfuturi essent. *SCH.* — *cum terrore hominum.* Octavianus consulatum invadere cupiebat, missis quadringentis ad senatum militibus, qui hunc honorem illi exposcerent; atque Cornelius centurio princeps huius legationis, quum senatus tergiversaretur, reiecto sagulo ostensoque gladio in curia dixit: *hic faciet, si vos non feceritis.* V. Sueton. Aug. 26. Dio Cass. XLVI. *MANUT.* Audito a legatis senatus responso, Octavianus legiones suas urbi admovit. V. Appian. III, 89.

7. *necessarii eius*, in primis L. Marcius Philippus vitricus et C. Claudius Marcellus, eius sororis vir. Philipp. III. *MANUT.* — *proficere*, ausrichten, ut eum in aliam viam et mentem traducant. — *tu quoque* potes proficere. — *merita* Ciceronis in Octavium vid. Philipp. V et XIV. *MANUT.* — *ut exigeret*, mit ihm aufs ernstlichste zu verhandeln. *ut ageret* Lamb. cfr. Gronovii *Obss.* 4, 21, p. 762. *Lips. OR.* Vgl. Plinii Ep. V, 12. IX, 28. — *ipsum iuvero*, so wird das sein eigner grosser Vortheil sein; nam ipsius quoque periculum agitur. *MANUT.* indem Antonius ia auch sein Feind ist.

8. *bell. sustin.*, wir suchen indessen unter den schwierigen Verhältnissen den Krieg hinzuhalten. — *neque expedit.*, facilem,

giendo commissuri sumus, ut maius detrimentum res publica accipere possit. Quod si aut Caesar se respexerit aut Africanae legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Tu, ut instituisti, me diligas rogo proprieque tuum esse tibi persuadeas. v. Kal. Sext. ex castris.

---

sed periculosam; non satis tutam, sed potius difficilem et ancipitem. *SCH.* — *se respexerit*, sollte Octavian sein eigenes Heil bedenken, in sich gehen, seinen Sinn ändern und zu uns kommen. Ita profecto non scripsisset Plancus, si iam rescisset Caesarem Octavianum legiones suas urbi admovisse, ut vi aperta consulatum sibi extorqueret. *SCH.* — *Africanae legiones.* Hae paullo post accitae a senatu venerunt; earumque adventus animos addidit senatui, ut eum consternationis suae eorumque, quae Octaviani legionibus concessissent, poeniteret fieretque decretum de urbe adversus earum impetum defendenda. *SCH.* — *ab hac parte*, von dieser Seite des Römischen Reichs. — *ut instituisti*, wie bisher. — *propriumque* cum Cdd. aliq. praeferebat Nodell. Cfr. *Lib.* 9. *Ep.* 15. et *Lib.* 10. *Ep.* 5. *OR.* — *v. Kal. Sextil.*, am 28. Iulius. *v. Sext.* Ern. [ ] sine causa. Vide Strothium.

M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
ANNIS INCERTIS
SCRIPTAE.

EPISTOLA DCCCLVI. (ad Div. XVI. 26.)

Scripta fortasse illo tempore, quo Q. Cicero Asiam pro praetore regebat.

Negligentiam in mittendis epistolis Tironi iocose exprobrat. 1 — 2.

Q. TIRONI SUO PLUR. S. D.

Verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convicio, quod fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est. Non potes effugere huius culpae poenam te patrono. Marcus est adhibendus: isque diu et multis lucubrationibus commentata oratione vide ut probare possit te non
2 peccasse. Plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quae lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae: sic tu, etiam si, quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quaesivisse videaris. Valde enim mî semper et vera et dulcia tuis epistolis nuntiantur. Ama nos et vale.

---

1. *Verberavi . . . convicio* i. e. tacitus mecum dixi in te convicia, mecum stomachabar tibi tacite ob intermissum a te officium scribendi. Aus dem Anfange des 781. Briefes ersieht man, dass vorliegender vor ienem in demselbigen Iahre geschrieben ist. — *te patrono* i. e. si tu ipse causam tuam agere vis. — *Marcus* frater. — *diu . . . commentata oratione*, mit einer noch so lange und noch so viele Nächte hindurch ausgedachten Rede. — *vide ut* = bedenke, wie o d e r ob; i. e. vix est ut probare possit. Offic. III, 29: *videant ne latebra quaeratur* i. e. vix est ut non quaeratur. *GRONOV.*

2. *exsiccatae*, ausgeleert, ausgetrunken. — *quid scribas.* Sic Bas. Crat. *quod* Cett. Scil. *non habeo quid*, *nihil habeo quod scribam. OR.* — *ne furtum cessationis quaes. videare,* ne sub excusatione, quod inanem epistolam mittere nolueris, mihi aliquando plenam furto retineas. *WEISKE.* Sch. con. Lün. *cessatione*; ne cessatione tua in suspicionem venias, te mihi plenam epistolam furari voluisse, hac interim excusatione usus, te nihil habuisse quod scriberes. Epist. 781 sic incipit: Mirificam mi verberationem cessationis epistola dedisti.

EPISTOLA DCCCLVII. (ad Div. V. 16.)

Scripta fortasse A. U. C. 707. (a. C. 47.)

Consolatur Titium obitum filii filiaeve aut plurium liberorum immoderatius lugentem. 1—6.

M. CICERO S. D. TITIO.

Etsi unus ex omnibus minime sum ad te consolandum accommodatus, quod tantum ex tuis molestiis cepi doloris, ut consolatione ipse egerem: tamen, quum longius a summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quam tuus, statui nostrae necessitudinis esse meaeque in te benevolentiae non tacere tanto in tuo maerore tamdiu, sed adhibere aliquam modicam consolationem, quae levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Est 2
autem consolatio pervulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque in animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus, conditione vivamus: neve tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possimus: eventisque aliorum memoria repetendis nihil accidisse novi nobis cogitemus. Neque hae neque 3
ceterae consolationes, quae sunt a sapientissimis viris usurpatae memoriaeque literis proditae, tantum videntur proficere debere, quantum status ipse nostrae civitatis et haec perturbatio temporum perditorum: quum beatissimi

---

TITIO. Ad C. Titium L. F. Rufum, ad quem est epistola 58 Libr. XIII (h. e. 248) a. u. c. 704. praetorem urbanum Glandorpius retulit annott. in Cic. Epist. 165; ad T. Titium Pompeii legatum, cui inscripta est ep. 75 libr. XIII (h. ed. ep. 181) Ernestius; ad alios alii, ut Schmiederus in libro: hist. philol. Bemerkungen zur Erl. der Briefe Cic. p. 330. ad equitem nescio quem Romanum, Ciceronis familiarem. In scriptis libris meis et in impressis veteribus praenomen non additur. *Titi* fuisse, haustum a syllaba sequente, non mala coniectura est Weiskii p. 134. *MARTYNI-LAGUNA.*

1. *longius a* = *ab* Mart.-Lag. — *statui* = putavi.

2. *lege,* conditione. — *proposita* = exposita. — *possimus.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Mart.-Lag. *possumus* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Bened. Sch. Lün. *OR.* — *eventis . . repetendis,* indem wir die Schicksale Anderer in unser Gedächtniss zurückrufen. — *novi nobis.* Sic Md. Vict. 1. 2. *nobis novi* Cett. *OR.*

3. *memoriaeque et literis* Crat. Lamb. *OR.* — *perturbatio.* Sic Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. *probatio* Neap. *prolatio* Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. miro errore, e scripturae compendio nato. *OR.*

sint, qui liberos non susceperunt; minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt, quam si eosdem bona aut
4 denique aliqua re publica perdidissent. Quod si tuum te desiderium movet aut si tuarum rerum cogitatione maeres; non facile exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto: sin illa te res cruciat, quae magis amoris est, ut eorum, qui occiderunt, miserias lugeas — ut ea non dicam, quae saepissime et legi et audivi, nihil mali esse in morte, in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius, quam mors ducenda sit: sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quae non sentiatur — hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea misceri, parari, impendere rei publicae, quae qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esse videatur. Quid est enim iam non modo pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati ac saluti loci? Non, mehercule, quemquam audivi hoc gravissimo et pestilentissimo anno adolescentulum aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus ereptus ex his miseriis atque
5 ex iniquissima conditione vitae videretur. Quare, si tibi unum hoc detrahi potest, ne quid iis, quos amasti, mali putes contigisse: permultum erit ex maerore tuo deminutum. Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quae non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur: in qua non est iam gravitatis et sapientiae tuae, quam tu a puero praestitisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria maloque seiunctus. Et-

---

4. *tuum desiderium*, die Sehnsucht nach den Deinigen, der Verlust der Deinigen. — *tuarum rerum cogit.*, weil Du an Deine nunmehrige Lage denkst. — *exhauriri*, adimi. — *quod magis amoris est*, was noch mehr ein Beweis von Liebe ist. — *ut ea non dicam*, um Das nicht zu erwähnen. — *nihil mali esse in morte.* S. Tuscul. Disp. prima. — *resideat*, Md. *et quasi resideat.* Beng. *ex qua si resideat.* Bened. susp. *ut quasi, si resideat. OR.* — *amissus* scil. sensus. — *ea misceri* i. e. eas perturbationes excitari. — *loci* hängt ab von *Quid* im Anfange des Satzes. — *gravissimo et.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. *ac* Mart.-Lag. Lünem. om. *et* Ern. Sch. cfr. Moser ad *Divin. L.* 1. p. 283. *OR.* Ex hoc loco recte Martyni-Laguna collegit hanc epistolam non multo post pugnam Pharsalicam scriptam esse, ideoque ad annum DCCVI (707) referendam videri; idem apte comparavit Dionis Cassii huius temporis adumbrationem Vol. 1. p. 322. D. edit. Reimari. *SCH.*

5. *hoc unum* Mart.-Lag. — *iis.* Crat. Vict. 1. *his* contra Md. *OR.* — *amasti.* Cdd. aliq. *amisisti. OR.* — *cura* = curatio. Ern. susp. *causa.* Es bezieht sich diess auf *Quod si tuum te desiderium movet* cet. §. 4. — *et sapientiae.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. *ac*

enim eum semper te et privatis in rebus et publicis praestitisti, tuenda tibi ut sit gravitas et constantiae serviendum. Nam, quod allatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus vetustate tollit, id nos praecipere consilio prudentiaque debemus. Etenim si nulla fuit un- 6
quam, liberis amissis, tam imbecillo mulier animo, quae non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos, quod est dies allatura, id consilio ante ferre debemus neque exspectare temporis medicinam, quam repraesentare ratione possimus. His ego literis si quid profecissem, existimabam optandum quiddam me esse assecutum: sin minus forte valuissent, officio tamen esse functurum benevolentissimi atque amicissimi; quem me tibi et fuisse semper existimes velim et futurum esse confidas.

Ceteri. *OR.* — *te semper* Mart.-Lag. *OR.* — *praestitisti,* Mart.-Lag. *praebuisti. OR.* — *et const. serviendum,* und für den Ruf eines festen Charakters sorgen musst. — *praecipere consilio prudentiaque,* auf Anderer Rath, aus Überlegung und aus Klugheit vorwegnehmen, früher uns aneignen, = *ante ferre* im folg. §. *praeripere* (Md. ut videtur.) Crat. Vict. 1. Correxit iam Vict. 2. *OR.*

6. *repraesentare,* vergegenwärtigen, sogleich uns verschaffen, sofort anwenden, beschleunigen, im Voraus gebrauchen. Vgl. Caes. B. C. I, 40: se, quod in longiorem diem collaturus esset, repraesentaturum. Senec. ep. 95. int. Quintil. X, 7, 2. Hirt. Bell. Alex. 70. Suet. Claud. 34. Vitell. 10. Phaedr. III, 10, 32. — *valuissent* scil. literae meae. — *functurum.* Sic Md. Graev. Lall. Bened. *functum* Neap. Ascens. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.*

EPISTOLA DCCCLVIII. (ad Div. XII. 20.)

Scripta anno incerto, fortasse 707.

Per iocum ait se moleste ferre, quod Cornificius in Sinuessanum non venerit, eumque rogat, ut se scripto aliquo lacessat.

CICERO CORNIFICIO.

Gratae mihi tuae literae, nisi quod Sinuessanum diversoriolum contempsisti. Quam quidem contumeliam villa pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumano et Pompeiano reddideris πάντα περὶ πάντων. Sic igitur facies meque amabis et scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quam provocare. Quod si, ut es, cessabis, lacessam: nec tua ignavia etiam *mihi* inertiam afferet. Plura otiosus: haec, quum essem in senatu, exaravi.

---

1. *Sinuessanum*, praedium in agro Sinuessano ad oppidum Sinuessam. — *nisi . . reddideris πάντα π. πάντων*, omnia de omnibus, wenn Du nicht durch einen Besuch auf meinem Cumanischen oder Pompeianischen Landgute Alles bis auf ein Haar wieder gut machst. Ex h. loco colligitur rusticatum illo tempore Cornificium esse; fortasse anno 707. — *et scripto aliquo lacesses*, und mich durch Anfertigung einer Schrift zu gleicher Thätigkeit herausfordern; sodass ich ein Gegengeschenk mit einer Schrift von meiner Feder Dir dafür machen muss. Alienum fuisset a Cornificio iam provincialibus negotiis in Africa occupato scriptum aliquod postulare; necesse itaque est, ut, quum haec epistola scriberetur, in otio versatus fuerit. — *ut es*, tuo more. — *cessabis*, nihil scripseris. — *mihi . . afferet.* Cicero significat se Cornificium scripto lacessere velle, ne propter eius ignaviam ipse quoque ad inertiam delabatur. Saepe enim *ignavia* et *inertia* ponuntur ut synonyma. *SCH.* Cum Lamb. inserui *mihi* (= *mi* e Cdd. Regg. Lall.) lectioni Cd. Md. Vict. 1. 2. Ern. Bened. *ne tua ign. etiam in. afferat* Dresd. tert. Graev. *ne tua ign. etiam mihi in. afferat* Sch. Lün. *OR.* — *Plura* scil. scribam. — *exaravi*, scripsi.

EPISTOLA DCCCLIX. (ad Div. VII. 21.)

Scr. anno incerto.

Silii causam Trebatio commendat.

CICERO TREBATIO S. D.

Silii causam te docui. Is postea fuit apud me. Quum ei dicerem tibi videri sponsionem illam nos sine periculo facere posse, SI BONORUM TURPILIAE POSSESSIONEM Q. CAEPIO PRAETOR EX EDICTO SUO MIHI DEDIT, negare aiebat Servium tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit: hoc idem Ofilium dicere: tecum se locutum negabat; meque rogavit, ut se et cau-

---

TREBATIO. S. z. ep. 135 im Anf. 756. 757.

1. *Silii causam.* Causa haec erat: Turpilia testamentum fecerat eoque testamento Silium heredem sive ex asse sive ex aliqua parte fecerat. Silius bonorum possessionem secundum tabulas ex edicto praetoris petiverat, s. potius praetor edixerat, se bonorum possessionem secundum tabulas testamenti Silio daturum. Silius, quum cognati bona ad se pertinere dicerent, quia Turpilia testamenti factionem non habuisset et ita testamentum non esset iure factum, edicto praetoris fretus sponsionem facere cum eis cogitabat huiusmodi: *ni bonorum Turpiliae possessionem praetor ex edicto suo mihi dedit, centum dare spondes?* Sed Cicero Silii patronus, priusquam hanc sponsionem Silius faceret, Trebatium consuluerat, possetne hanc sponsionem facere sine periculo. Responderat Trebatius posse. Servius autem Sulpicius item consultus negabat rationemque hanc afferebat, quia tabulae testamenti non essent eae, quas instituisset is, qui testamenti factionem non haberet. Omnino Trebatius bene responderat. Satis erat enim esse tabulas testamenti, secundum quas bonorum possessio peteretur. Non enim quaerebatur, testamentum esset ratum an irritum; firmum an infirmum: sed essetne factum testamentum. Itaque sine periculo poterat illa sponsio fieri. *LAMB.* — *SI.* Lamb. Ern. Sch. Lün. *NI.* v. Rostii *Programma* 1820. p. 9. Beier *Offic.* I. 2. p. 328. P. E. Huschke *de causa Siliana* cet. Rostochii 1824. *OR.* In huiusmodi sponsionum formulis fere ponitur *ni.* Silius igitur certam pecuniam spondere debebat, ni praetor possessionem bonorum Turpiliae sibi dedisset. — *Q. CAEPIO* del. cum Cdd. aliquot Sch. Lün. *OR.* Putant M. Brutum significari ab avunculo Servilio Caepione adoptatum. Sed numquam Brutus simpliciter vocatus est *Q. Caepio,* sed semper *Q. Caepio Brutus.* Vid. ep. 50 et Philipp. X *SCH.* — *DEDIT.* Ern. coni. Sch. Lün. *dederit.* — *Servium* Sulpicium, principem iuris consultorum illius aetatis. *SCH.* — *tabulas testamenti esse* i. e. pro testamento valere posse. — *factionem* i. e. ius faciendi *testamenti.* — *Ofilium* clarum iurisconsultum, de quo Pomponius de origine iuris. *MANUT.* S. zu ep. 621, 4. Ulpianus Digest. LV, I. Dodwell. in App. Praelect. Camden. p. 780. *Offilium*

sam suam tibi commendarem. Nec vir melior, mi Testa, nec mihi amicior P. Silio quisquam est, te tamen excepto. Gratissimum mihi igitur feceris, si ad eum ultro veneris eique pollicitus eris: sed, si me amas, quam primum. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA DCCCLX. (ad Div. VII. 22.)

Scr. anno incerto.

Controversiam inter iurisconsultos fuisse, possetne heres, quod furtum antea factum esset, furti recte agere, docet aliquot auctoritatibus.

CICERO TREBATIO S.

Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram controversiam esse, possetne heres, quod furtum antea factum esset, furti recte agere. Itaque, etsi domum bene potus seroque redieram, tamen id caput, ubi haec controversia est, notavi et descriptum tibi misi: ut scires id, quod tu neminem sensisse dicebas, Sex. Aelium, M'. Manilium, M. Brutum sensisse. Ego tamen Scaevolae et Testae assentior.

Crat. Vict. 1. Graev. *OR.* — *se causamque* Lamb. Sch. Lün. *OR.* — *mihi igitur.* Sic Md. Vict. 1. 2. *igitur mihi* Cett. *OR.*

1. *furti recte agere,* haberetne actionem adversus furem, qui furatus esset ante, quam ipse heres esset. Ideo enim dubitari potest, quia non videtur heres ea tamquam sua posse repetere, quae nondum ad eum hereditario iure pervenissent. Sed controversiam tollunt Paulli verba veteris iurisconsulti L. 47. *de furtis*: „Si dominium rei subreptae quacumque ratione mutatum sit, domino *furti actio* competit, veluti heredi et bonorum possessori et patri adoptivo et legatario.“ *MANUT.* *recte furti ag.* Neap. Asc. 1. Vict. 2. Lamb. Sch. Lün. contra Md. *OR.* — *Sex. Aelium* iurisconsultum, acutum hominem, unde ab Ennio *catus* vocatus est in illo versu apud Cic. de Orat. 1, 56. III, 33. Brut. 20. Tuscul. I, 9. Varro. lib. VI. *MANUT.* — *M.' Manilium,* qui consul fuit cum L. Censorino a. u. c. 605. Iurisconsultus et ad respondendum et ad scribendum et ad cavendum peritissimus dicitur *Orat.* I, 41. *SCH.* — *M. Brutum,* iuris publici et privati peritum, qui scripsit libros de iure civili. Vid. Orat. II, 32. Cluent. 51. Ceterum hi tres iureconsulti quaestionem, de qua hic agitur, negasse videntur in eaque sententia fuisse, non posse heredem, quod furtum antea factum esset, recte furti agere. *SCH.* — *Scaevolae,* P. Mucio Scaevolae, ei, qui primus ius civile in familiam Muciam intulit, et de Finibb. I, 4. cum M.' Manilio et M. Bruto illo numeratur inter principes civitatis. *SCH.* — *Testae,* Trebatio scil., quem iocose hic cognomine

EPISTOLA DCCCLXI. (ad Div. X. 29.)

Scr. anno incerto.

Suum studium erga salutem exsulantis amici confirmat eumque bene sperare iubet.

CICERO APPIO.

De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam credo te cognosse ex literis tuorum; quibus me cumulatissime satisfecisse certo scio: nec iis concedo, quamquam sunt singulari in te benevolentia, ut te salvum malint, quam ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus, quam ipsi, hoc tempore prodesse possim: quod quidem nec destiti facere nec desistam, et iam in maxima re feci et fundamenta ieci salutis tuae. Tu fac bono animo magnoque sis meque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie Nonas Quintiles.

---

suo appellatum cum Scaevola componit; facetius, quam si scripsisset *et tibi assentior*. *SCH.*

APPIO. Sic Md. Crat. Vict. 1. Beng. Lünem., probante Huldrico in *Programm. Turic.* 1803. pag. 5. ut sit *Appius Claudius C. Filius*, quem *Libro* II. *Ep.* 22 (h. e. 820) D. Bruto commendat. *OR. Ampio* Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch., ut haec epistola ad eundem *Ampium Balbum* scripta sit, quem ad exsulantem missa est epist. VI, 12 (h. ed. 514); quod si verum sit, scripta sit necesse est a. u. c. 708, sed ante illam, qua reditum ab exsilio eius impetratum esse scribit. *SCH.*

1. *nec iis.* Sic Md. Neap. Vict. 2. Lamb. *his* Cett. *nec iis concedo . . . ut,* und ich gebe ihnen nicht zu, dass u. s. w. — *quam ipsi* possint. — *in maxima re,* der Hauptsache nach, bei seiner wichtigsten Angelegenheit. — *nulla re,* Lamb. *nulla in re.* — *Pridie Non. Quintil.,* am 30. Iunius.

EPISTOLA DCCCLXII. (ad Div. XIII. 76.)

Scr. anno incerto.

C. Valgium Hippianum commendat petitque, ut possessioni eius in agro Fregellano immunitatem dent. 1—2.

M. CICERO QUATUOR VIRIS et DECURIONIBUS S. D.

Tantae mihi cum Q. Hippio causae necessitudinis sunt, ut nihil possit esse coniunctius, quam nos inter nos sumus. Quod nisi ita esset, uterer mea consuetudine, ut vobis nulla in re molestus essem. Etenim vos mihi optimi testes estis, quamquam mihi persuasum esset nihil esse, quod a vobis impetrare non possem, nunquam me
2 tamen gravem vobis esse voluisse. Vehementer igitur vos etiam atque etiam rogo, ut honoris mei causa liberalissime C. Valgium Hippianum tractetis remque cum eo conficiatis, ut, quam possessionem habet in agro Fregellano a vobis emptam, eam liberam et immunem habere possit. Id si a vobis impetraro, summo me beneficio vestro affectum arbitrabor.

DECURIONIBUS Fregellarum scil. oppidi Volscorum in Latio. Erat autem colonia Romana, cui quatuorviri et decuriones praeerant. *SCH.*

1. *quam*quam. Sic scripsi. *quam* Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. *quum* Bas. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *OR.* — *gravem,* molestum rogando.

2. *C. Valgium Hippianum.* Assentior Manutio, qui hunc filium esse iudicavit *Q. Hippii* supra nominati, a C. Valgio quodam adoptatum. Etenim si unus idemque esset, quod Ernestius putavit, cur eum supra Q. Hippium nominaret nec statim nomine uteretur post adoptionem ab eo usurpato? Idem Benedicto visum. *SCH.* — *immunem,* lastenfrei.

I N D I C E S.

INDEX I. CHRONOLOGICUS
PRAECIPUA TEMPORUM MOMENTA,
QUIBUS CICERONIS EPISTOLAE SCRIPTAE SUNT,
EXHIBENS.

I. M. T. Ciceronis epistolae scriptae ante consulatum ab a. u. c. 686 ad a. 689. Tom. I. p. 1-28.

II. — post consulatum, ante exsilium ab a. u. c. 692 ad a. 695. T. I. p. 29-231.

III. — in exsilio ab a. u. c. 696-697. T. I. p. 232-296.

IV. — post reditum, usque ad proconsulatum Ciliciensem ab a. u. c. 697 ad a. 703. T. I. p. 297-592.

V. — in proconsulatu Ciliciensi a. u. c. 703 et 704. T. II. p. 1-276.

VI. — post decessionem e provincia usque ad initium belli civilis extremis mensibus a. u. c. 704. T. II. p. 277-326.

VII. — ab initio belli civilis usque ad reditum post pugnam Pharsalicam a. u. c. 705 et 706. T. II. p. 327 - fin.

VIII. — post reditum a pugna Pharsalica usque ad profectionem Caesaris ad bellum Africanum a. u. c. 706 exeunte et 707. T. III. p. 1-55.

IX. — Ciceronis epistolae scriptae a. u. c. 708. C. Iulio Caesare III. M. Aemilio Lepido Coss. T. III. p. 56-174.

X. — a. u. c. 708 sed incertis mensibus. T. III. p. 175-212.

XI. — a. u. c. 709. C. Iulio Caesare dictatore simul Cos. IV. M. Aemilio Lepido Mag. equitum, suffectis in tres ultimos menses Q. Fabio Maximo C. Trebonio Coss. T. III. p. 213-438.

XII. — a. u. c. 710. a Kalendis Ianuariis ad Kalendas Martias C. Iulio Caesare V. M. Antonio Coss. Tom. IV. p. 1-9.

XIII. — anno et mense incerto intra a. u. c. 707 et 710. T. IV. p. 10-31.

XIV. — a. u. c. 710 inde ab Idibus Martiis M. Antonio et Cn. Cornelio Dolabella Coss. T. IV. p. 32-257.

XV. — a. u. c. 711. C. Vibio Pansa A. Hirtio Coss. T. IV. p. 258-385.

XVI. — annis prorsus incertis. T. IV. p. 386-391.

INDEX II. COMPARATIVUS

SERIEM EPISTOLARUM CICERONIS

EX VULGARI ORDINE CUM HUIUS EDITIONIS ORDINE COMPONENS.

AD FAMILIARES S. AD DIVERSOS.

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
I.	1	I.	92	III.	6	II.	213
	2	I.	93		7	II.	244
	3	I.	94		8	II.	222
	4	I.	95		9	II.	249
	5	I.	96		10	II.	261
	5 extr.	I.	100		11	II.	265
	6	I.	101		12	II.	275
	7	I.	113		13	II.	277
	8	I.	125	IV.	1	II.	365
	9	I.	148		2	II.	371
	10	I.	165		3	III.	461
II.	1	I.	166		4	III.	469
	2	I.	168		5	III.	557
	3	I.	169		6	III.	565
	4	I.	174		7	III.	464
	5	I.	175		8	III.	466
	6	I.	178		9	III.	468
	7	II.	227		10	III.	525
	8	II.	199		11	III.	480
	9	II.	221		12	III.	566
	10	II.	226		13	III.	463
	11	II.	255		14	III.	516
	12	II.	263		15	III.	433
	13	II.	257	V.	1	I.	13
	14	II.	245		2	I.	14
	15	II.	273		3	I.	112
	16	II.	372		4	I.	86
	17	II.	271		5	I.	17
	18	II.	258		6	I.	15
	19	II.	262		7	I.	12
III	1	I.	180		8	I.	131
	2	II.	183		9	III.	599
	3	II.	194		10	IV.	655
	4	II.	194		10 extr.	III.	649
	5	II.	205		11	III.	617

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
V.	12	I.	108	VII.	20	IV.	756
	13	III.	558		21	IV.	859
	14	III.	568		22	IV.	860
	15	III.	569		23	I.	124
	16	IV.	857		24	III.	636
	17	I.	176		25	III.	639
	18	I.	179		26	I.	91
	19	II.	373		27	III.	467
	20	II.	302		28	III.	472
	21	III.	438		29	III.	648
VI	1	III.	517		30	IV.	653
	2	III.	559		31	IV.	657
	3	III.	524		32	II.	229
	4	III.	526		33	III.	471
	5	III.	479	VIII	1	II.	192
	6	III.	470		2	II.	202
	7	III.	478		3	II.	203
	8	III.	476		4	II.	206
	9	III.	477		5	II.	210
	10	III.	527		6	II.	242
	11	III.	640		7	II.	243
	12	III.	514		8	II.	223
	13	III.	465		9	II.	211
	14	III.	475		10	II.	225
	15	IV.	678		11	II.	267
	16	IV.	679		12	II.	279
	17	IV.	695		13	II.	272
	18	III	521		14	II.	280
	19	III.	631		15	II.	335
	20	III.	632		16	II.	367
	21	III.	597		17	II.	388
	22	III.	432	IX.	1	III.	431
VII.	1	I.	126		2	III.	440
	2	I.	182		3	III.	439
	3	III.	452		4	III.	443
	4	III.	458		5	III.	448
	5	I.	133		6	III.	446
	6	I.	135		7	III.	447
	7	I.	136		8	III.	617
	8	I.	139		9	II.	389
	9	I.	143		10	III.	519
	10	I.	145		11	III.	537
	11	I.	167		12	III.	650
	12	I.	170		13	III.	553
	13	I.	171		14	IV.	700
	14	I.	177		15	III.	473
	15	I.	172		16	III.	450
	16	I.	147		17	III.	455
	17	I.	150		18	III.	451
	18	I.	173		19	III.	454
	19	IV.	757		20	III.	456

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
IX.	21	IV.	658	XI.	11	IV.	816
	22	IV.	659		12	IV.	833
	23	III.	457		13	IV.	842
	24	IV.	796		14	IV.	837
	25	II.	246		15	IV.	830
	26	III.	474		16	IV.	787
X.	1	IV.	761		17	IV.	788
	2	IV.	766		18	IV.	824
	3	IV.	792		19	IV.	825
	4	IV.	789		20	IV.	838
	5	IV.	797		21	IV.	846
	6	IV.	800		22	IV.	820
	7	IV.	803		23	IV.	839
	8	IV.	802		24	IV.	847
	9	IV.	811		25	IV.	853
	10	IV.	805		26	IV.	845
	11	IV.	818		27	IV.	716
	12	IV.	806		28	IV.	717
	13	IV.	831		29	IV.	747
	14	IV.	815	XII.	1	IV.	712
	15	IV.	819		2	IV.	763
	16	IV.	822		3	IV.	764
	17	IV.	821		4	IV.	793
	18	IV.	828		5	IV.	795
	19	IV.	832		6	IV.	809
	20	IV.	840		7	IV.	804
	21	IV.	835		8	IV.	850
	22	IV.	829		9	IV.	851
	23	IV.	848		10	IV.	854
	24	IV.	855		11	IV.	798
	25	IV.	827		12	IV.	817
	26	IV.	836		13	IV.	852
	27	IV.	801		14	IV.	844
	28	IV.	794		15	IV.	843
	29	IV.	861		16	IV.	715
	30	IV.	810		17	III.	641
	31	IV.	799		18	III.	646
	32	IV.	849		19	IV.	656
	33	IV.	834		20	IV.	858
	34	IV.	826		21	IV.	784
	35	IV.	841		22	IV.	780
XI.	1	IV.	686		23	IV.	765
	2	IV.	714		24	IV.	790
	3	IV.	758		25	IV.	813
	4	IV.	762		26	IV.	785
	5	IV.	777		27	IV.	786
	6	IV.	778		28	IV.	807
	7	IV.	779		29	IV.	808
	8	IV.	791		30	IV.	823
	9	IV.	812	XIII.	1	II.	197
	10	IV.	814		2	II.	259

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
XIII.	3	II.	260	XIII.	52	IV.	677
	4	III.	642		53	II.	230
	5	III.	643		54	II.	253
	6	I.	114		55	II.	232
	6 extr.	I.	115		56	II.	231
	7	III.	645		57	II.	254
	8	III.	644		58	II.	248
	9	II.	237		59	II.	247
	10	III.	437		60	I.	160
	11	III.	481		61	II.	233
	12	III.	482		62	II.	234
	13	III.	483		63	II.	251
	14	III.	484		64	II.	235
	15	III.	554		65	II.	236
	16	III.	555		66	III.	508
	17	III.	485		67	III.	509
	18	III.	486		68	III.	462
	19	III.	487		69	III.	510
	20	III.	488		70	III.	511
	21	III.	489		71	III.	512
	22	III.	490		72	III.	513
	23	III.	491		73	I.	161
	24	III.	492		74	I.	127
	25	III.	493		75	I.	181
	26	III.	494		76	IV.	862
	27	III.	495		77	III.	619
	28	III.	496		78	III.	435
	28 extr.	III.	497		79	III.	436
	29	III.	434	XIV.	1	I.	79
	30	III.	498		2	I.	76
	31	III.	499		3	I.	81
	32	III.	500		4	I.	59
	33	III.	501		5	II.	283
	34	III.	502		6	II.	394
	35	III.	503		7	II.	385
	36	III.	504		8	II.	390
	37	III.	505		9	III.	399
	38	III.	506		10	III.	418
	39	III.	507		11	III.	413
	40	I.	128		12	III.	395
	41	I.	163		13	III.	419
	42	I.	162		14	II.	306
	43	IV.	670		15	III.	415
	44	IV.	671		16	III.	403
	45	IV.	672		17	III.	401
	46	IV.	673		18	II.	312
	47	IV.	674		19	III.	397
	48	IV.	675		20	III.	429
	49	I.	164		21	II.	393
	50	IV.	654		22	III.	428
	51	IV.	676		23	III.	423

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
XIV.	24	III.	422	XVI.	4	II.	288
XV.	1	II.	221		5	II.	289
	2	II.	219		6	II.	290
	3	II.	212		7	II.	291
	4	II.	238		8	II.	313
	5	II.	266		9	II.	292
	6	II.	278		10	IV.	666
	7	II.	215		11	II.	301
	8	II.	216		12	II.	310
	9	II.	217		13	IV.	663
	10	II.	239		14	IV.	664
	11	II.	274		15	IV.	665
	12	II.	218		16	IV.	669
	13	II.	240		17	IV.	661
	14	III.	241		18	IV.	667
	15	III.	424		19	IV.	668
	16	III.	522		20	IV.	662
	17	III.	520		21	IV.	782
	18	III.	518		22	IV.	660
	19	III.	523		23	IV.	696
	20	IV.	713		24	IV.	703
	21	III.	430		25	IV.	783
XVI.	1	II.	285		26	IV.	856
	2	II.	286		27	IV.	781
	3	II.	287				

EPISTOLARUM AD ATTICUM.

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
I.	1	I.	10	II.	1	I.	26
	2	I.	11		2	I.	27
	3	I.	8		3	I.	28
	4	I.	9		4	I.	29
	5	I.	1		5	I.	31
	6	I.	2		6	I.	32
	7	I.	3		7	I.	33
	8	I.	4		8	I.	34
	9	I.	5		9	I.	35
	10	I.	6		10	I.	37
	11	I.	7		11	I.	38
	12	I.	16		12	I.	36
	13	I.	18		13	I.	39
	14	I.	19		14	I.	40
	15	I.	20		15	I.	41
	16	I.	21		16	I.	42
	17	I.	22		17	I.	43
	18	I.	23		18	I.	44
	19	I.	24		19	I.	45
	20	I.	25		20	I.	46

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
II.	21	I.	47	IV.	18	I.	157
	22	I.	48	V.	1	II.	184
	23	I.	49		2	II.	185
	24	I.	50		3	II.	186
	25	I.	51		4	II.	187
III.	1	I.	56		5	II.	188
	2	I.	54		6	II.	189
	3	I.	53		7	II.	190
	4	I.	55		8	II.	193
	5	I.	57		9	II.	195
	6	I.	58		10	II.	196
	7	I.	60		11	II.	198
	8	I.	61		12	II.	200
	9	I.	62		13	II.	201
	10	I.	64		14	II.	204
	11	I.	65		15	II.	207
	12	I.	66		16	II.	208
	13	I.	68		17	II.	209
	14	I.	67		18	II.	214
	15	I.	70		19	II.	220
	16	I.	71		20	II.	228
	17	I.	72		21	II.	250
	18	I.	73	VI.	1	II.	252
	19	I.	74		2	II.	256
	20	I.	75		3	II.	264
	21	I.	77		4	II.	268
	22	I.	78		5	II.	269
	23	I.	80		6	II.	276
	24	I.	82		7	II.	270
	25	I.	83		8	II.	281
	26	I.	84		9	II.	282
	27	I.	85	VII.	1	II.	284
IV.	1	I.	87		2	II.	293
	2	I.	88		3	II.	294
	3	I.	89		4	II.	295
	4	I.	98		5	II.	296
	4 extr.	I.	105		6	II.	297
	5	I.	106		7	II.	298
	6	I.	109		8	II.	299
	7	I.	110		9	II.	300
	8	I.	111		10	II.	303
	8 extr.	I.	117		11	II.	304
	9	I.	119		12	II.	305
	10	I.	118		13	II.	307
	11	I.	122		14	II.	308
	12	I.	123		15	II.	309
	13	I.	129		16	II.	311
	14	I.	137		17	II.	314
	15	I.	142		18	II.	315
	16	I.	149		19	II.	316
	17	I.	156		20	II.	317

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
VII.	21	II.	318	X.	8	II.	374
	22	II.	319		9	II.	375
	23	II.	320		10	II.	376
	24	II.	321		11	II.	377
	25	II.	322		12	II.	378
	26	II.	323		13	II.	379
VIII.	1	II.	324		14	II.	380
	2	II.	325		15	II.	381
	3	II.	326		16	II.	382
	4	II.	327		17	II.	383
	5	II.	328		18	II.	384
	6	II.	329	XI.	1	II.	386
	7	II.	330		2	II.	387
	8	II.	331		3	II.	391
	9	II.	332		4	II.	392
	10	II.	333		5	III.	396
	11	II.	334		6	III.	398
	12	II.	336		7	III.	400
	13	II.	337		8	III.	402
	14	II.	338		9	III.	404
	15	II.	339		10	III.	405
	16	II.	340		11	III.	406
IX.	1	II.	341		12	III.	407
	2	II.	342		13	III.	408
	2 extr.	II.	343		14	III.	409
	3	II.	344		15	III.	410
	4	II.	345		16	III.	411
	5	II.	346		17	III.	412
	6	II.	347		18	III.	414
	7	II.	348		19	III.	420
	8	II.	349		20	III.	425
	9	II.	350		21	III.	426
	10	II.	351		22	III.	427
	11	II.	352		23	III.	417
	12	II.	353		24	III.	421
	12 extr. et 13	II.	354		25	III.	416
				XII.	1	III.	441
	14	II.	355		2	III.	442
	15	II.	356		3	III.	444
	16	II.	357		4	III.	445
	17	II.	358		5	III.	449
	18	II.	359		6	III.	453
	19	II.	360		7	III.	539
X.	1	II.	361		8	III.	551
	2	II.	362		9	III.	459
	3	II.	363		10	III.	460
	3 extr.	II.	364		11	III.	515
	4	II.	366		12	III.	528
	5	II.	368		13	III.	529
	6	II.	369		14	III.	530
	7	II.	370		15	III.	531

Ex ord. vulg.		Huius edit.		Ex ord. vulg.		Huius edit.	
Lib.	Epist.	Tom.	Epist.	Lib.	Epist.	Tom.	Epist.
XII.	16	III.	532	XIII.	13	III.	605
	17	III.	534		14	III.	607
	18	III.	533		15	III.	608
	19	III.	535		16	III.	606
	20	III.	536		17	III.	609
	21	III.	538		18	III.	610
	22	III.	540		19	III.	611
	23	III.	541		20	III.	612
	24	III.	542		21	III.	613
	25	III.	543		22	III.	614
	26	III.	544		23	III.	615
	27	III.	545		24	III.	616
	28	III.	546		25	III.	618
	29	III.	547		26	III.	571
	30	III.	548		27	III.	587
	31	III.	549		28	III.	588
	32	III.	550		29	III.	589
	33	III.	552		30	III.	590
	34 et 35 init.	III.	556		31	III.	591
					32	III.	592
	35 extr.	III.	560		33	III.	593
	36	III.	561		34	III.	630
	37	III.	562		35. 36	III.	620
	38	III.	563		37	III.	621
	39	III.	564		38	III.	622
	40	III.	567		39	III.	623
	41	III.	570		40	III.	624
	42	III.	572		41	III.	625
	43	III.	573		42	III.	652
	44	III.	574		43	III.	626
	45	III.	575		44	III.	627
	46	III.	576		45	III.	628
	47	III.	577		46	III.	629
	48	III.	578		47	III.	633
	49	III.	579		48	III.	634
	50	III.	580		49	III.	635
	51	III.	581		50	III.	637
	52	III.	582		51	III.	638
	53	III.	583		52	III.	651
XIII.	1	III.	584	XIV.	1	IV.	680
	2	III.	585		2	IV.	681
	3	III.	586		3	IV.	682
	4	III.	595		4	IV.	683
	5	III.	596		5	IV.	684
	6	III.	594		6	IV.	685
	7	III.	598		7	IV.	687
	8	III.	600		8	IV.	688
	9	III.	601		9	IV.	689
	10	III.	602		10	IV.	690
	11	III.	603		11	IV.	691
	12	III.	604		12	IV.	692

Ex ord. vulg. Lib.	Epist.	Huius edit. Tom.	Epist.	Ex ord. vulg. Lib.	Epist.	Huius edit. Tom.	Epist.
XIV.	13	IV.	693	XV.	21	IV.	733
	14	IV.	694		22	IV.	736
	15	IV.	697		23	IV.	734
	16	IV.	698		24	IV.	735
	17	IV.	699		25	IV.	742
	18	IV.	702		26	IV.	743
	19	IV.	701		27	IV.	745
	20	IV.	704		28	IV.	744
	21	IV.	705		29	IV.	746
	22	IV.	706	XVI.	1	IV.	748
XV.	1	IV	707		2	IV.	751
	1 extr.	IV.	708		3	IV.	755
	2	IV.	709		4	IV.	750
	3	IV.	710		5	IV.	749
	4	IV.	711		6	IV.	759
	5	IV.	718		7	IV.	760
	6	IV.	720		8	IV.	768
	7	IV.	721		9	IV.	769
	8	IV.	719		10	IV.	772
	9	IV.	722		11	IV.	770
	10	IV.	723		12	IV.	771
	11	IV.	724		13	IV.	773
	12	IV.	725		13 extr.	IV.	774
	13	IV.	767		14	IV.	775
	14	IV.	737		15	IV.	776
	15	IV.	728		16	IV.	738
	16	IV.	726		16 a	IV.	739
	16 extr.	IV.	727		16 b	IV.	752
	17	IV.	729		16 c	IV.	740
	18	IV.	730		16 d	IV.	741
	19	IV.	731		16 e	IV.	753
	20	IV.	732		16 f	IV.	754

EPISTOLARUM AD Q. FRATREM.

Ex ord. vulg. Lib.	Epist.	Huius edit. Tom.	Epist.	Ex ord. vulg. Lib.	Epist.	Huius edit. Tom.	Epist.
I.	1	I.	30	II.	12	I.	132
	2	I.	52		13	I.	134
	3	I.	63		14	I.	138
	4	I.	69		15	I.	140
II.	1	I.	90		15 extr.	I.	141
	2	I.	97		16	I.	144
	3	I.	99	III.	1	I.	146
	4	I.	102		2	I.	151
	5	I.	103		3	I.	152
	6	I.	104		4	I.	153
	7	I.	107		5. 6	I.	154
	8	I.	116		7	I.	155
	9	I.	120		8	I.	158
	10	I.	121		9	I	159
	11	I	130				

INDEX III. HISTORICUS

NOMINA EORUM,

AD QUOS CICERONIS AUT QUORUM AD CICERONEM ALIOSVE EPISTOLAE EXSTANT,

PROPONENS.

ACILIUS.

Ciceronis ad eum epistolae 498—507.

A. ALLIENUS.

Ciceronis ad eum epp. 435. 436.

T. AMPIUS BALBUS.

Ciceronis ad eum ep. 514.

Q. ANCHARIUS.

Ciceronis ad eum ep. 128.

C. ANTONIUS.

Ciceronis ad eum ep. 17.

M. ANTONIUS.

Eius ad Ciceronem epp. subi. 374. et subi. 693. A.
Ciceronis ad eum ep. 693. B.

APPIUS (CLAUDIUS C. F?)

Ciceronis ad eum ep. 861.

APP. CLAUDIUS PULCHER.

Ciceronis ad eum epp. 180. 183. 191. 194. 205. 213. 222. 244. 249. 261. 265. 275. 277.

APPULEIUS.

Ciceronis ad eum epp. 672. 673.

AUCTUS.

Ciceronis ad eum ep. 654.

L. CORNELIUS BALBUS.

Eius et Oppii est epistola ad Ciceronem subi. ep. 348. item tres ab eo solo scriptae subi. epp. 339. 348. 354.

BASILUS.

Ciceronis ad eum ep. 678.

A. POMPEIUS BITHYNICUS.

Eius ad Ciceronem ep. 679.
Ciceronis ad eum ep. 695.

DEC. IUNIUS BRUTUS.

Eius ad Brutum et Cassium ep. 686.
Eius ad Ciceronem epp. 762. 812. 814. 816. 825. 838. 839. 842. 845.
Ciceronis ad eum epp. 777. 778. 779. 787. 788. 791. 820. 824. 830. 833. 837. 846. 847. 853.

M. IUNIUS BRUTUS.

Ciceronis ad eum epp. 437. 481. 482. 483. 484.
Eius et Cassii ad Antonium cos. epp. 714. 758.

Q. CAECILIUS POMPONIANUS ATTICUS.

Ciceronis ad eum ep. 75.

A. LICINIUS CAECINA.

Ciceronis ad eum epp. 470. 476. 479.
Eius ad Ciceronem ep. 478.

C. CAELIUS L. F. CALDUS.

Ciceronis ad eum ep. 262.

M. CAELIUS RUFUS.

Ciceronis ad eum epp. 199. 224. 226. 245. 255. 257. 263. 273. 372.
Eius ad Ciceronem epp. 192. 202. 203. 206. 210. 211. 223. 225. 242. 243. 267. 272. 279. 280. 335. 367. 388.

C. IULIUS CAESAR.

Ciceronis ad eum ep. 133. subi. ep. 352. et epp. 554. 555.
Eius ad Ciceronem subi. epp. 347. 352. 357. 374.
Eius ad Oppium subi. epp. 348. 354.

P. CAESIUS.

Ciceronis ad eum ep. 676.

CAPITO.

Ciceronis ad eum epp. 740. 754.

C. CASSIUS LONGINUS.

Eius et Bruti epp. ad Antonium 714. 758.
Eius ad Ciceronem epp. 523. 798. 817.
Ciceronis ad eum epp. 241. 424. 518. 520. 522. 712. 763. 764. 793. 795. 804. 809. 850. 851. 854.

(L.?) CASSIUS.

Eius ad Ciceronem ep. 852.

M. PORCIUS CATO.

Ciceronis ad eum epp. 212. 238. 278.
Eius ad Ciceronem ep. 266.

Q. TULLIUS CICERO.

Eius ad Tironem epp. 313. 781. 856.
Eius ad Marcum fratrem ep. 669.

M. T. CICERO M. FILIUS.

Eius ad Tironem epp. 782. 783.

CLUVIUS.

Ciceronis ad eum ep. 645.

Q. CORNIFICIUS.

Ciceronis ad eum epp. 641. 646. 656. 765. 780. 784. 785. 786. 790. 807. 808. 813. 823. 858.

CRASSIPES.

Ciceronis ad eum ep. 237.

M. LICINIUS CRASSUS.

Ciceronis ad eum ep. 131.

L. CULLEOLUS.

Ciceronis ad eum epp. 162. 163.

C. CUPIENNIUS.

Ciceronis ad eum ep. 741.

C. SCRIBONIUS CURIO.

Ciceronis ad eum epp. 166. 168. 169. 174. 175. 178. 227.

M'. CURIUS.

Ciceronis ad eum epp. 472. 653. 657.
Eius ad Ciceronem ep. 648.

CURIUS PROCONSUL.

Ciceronis ad eum ep. 164.

C. CURTIUS PEDUCAEANUS.

Ciceronis ad eum ep. 247.

P. CORNELIUS DOLABELLA.

Ciceronis ad eum epp. 519. 537. 553. 650. 700. et ep. 737. ad Atticum inserta.
Eius ad Ciceronem ep. 389.

CN. DOMITIUS AHENOBARBUS.

Ciceronis ad eum ep. 432.

M. FABIUS GALLUS.

Ciceronis ad eum epp. 91. 124. 636. 639.

T. FADIUS GALLUS.

Ciceronis ad eum epp. 179. 467.

T. FURFANIUS POSTUMUS.

Cic. ad eum ep. 477.

C. FURNIUS.

Ciceronis ad eum epp. 827. 836.

SER. SULPICIUS GALBA.

Eius ad Ciceronem ep. 810.

HIRTIUS.

Eius ad Cic. ep. subi. ep. 720.

P. CORNELIUS LENTULUS SPINTHER.

Ciceronis ad eum epp. 92. 93. 94. 95. 96. 100. 101. 113. 125. 148.

F. CORNEL. LENTULUS SPINTHER.

superioris filius.

Eius ad Senatum ep. 843.
Eius ad Ciceronem ep. 844.

M. AEMILIUS LEPIDUS.

Eius ad Ciceronem ep. 826.
Eius ad Senatum ep. 841.
Ciceronis ad eum ep. 801.

LEPTA.

Ciceronis ad eum epp. 521. 631.

Q. LIGARIUS.

Ciceronis ad eum epp. 465. 475.

L. LUCCEIUS.

Ciceronis ad eum epp. 108. 558. 569.
Eius ad Cic. 568.

C. CLAUDIUS MARCELLUS.

Ciceronis ad eum ep. 216.

C. MARCELLUS.

superioris filius.

Ciceronis ad eum epp. 215. 239. 274.

M. CLAUDIUS MARCELLUS.

Ciceronis ad eum epp. 217. 464. 466. 468. 525.
Eius ad Ciceronem ep. 480.

M. MARIUS.

Ciceronis ad eum epp. 126. 182. 452. 458.

C. MATIUS.

Ciceronis ad eum ep. 716.
Eius ad Cic. ep. 717.
Eius et Trebatii ad Cic. ep. adiuncta ep. 356.

C. MEMMIUS.

Ciceronis ad eum epp. 197. 259. 260.

L. MESCINIUS RUFUS.

Ciceronis ad eum epp. 302. 373. 438.

Q. METELLUS Q. F. CELER.

Ciceronis ad eum ep. 14.
Eius ad Ciceronem ep. 13.

Q. METELLUS NEPOS.

Ciceronis ad eum ep. 86.
Eius ad Cic. ep. 112.

C. MUNATIUS.

Ciceronis ad eum ep. 160.

P. NIGIDIUS FIGULUS.

Ciceronis ad eum ep. 463.

C. OPPIUS.

Ciceronis ad eum ep. 747.

L. PAPIRIUS PAETUS.

Ciceronis ad eum epp. 246. 450. 451. 454. 455. 456. 457. 473. 474. 658. 659. 796.

L. AEMILIUS PAULLUS.

Ciceronis ad eum epp. 218. 240.

Q. MARCIUS PHILIPPUS.

Ciceronis ad eum epp. 127. 161.

CN. PLANCIUS.

Ciceronis ad eum epp. 433. 516.

L. MUNATIUS PLANCUS.

Ciceronis ad eum epp. 434. 761. 766. 792. 797. 800. 805. 806. 815. 822. 829. 831. 832. 840.
Eius ad Ciceronem epp. 789 803. 811. 818. 819. 821. 828. 835. 848. 855.
Eius ad Senatum ep. 802.

CN. MUNATIUS PLANCUS L. F.

superioris frater.

Ciceronis ad eum epp. 739. 752. 753.

C. ASINIUS POLLIO.

Eius ad Ciceronem epp. 799. 834. 849.

CN. POMPEIUS MAGNUS.

Ciceronis ad eum epp. 12. 334. B. D.
Eius ad Ciceronem ep. 334. A. C.
Eius ad consules Marcellum et Lentulum ep. 336. A.
Eius ad Domitium Procos. ep. 336. B. C. D.

QUATUORVIRI ET DECURIONES

municipii Fregellani.

Ciceronis ad eos ep. 862.

QUINTIUS GALLUS.

Ciceronis ad eum epp. 670 671.

REX.

Ciceronis ad eum ep. 677.

M. RUTILIUS.

Ciceronis ad eum ep. 644.

CANINIUS SALLUSTIANUS.

Ciceronis ad eum ep. 271.

SENATUS ROMANUS.

Ciceronis ad eum epp. 219 221.

P. SERVILIUS VATIA ISAURICUS.

Ciceronis ad eum epp. 462. 508. 509. 510. 511. 512. 513.

P. SESTIUS L. F.

Ciceronis ad eum ep. 15.

P. SESTIUS P. F.

Ciceronis ad eum ep. 176.

C. SEXTILIUS RUFUS.

Ciceronis ad eum ep. 675.

P. SILIUS.

Ciceronis ad eum epp. 233. 234. 235. 236. 251. 674.

SER. SULPICIUS Q. F. RUFUS.

Ciceronis ad eum epp. 365. 371. 461. 469. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 565.

Eius ad Ciceronem epp. 557. 566.

P. SULPICIUS.

Ciceronis ad eum ep. 619.

TERENTIA.

Ciceronis ad eam epp. 59. 76. 79. 81. 283. 306. 312. 385. 390. 393. 394. 395. 397. 399. 401. 403. 413. 415. 418. 419. 422. 423. 428. 429.

Q. MINUCIUS THERMUS.

Ciceronis ad eum epp. 230. 231. 232. 253. 354. 258.

TIRO.

Ciceronis ad eum epp. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 301. 310. 313. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 696. 703.

Q. Ciceronis fratris ad eum epp. 313. 781. 856.

Marci filii ad eum epp. 782. 783.

C. TITIUS L. F. RUFUS.

Ciceronis ad eum ep. 248.

T. TITIUS T. F.

Ciceronis ad eum epp. 181. 857.

C. TORANIUS.

Ciceronis ad eum epp. 597. 632.

A. MANLIUS TORQUATUS.

Ciceronis ad eum epp. 517. 524. 526. 559.

C. TREBATIUS TESTA.

Ciceronis ad eum epp. 135. 136. 139. 143. 145. 147. 150. 167. 170. 171. 172. 173. 177. 756. 757. 759. 860.

TREBIANUS.

Ciceronis ad eum epp. 527 640.

C. TREBONIUS.

Ciceronis ad eum epp. 430. 713. 794.

Eius ad Ciceronem ep. 715.

L. VALERIUS.

Ciceronis ad eum ep. 165

Q. VALERIUS Q. F. ORCA.

Ciceronis ad eum epp. 114. 115. 612. 643.

M. TERENTIUS VARRO.

Ciceronis ad eum epp. 431. 439. 440. 443. 446. 447. 448. 617.

P. VATINIUS.

Ciceronis ad eum ep. 647.
Eius ad Ciceronem epp. 599. 649. 655.

P. VOLUMNIUS

Eutrapelus.

Ciceronis ad eum epp. 229. 471.

INDEX IV. CONSULUM,

QUO TEMPORE EPISTOLAE SCRIPTAE.

L. Caecilius Metellus.
C. Calpurnius Piso.
M'. Aemilius Lepidus.
L. Aurelius Cotta.
L. Iulius Caesar.
M. TULLIUS Cicero.
D. Iunius Silanus.
M. Pupius Piso Calpurnianus.
L. Afranius.
C. Iulius Caesar.
L. Calpurnius Piso Caesoninus.
P. Cornel. Lentulus Spinther.
Cn. Corn. Lentul. Marcellinus.
Cn. Pompeius Magnus II.
L. Dom. Ahenobarbus (Cn. F.)

Cn. Domitius Calvinus (M. F.)
Cn. Pompeius Magnus III.
(per tres menses extremos.)

Ser. Sulpicius Rufus.
L. Aemilius Paullus.
C. Claudius Marcellus.
Dictator: C. Iulius Caesar.
C. Iulius Caesar II.
Dictator: C. Iulius Caesar II.
Q. Fufius Calenus.
C. Iulius Caesar III.
Dictator: C. Iulius Caesar III.

C. Iulius Caesar IV.
Suff. Q. Fabius Maximus.
(prid. Cal. Ianuar.)
C. Iulius Caesar V.
Suff. P. Cornel. Dolabella.
C. Vibius Pansa.
Suff. C. Iul. Caes. Octavianus.
Suff. C. Carrinas.
(*III. viri* rei publicae constit.)

Q. Marcius Rex. 686. a. u. c.
M. Acilius Glabrio. 687.
L. Volcatius Tullus. 688.
L. Manlius Torquatus. 689.
C. (Q.) Marcius Figulus. 690.
C. Antonius. 691.
L. Licinius Muraena. 692.
M. Valerius Messalla Niger. 693.
Q. Caecilius Metellus Celer. 694.
M. (L.) Calpurnius Bibulus. 695.
A. Gabinius. 696.
Q. Caecilius Metellus Nepos. 697.
L. Marcius Philippus. 698.
M. Licinius Crassus II. 699.
Appius Claud. Pulcher (App. F.) 700.
M. Valerius Messalla. 701.
(primum sine collega.)
Q. Caecil. Metellus Pius Scipio. 702.
M. Claudius Marcellus. 703.
C. Claudius Marcellus. 704.
L. Cornel. Lentulus Crus. 705.
(Caes. B. C. II, 21.)
P. Servilius Vatia Isauricus. 706.
Mag. eq. M. Antonius. 707.
P. Vatinius.
M. Aemilius Lepidus. 708.
Mag. eq. M. Aemilius Lepidus. 709.
(Sine collega.)
Suff. C. Trebonius Asper.
Suff. Caninius Rebilus.
(occisus Idibus Martiis) 710.
M. Antonius (*mag. eq.*)
A. Hirtius. 711.
Suff. Q. Pedius.
Suff. P. Ventidius.
(*Octavian., Antonius, Lepidus.*)

Zusätze und Verbesserungen

zum ersten Bande.

Seite 84. dachte sich der Herausgeber nach Schütz's Vorschlage die anderthalb versus Saturnii (nicht *Saturnini*) folgender Massen:

Me téllus non habét — — — — — — —
Sed lítus atque aér et méra solitúdo,

weil tellus ihm als Gegensatz von litus, aer und solitudo gar zu verlassen dazustehen schien. Weil aber im Dichterbrauch die erste Sylbe von *mera* kurz ist, so möchte er mit G. Fr. Grotefend lesen: *Abest enim frater* ἀφελέστατος *et amantissimus mei* (denn *amant.* bedarf eines solchen Zusatzes):

„*Téllus non homó, sed litus átque aër et sólitas,*" das Land, worin ich Philoktetes lebe, ist nicht u. s. w. Auf diese Art wird der ächte Trochaicus tetrameter gewonnen, wie er einem Accius zukommt, der, wie Nonius ausdrücklich bemerkt, des Verses wegen *solitas* für *solitudo* einführte. Wollte man noch *mera* in den Vers ziehen, so müsste *tellus* ausser dem Verse gedacht werden; aber dann wären Accent und Einschnitt schlecht. Auch verlangt der Zusammenhang, dass man den Vers auf M. Cicero beziehe. Denselben Rhythmus haben alle Verse des Epicharmus, wie Epist. XXV. Seit. 96.; die zweite Hälfte gleicht der eines Senars, wofür Grotefend Seit. 92. die Worte eines Komikers τὀυπὶ τῇ φακῇ μύρον (denn so möcht' er lesen) mit Recht hält. Die Anspielung mit lens, φακή, auf Lentulus ist um so artiger, quod lente, wie Plinius H. N. XVIII, 12. sagt, vescentibus aequanimitas instillatur, was den hominem lenem et lentum sehr treffend bezeichnet. Dass übrigens Cicero, wie so oft die Alten, die ächte Etymologie dabei vernachlässigt hat, ist klar, da *Lentulus* mit *lenticula* nicht gleichbedeutend sein kann, wenn man gleich Plin. l. c. *Lentulorum* für *Lentinorum* lies't. — Seit. 114 liesse sich *tocullio* wol am Treffendsten durch Zinserling geben. — Seit. 116 nehm' ich mein Urtheil über die Lesart *de oleo . . . de vino laudo* zurück. Man schreibe nur mit Dr. Grotefend: *de oleo sanus non est* (scil. Herodes Atticus), *de vino laudo.* Denn mit Anspielung auf das bekannte Elogium an Demosthenes, den ältern Landsmann des Ciceronischen Zeitgenossen: *eum plus olei, quam vini, consumpsisse,* sagt Cicero vom Herodes so viel als: „Studirt hat er nicht viel bei der Oellampe; der Weinflasche mag er mehr zugesetzt haben." Nach dieser Erklärung beginnt der neue Abschnitt erst mit *Sed heus tu.* — Kurz vorher mochte Cicero nach den Versen Ovids Pont. I, 5, 77 seq.

„Finge legi, quodque est mirabile, finge placere:
„Auctorem certe res iuvat ista nihil.

immerhin den Vers eines Dichters citiren; aber dann würd' ich schreiben:

Mî credas, lege: te hoc doceo: mirabilis est vir.

Eine Bemerk. von Grotef. — Seit. 108. behauptet Clodius Dreierlei: 1) se septimo die venisse a freto, 2) neque sibi obviam quenquam prodire potuisse, 3) et noctu se introiisse. Es müssen folglich auch dreierlei Witze Cicero's, welche er in Antithesen ausspricht, durch die Interpunction gehörig unterschieden werden, wie folgt: *Ex Sicilia septimo die Romam — tribus horis Roma Interamnam; noctu introiisse — item ante; non esse itum obviam — ne tum quidem, quum iri maxime debuit.* Orellis Verbesserung *debuerit* ist unnöthig, weil Cicero die Antithesen nicht in sermone obliquo, wie das Vorangehende, ausspricht, sondern in sermone directo. *GROTEFEND.* — Seit. 112. Lambins Erklärungen passen nicht zu Cicero's Witzelei: ich lese: *Nasicam accusavit immodeste ac moleste: tamen ita dixit* cet. So erhalten wir eine Spielerei mit den Worten „*immodeste* und *moleste*," deren letzteres auf den witzelnden Gegensatz *molis* und *Moloni* führte, „ob Molo unserem Müller oder Mahlmann entspräche." *GROTEFEND.* — Seit. 117 ist εὐαγγέλια ironisch zu nehmen und durch „lustige, saubere Geschichten" zu verstehen. — Seit. 118. Ἔκχυσις radiorum ist der Ausfluss der Strahlen vom Auge nach Aussen hin; διάφασις aber das Durchfallen der Strahlen von Aussen her in's Auge, wie ἔμφασις das Einfallen der Strahlen in einen Spiegel. Eben desshalb durfte *viridariorum* nicht in *vi radiorum* verwandelt werden: denn διαφάσεις bedeuten, so wie ἐμφάσεις und φάσεις, nicht bloss einzelne Strahlen, die das in das Auge Fallende begränzen, sondern das ganze Bild Dessen, welches durch Etwas in das Auge fällt.

Literarische Anzeige.

Im Verlage der *Hahn'schen* Buchhandlungen in *Hannover* und *Leipzig* sind die folgenden werthvollen Werke erschienen:

Ciceronis, M. T., libri tres de natura Deorum, ex recens. J. A. Ernesti, et cum omn. eruditorum notis, quas J. Davisii ed. ult. habet. Acced. apparat. crit., ex ampl. XX Codd. Mss. nondum collatis, digestus a Dr. *G. H. Mosero*, qui idem suam annot. interpos. Copias crit. congess. D. Wyttenbachii sel. schol. suasque animadv. adj. *F. Creuzer.* 8 maj. 1818. 3 rthl. 12 gr.

Ciceronis, M. T., de Natura Deorum lib. tres, ad fid. Codd. Mss. correct., cum variorum lectionum delectu et notis ex Creuzeri suaque editione selectis, in us. literar. stud. edidit Dr. *Moser.* 8 maj. 1821. 18 gr.

Ciceronis, M. T., Orationes XII selectae. Mit histor. kritischen und erklärenden Anmerkungen von *A. Möbius.* Dritte Auflage. gr. 8. 1831 u. 1833. 2 rthl.

Abeken, B. R., Cicero in seinen Briefen. Ein Leitfaden durch dieselben mit Hinweisung auf die Zeiten, in denen sie geschrieben sind. gr. 8. 1835. 2 rthl.

Freund, Dr. *W., Wörterbuch der lateinischen Sprache.* Nach histor. genetischen Principien, mit steter Berücksichtigung der Grammatik, Synonymik und Alterthumskunde bearbeitet. — Nebst mehrern Beilagen linguistischen und archäologischen Inhalts. *Ir Bd.* A—C. 1834. gr. Lexicon-Format. 3 rthl. 8 gr.
(Das Ganze erscheint allmählig in 4 *Bdn. und wird* 12—14 *rthl. kosten.)*

Totius latinitatis Lexicon consilio et cura J. Facciolati opera et studio *Aeg. Forcellini.* — Secundum tertiam editionem, cujus curam gessit J. Furlanetto correct. et auct. labore variorum. — Editio in Germania prima. IV Tomi fol. 1835. jetzt 20 rthl.

Gradus ad Parnassum, sive Promtuarium prosodicum syllabar. latin. quantitatem et synonymorum, epithetorum, phrasium, descript. ac comparationum poeticarum copiam continens. Post C. H. Sintenisii et O. M. Mülleri curas emend. et aux. *Dr. F. T. Friedemann.* Editio tertia. II Volls. 8. 1828 u. 1829. 1 rthl. 12 gr.

Koch, Dr. G. A., deutsch.-latein. Wörterbuch der alten, mittleren und neuen Geographie; eine Beigabe zu jedem deutsch.-latein. Wörterbuche. Nach den besten Hülfsmitteln u. mit Angabe der Quantität. gr. 8. 1835. 16 gr.

Lünemann, Dr. G. H., latein-deutsches Handwörterbuch, nach Schellers Anlage. 7te Aufl. 2 Bde. 109 Bogen gr. Lexiconformat. 1831. 3 rthl.

— — desselben Werkes deutsch-latein. Theil unter dem Titel:

Georges, K. E., deutsch-lateinisches Handwörterbuch, aus den Quellen zusammengetragen und mit besonderer Bezugnahme auf Synonymik und Antiquitäten und Berücksichtigung der besten Hülfsmittel ausgearbeitet. Mit einem Vorworte vom Dr. G. F. Grotefend. gr. Lexicon-Format. 2 Bände. 116 Bogen. 1831 u. 1833. 3 rthl.

Mannert, K., Geographie der Griechen u. Römer aus ihren Schriften dargestellt. Neue Aufl. 10 Bände. gr. 8. Ladenpr. 29 rthl.

Tabula itineraria *Peutingeriana* etc. ed. *C. Mannert.* Charta script. Fol. 1824. 6 rth. 8 gr.

Horatii, Q. Flacci, Opera omnia. Rec. et illustravit *Fr. Guil. Döring.* II Volls. cum Indice. Editio nova. 8 maj. 1828. 35. 3 rthl. 12 gr.



